D.D. IOAN. FRANC.

# SANFELICII

SVPREMORVM TRIBVNALIVM

REGNI NEAPOLITANI

# DECISIONES

ET PRAXIS

# IVDICIARIA

Quatuor Tomis diſtinctæ.

Ex libris V.I.D. Ioſephi de Marinis [illegible]
Cathedralis Ecc.ae [illegible] decis. 188. Tomi eiusdem
in decis. 171.

Regens Sanfelicius decis. 68. decisio [illegible] Baronum loci delicti preferri Baroni originis, siue domicilij.

D.D. IOAN. FRANC.

# SANFELICII

PATRITII NEAPOLIT.

& Regentis Cancellariam,

# DECISIONVM

SVPREMORVM TRIBVNALIVM

REGNI NEAPOLITANI

## TOMVS PRIMVS.

*Quibus acceſſit diſceptatio de munere à ſubditis perſoluendo ſuo principi ob præciſa neceſſitatis vrgentiam.*

NVNC PRIMVM IN GALLIIS PRODIT cum additionibus proprio loco poſitis.



LVGDVNI,

Ex Officina ANISSONIANA.

M. DC. LXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

## D. IOAN. FRANCISCVS
# SANFELICIVS
## BENEVOLO LECTORI.

*QVONIAM ex iudicio ferendo eæ ſententiæ, & opiniones ſunt tutiores, quas Supremorum Tribunalium collegia cogitauerunt, ac diremerunt: idcirco operæpretium viſum eſt, nonnullas, quas ego Iudex in Tribunali protuli; ad commune commodum colligere, & in lucem edere. Doctores congerendos plurimos in ſingulis articulis libens non curaui, contentus authoritate neotericorum quorumdam illos afferentium. Studui etiam propoſiti articuli fines non tranſgredi, vni conſiſtendo materiæ, ne moleſtiæ eſſem Lectori; ſciens prouectioribus, ac noſtræ profeſſionis peritis hac vſui fore. Beneuolè autem accipiant, lapſibus ſiue mentis, ſiue calami indulgendo, memores tamen humanorum imbecillitatis ingeniorum, tùm numquam intermiſſarum occupationum, quæ maturioris trutinationis tempus abſoluere. Vale.*

Antonius Ricciullus Archiepiſcopus Conſentinus Dep. vidit.

*IMPRIMATVR.*

ALEXANDER LVCIANVS Vic. Gen. Neap.

---

## *Excellentiſſime Princeps.*

PErlegi ex præſcripto, & mandato tuo, necnon ſumma cura recenſui duo Deciſionum volumina, quæ conſummatiſſimus, ac integerrimus vir Dom. JOANNES FRANCISCVS SANFELICIVS Iuris ſcientia conſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus, Conſiliarius Regis à latere, ac Regiam Cancellariam Regens non minùs fœlici, quàm accurato ſtudio elaborauit, collegit, & compilauit. Et non modò omni labe immunia; verùm firmis, & inconcuſſis Iuris prudentiæ, legis municipalis, vſuum feudalium, ac huius Ciuitatis conſuetudinum dilucidis reſolutionibus difficultates ferè omnes ſummè practicabiles, & frequentes, quæ in his materiis agitari ſolent, ingenioſè enodantibus, & ad vſum forenſem conuenientibus contexta reperi, vt ſtudioſiſſimus quiſque nil vltra poſſit deſiderare. Ideircò velut omni laude digniſſima, cunctis neceſſaria, nedum vtilia, & tali digna Authore; Typis excudenda reor, atque cenſeo, ſi Excellentiæ Tuæ videbitur. Vale. Datum Neapoli decimo Kalendas Octobris MDCXLI.

*Excellentiæ Tuæ*

Humillimus Seruus

HORATIVS MAZZAPINTA.

---

Vidit ARIAS DEMESA Regius Conſiliarius Delegatus per Suam Excellentiam pro reuiſione Librorum.

Viſa ſupradicta relatione, IMPRIMATVR.

TAPIA Regens. BRANCIA Regens. ZVFIA Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam. Neap. die 25. Septembris 1641.

ANASTASIVS.

ARGVMEN

# ARGVMENTORVM ELENCHVS

## In huius Primi Tomi Deciſiones.


I.

AN ſerui, famuli, & coloni Eccleſiæ, eccleſiaſticæque perſonæ frui, & gaudere poſſint, & debeant priuilegio ſuorum dominorum, quorum familiares exiſtunt. *Pagina* 1

II.

An alienata re litigioſa in clericum, ſeu Eccleſiaſticam perſonam iudicium ſit finiendum coram eodem Iudice laico, ac ſententia exequutioni demandanda per eundem. 6

III.

Clericus inquiſitus producens Bullas ordinis minorum, & inſtitutionis iuris patronus factæ ab Epiſcopi Vicario an ſit remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum. Vicarius generalis Epiſcopi an poſſit inſtituere præſentatum, & an etiam beneficia conferre. 12

IV.

Sententiæ remiſſionis clerici an ſufficiant, dum iterum inquiſitus de alio delicto petit remitti. A decreto remiſſionis ad Iudicem Eccleſiaſticum lato in Collaterali Concilio per M. C. vti delegatam an ad inſtantiam quærelantis admittatur reclamatio. Cauſa reclamationis an ſit committenda alteri Iudici. Terminus an ſit dandus in cauſa reclamationis à decreto remiſſionis lato in Collaterali Concilio per M.C. delegatam. 13

V.

Appellatio ab interloquutoria competentiæ, vel incompetentiæ Iudicis an, & quando permittatur. Audientia teſtium extra Regnum ad hoc vt concedatur, quæ requirantur. 15

VI.

Reclamatio inducitur per replicationem aduerſus ſententiam penès acta abſque alia ſupplicatione. Fatalia non currunt in damnum reclamantis, ſi per aduerſarium ſit impedita exequutio ſententiæ. 16

VII.

Productio Bullæ beneficij vnà cùm poſſeſſione an ſufficiat ad declinandam iuriſdictionem Iudicis laici, non conſtito de clericatu, ſeu prima tonſura. 18

VIII.

De fida ſoluenda Baroni ab exteris pro animalibus paſcua ſumentibus in feudo. Quid ſit diffida, quid importet, & de eius origine. 20

IX.

An inquilino denunciatio ſit facienda à nouo conductore, tribus menſibus ante diem tranſmigrationis? 22

X.

Articuli remiſſionis ad Iudicem Eccleſiaſticum petitæ per vaſſallum Baronis inquiſitum vti clericum in M. C. carceratum an ad eandem M. C. vel ad Baronem ſpectet cognitio. Et in tali iudicio Baro prætendens, vaſallum inquiſitum vti laicum ad ipſum remittendum eſſe, an, & quomodo audiendus ſit. 23

XI.

Pendente articulo in Rota Romana, ſi iuſtè, vel obreptitiè fuit conceſſa alicui facultas de Religione ad alteram ingrediendi, in qua bona licet retinere, an poſſit procedi in lite bonorum per Iudicem ſæcularem, vel expectanda ſit deciſio Iudicis Eccleſiaſtici? 24

XII.

Clerico in Regno an liceat patrocinari, & an licentia ſibi conceſſa patrocinandi nulla facta mentione Regiæ Pragmaticæ hoc vetantis ſit valida. 25

XIII.

Clericus quando dimiſſo habitu, & tonſura amittat priuilegium fori. Et quid in clerico coniugato, & quid quãdo ſe immiſcet ſæuis, & enormibus, & quando dicatur enormibus & ſæuis ſe immiſcuiſſe, & quid in crimine læſæ Maieſtatis. 26

XIV.

Clericus coniugatus, qui dimiſſo habitu duxit vxorem vnicam, & virginem, ſi poſtmodum illum reaſſumpſerit, an gaudeat fori priuilegio? Clericus tàm coniugatus, quàm non coniugatus, qui per plures annos negotiis ſecularibus incedens ſine habitu, & tonſura ſe immiſcuit, an, & quando fori priuilegio gaudeat. 28

XV.

An per matrimonium inualidum clericus beneficiatus amittat beneficium ipſo iure, & an requiratur ſententia declaratoria, & an ſit proferenda per Iudicem Eccleſiaſticum. 30

XVI.

Confugiens ſupra tectum, turrim, ſeu campanile Eccleſiæ gaudet illius immunitate. 33

XVII.

Cauſa conſiſtens in mero iuris articulo an abſque termino ſit decidenda. *ibid.*

XVIII.

Confugiens ad Eccleſiam nondum perfectè conſtructam an gaudeat immunitate. 34

XIX.

Conſtitutio Gregorij IX. per quam ſancitum eſt immunitatem Eccleſiaſticam non ſuffragari iis, qui homicidia, & mutilationem membrorum in ipſis Eccleſiis, eorumuè cœmiteriis committere non verentur, an comprehendat committentes homicidia, vel mutilationem membrorum in atrio Eccleſiæ, & an diſpoſitio præfata odioſa ſit, vel fauorabilis. *ibid.*

XX.
Vtrùm vulnerans clericum gaudeat Eccleſiaſtica immonitate. 35

XXI.
Filius,& famulos an gaudeant priuilegio patris,& domioi quoad fori declinatoriam,& quæ requirantur. 36

XXII.
An ad fiſci inſtantiam ſint recipiendi teſtes poſt publicationem contra inquiſitum accuſatore exiſtente in iudicio. 37

XXIII.
Votata cauſa fiſco inaudito,non dum prolata ſententia ob paritatem votorum,an ſit ei prohibitum nouos producere teſtes, 38

XXIV.
Teſtium depoſitio in tormentis an egeat ratificatione. 39

XXV.
An remiſſio aſſertorum coniunctorum defuncti non probato coniunctionis gradu ſufficiat ad ſuſtinendam gratiam impetratam? 40

XXVI.
Vxor an admittatur ad necem viri deferendam,& an requiratur eius remiſſio pro obtinenda compoſitione,ſeu gratia. *ibid.*

XXVII.
Ius vindictæ, & ſucceſſiuè ius faciendi pacē an ſanguinis,vel hæreditario iure deferatur.*Prag.8.* in ordine ſub *tit.de cōpoſit* vario modo expéditur 45

XXVIII.
An poſſit deueniri ad inquiſitionem,& torturam non conſtito de corpore occiſo, 48

XXIX.
Pœnæ pecuniariæ ex corporalibus commutatæ per M. C. ſunt Baroois, ad quem ſpectat cognitio delicti. 49

XXX.
Vxor domum ſcienter præbens ad viri necem qua pœna ſit punienda;Et quid ſi de ſimplici necis viri ſcientia accuſetur? *ibid.*

XXXI.
Excuſator abſentis,an, & quando admittatur? Et quæ dicatur iuſta abſentiæ cauſa. 50

XXXII.
Contumaci iterum citato ,ſi tempore ſecundæ citationis ſunt elapſi duo menſes à die delicti,an ſit danda dilatio ratione abſentiæ. 51

XXXIII.
An denegata dilatione ob abſentiam allegatam rei citati,ſeu à breuitate dilationis liceat appellare. 52

XXXIV.
Aſcendentes cum ſcalis ligneis ad feneſtrā alicuius Monaſterij furandi cauſa,per quā Monaſteriū ingreſſus Monachum vulnerauit,ibiq; detentus,& M.C.V.cōſignatus præuia Nuntij licentia, qua pœna plectendos veniat,Arbitriū in pœnis quādo poſſit extendi vſq; ad mortem. 53

XXXV.
In Regno in furto vociā excedente qualitate ſacrilegij concurrente, quæ pœna locū obtineat?Sacræ res quæ dicantur,ad hoc vt per illarum furtum ſacrilegium committi dicatur. 54

XXXVI.
Auxilium,& conſilium præſtans in furto magoo à ſociis commiſſo cum fractura in quodam puellarū conſeruatorio , & ab initio tractatus particeps,qua pœna puniendus ſit?Statutū pœnale loquens per verba generalia, & communia *commiſerit*,vel *geſſerit*, vel loquens per verbū *fecerit*, an,& quando comprehendat mandantes, mediatores,conſulentes,& auxiliatores. 55

XXXVII.
Capitulum Regni,frequens , & ineſſrænata qualiter vſu ſeruetur. 57

XXXVIII.
An ementes ſaccarum in arcis repoſitum , in quibus magna argenti quantitas erat recondita,eámque occultantes furtum committant. Et quæ pœna pro magnæ quantitatis furto de iure communi ſit impoſita? *ibid.*

XXXIX.
Deprehenſos cum re furtiua quando dicatur fur manifeſtus in flagranti captus. Pœna magni furti , & pœna eius,qui tertiò fuit inquiſitus de furto,& pro aliis duobus punitus , an parificentur. 58

XL.
Quæ pœoa ſumenda ſit ab eo,qui cum ad aliud eſſet in via publica, tranſeuntem ſemel tantum , & in re parui pretij furatus eſt , & cum armis non prohibitis vulnerauit. 59

XLI.
Delegatio M.Cur.contra fures committentes furta in Ciuitate Neap.& ſuburbiis non extenditur ad captos cum re furtiua, qui alibi ſunt furati,& ita deciſum. 60

XLII.
Quando artifex torquendus ſit , qui fugam arripuit,non reſtituta re ad exercitium ſuæ artis data. *ibid*

XLIII.
Aſportans arma prohibita an ſit puniendus, quamuis noo ſit apprehenſus. 61

XLIV.
Pœna eximentis captum à manibus familiæ, & ſi plures eximentes fuerint,vel aliter delinquentes ad quid , & quonam modo teneantur? Practica, quaodo reus repertus fuit innocens poſt ſententiam. 62

XLV.
Actuarius,ſeu ſcriba,qui pecuniam recepit,vt partem Iudici daret,& partem in ſui commodū, promittendo euentum negotij, quod in Iudicis poteſtate erat, qua pœna ſit puniendus. 63

XLVI.
Pœoa contra cuſtodes carcerum , ob fugam carceratorum , quæ infligenda ſit. *ibid.*

XLVII.
Quæ pœna ſumenda ſit ab effrāgente carceres M.C.ſine conſpiratione non ſequuta fuga. 64

XLVIII.
Delinquens pendente ſecuritate non conuictus torquetur,& non poteſt extra ordinē puniri. 66

XLIX.
Princeps ex gratia pœoam homicidæ remiſit, noo concordata parte,nec pace,& remiſſiooe ab ea obtempta,ad quam obtinendam dilationem ſemeſtrem conceſſit , dummodò non accedat ad loca . in quibus partes degebant, fuit apprehenſos in loco vetito , dubitatum fuit. an non obſtante gratia ſit puniendos pœna delicti. 67

L.
Delinquens ſi obtineat guidaticum ſub hac forma , *Purche non entri nella Citta di Napoli,ſuoi Borghi,e Caſali,ſua propria padria, e doue riſiedono le parti offeſe*,& apprehenſus fuerit in continentiis Caſalis , quæ eſt patria inquiſiti , & in qua habitant offenſi,an gaudeat guidatico. 68

# ELENCHVS.


L I.

Conceſſa alicui gratia cum dilatione biennij ad obtinendam partis remiſſionem annullatiua adiecta clauſula, & cum prohibitione non accedendi ad locum, in quo partes degunt offenſæ, an,& quando per acceſſum ad illum cadat à gratia. 70

L I I.

An tempus carcerationis computetur in termino dato ad obtinendam remiſſionem. 73

L I I I.

An Princeps poſſit condonare delicta abſque partis remiſſione, & intereſſe offenſi remittere. 74

L I V.

Accuſationem, ſeu denunciationem non probans, reo abſoluto, an ſit puniendus, vti calumniator, & teneatur actione iniuriarum, & ad expenſas,& intereſſe. 77

L V.

Gratia facta à Prorege de omnibus delictis obtenta pace infra annum an præiudicet Baroni, maximè cum delicta ſunt commiſſa in territorio; & an ſi pro aliquibus delictis non obtineatur pax, gaudeat gratia pro aliis, in quibus habita fuit pax. An prò verberibus monacho datis ſufficiat pax offenſi,& Abbatis. An exceptio excommunicationis ob violentas manus in monachum iniectas impediat gratiam. 78

L V I.

Doctor gaudet priuilegio nobilium, & nobilitas tranſit ad filios. Baſtardi, ſeu naturales filij Doctorum an gaudeant nobilitate, & quid in baſtardis filiis nobilium ex genere. Nobiles ob enormitatem delicti, an, & quando amittant nobilitatem, & quomodo puniantur? 81

L V I I.

Minor an poſſit puniri pœna ordinaria ob delicti atrocitatem, & datur intellectus ad pragmaticam de minoribus. Minor quando reſtituatur aduerſus confeſſionem. 83

L V I I I.

Qua pœna plectendus ſit præſentans apocam alteri ſoluendam, ſibi mutato nomine, vt pecuniam reciperet. 84

L I X.

Fabricans falſam monetam æneam modici valoris, qua pœna puniendus ſit? Et quid ſi in illa imago Principis inſculpta ſit. 85

L X.

Scribæ fiſcales M. C. releuantes ſecreta inquiſitionum falſi tenentur. *ibid.*

L X I.

Officiales cùm inquiruntur de delictis in adminiſtratione commiſſis,ſi ipſis probaris veniunt puniendi pœna priuationis,ſummariè conſtito de ſuſpicione,ſunt ſuſpendendi ab officio,& beneficio, ſi de leui,ab adminiſtratione tantum, quamuis teneant officium abſque iuriſdictione, & traditur praxis procedendi. 86

L X I I.

An Protegi liceat inquirere, in vincula conijcere,vel interdicere Regentibus, quorum gradus qualis,quantuſque ſit,ad ſaturitatem traditur. 88

L X I I I.

Baro quando pro iniuria ipſi, ſeu conſanguineo illata erit competens, & poſſit delegare, & quid in officiali, & quid obſeruetur in Regno? Baro an poſſit eligere Capitaneum in ſua Terra conſanguineum, ſeu affinem. Iniuria illata officiali electo,& nondum admiſſo,& abſenti, an ſit punibilis. Lite pendente ſuper electione, officialis an interim abſtinere debeat. 117

L X I V.

Cauſæ cognitio,quæ requiritur pro remiſſione malefactorum, à quo Iudice adhibenda ſit. Et an M. C. V. poſſit denegare remiſſionem, cognita innocentia carcerati. Brachium quando, & quomodo ſit impartiendum. 123

L X V.

Curia Baronalis an ſit competens contra alium Baronem delinquentem in eius territorio 125

L X V I.

Cognitio de delictis officialium ad quem Iudicem ſpectet,& per quæ verba conceſſa cenſeatur. Regalia quando, & per quæ verba conceſſa intelligantur. 126

L X V I I.

Vtrum vnus ex Regiis Conſiliariis S. C. vti Commiſſarius ciuilis diſſenſionis competens ſit Iudex in cauſa criminis, ex ipſa ciuili diſſenſione orti, & cauſam habentis. An vnus ex Conſiliariis S.C. poſſit reuocare decretum M.C. An delinquentes poſſint capi per M C. in S. C. abſque licentia Domini Præſidentis. 127

L X V I I I.

Baro loci delicti an præferatur Baroni originis, ſeu domicilij, quando Iudex originis,ſeu domicilij præuenit,& habet clauſulam cognoſcendi de delictis commiſſis extra territorium. 128

L X I X.

Remiſſio poſt ſententiam in cauſa criminali Baroni an competat,& quid in cauſa ciuili. 131

L X X.

An ob fratricidium quis indignus efficiatur. Indignitas à quo obijci poſſit. Bona ob indignitatem propter defuncti necem ad fiſcum pertinere coram quo petendum ſit. Vtrum cauſa, quæ vertitur in S.C. inter priuatos ſuper eadem re, ſuper qua pendet iudicium per fiſcum motum in Reg. Cam. ad eandem remittenda ſit. Et num pendente iudicio per fiſcum moto ſit ſuperſedendum in cauſa in S. C. ſuper eadem hæreditate inter priuatos vertente. 132

L X X I.

Citatus pro extractione pecuniæ ad partes Infidelium, & frumenti extra Regnum, ac pro emptione liberanziarum contra formam Regiarum pragmaticarum, ſimulatquè contumax effectus eſt, an pœna pecuniaria mulctari poſſit abſque alia citatione. 134

L X X I I.

Cumulationis actionum materia diffusè, longaquè manu pertractatur. 135

L X X I I I.

De iuriſdictione,& priuilegiis pertinentiarum alicuius Ciuitatis Caſalium,eorumquè conceſſione latè. Et quot remiſſionis actus ſufficiant ad retinendum integram iuriſdictionem ad vniuerſos actus. 142

L X X I V.

Ciuis quot, & quibus modis quis dici, vel effici queat. Ciuitas originis natiuitate propria, vel paterna, an, & quando amittatur ratione mutationis domicilij. 144


L X X V.

# ARGVMENTORVM


LXXV.

Vſus paſcendi, lignandi, &c. qui Ciuibus in territorio Baronis demaniali ex diſpoſitione iuris competit, & feudo naturaliter inſitus dicitur, an etiam Ciuibus allectis competat. 145

LXXVI.

Baronibus, & feudatariis, an, & quando, & quomodo locationes, & de nouo conceſſiones facere in territorio, ac nemoribus demanialibus feudi eorum Baroniæ, illorúmque faciem mutare permittatur; Et qualis in iis vſus vaſallis, ac Ciuibus, & habitatoribus competat. 146

LXXVII.

Pater, & filius an inſimul in eodem Tribunali iudicare poſſint. 147

LXXVIII.

Aduocatus, ſiue Iudex in eadem, vel alia conſimili cauſa, an, & quando Iudex eſſe prohibeatur. 148

LXXIX.

Iudex abſque legitima cauſa, ſed tantum ob inconfidentiam alias remotus an ex hoc ſolo vti ſuſpectus recuſari poſſit. 149

LXXX.

Iudex, qui ſemel ſuam ſententiam in cauſa dixit, & qui verba comminatoria, & iniurioſa protulit, an, & quando, & à quo, vt ſuſpectus recuſari poſſit. Et Iudice verba prædicta negante quid obſeruetur. Recuſationis pluribus cauſis allegatis, ac reiectis, an, & quando alias de nouo cauſas proponere liceat. 150

LXXXI.

Inimicitia an, & quando iuſta dicatur recuſationis cauſa, & quæ iuſta ſit inimicitiæ cauſa? 151

LXXXII.

Iudex vti ſuſpectus ab Vniuerſitate ex cauſa inimicitiæ recuſari non poteſt. *ibid.*

LXXXIII.

Cognatio ſpiritualis inter quas perſonas contrahi dicatur. Cognationis ſpiritualis ratione, an, & quando, & in perſonam cuius ſuſpicio, vel recuſatio admittatur. Patri in feudis filij, an, & quando alimenta, & vſusfructus etiam, & commoditas quærantur. 152

LXXXIV.

Recuſato Regni Protege, an æquè recuſare liceat omnia Regni Tribunalia. 154

LXXXV.

Recuſatione pendente, an ſuſpendatur Iudicis recuſati iuriſdictio. 155

LXXXVI.

An ob grauamen in alia cauſa illatum poſſit recuſari Iudex. 156

LXXXVII.

Legatum dotis, an, & quando ſit conditionale, ita vt legataria teneatur omnino nubere pro conſequutione legati. *ibid.*

LXXXVIII.

Exceptiones tranſactionis, & præſcriptionis, an, & quando litis ingreſſum, & ad vlteriora proceſſum impediant, vel ad merita reſeruari debeant. Et ad merita reſeruata quando explicari debeant. 157

LXXXIX.

Iudicium factum cum inſtituto nocet ſubſtituto etiam non citato, qui ſi compareat, poteſt aſſiſtere. 158

XC.

Sententia lata contra præſentem, quando alteri non comparenti in iudicio noceat. Tertius comparens quando ſit audiendus, & quomodo. *ibid.*

XCI.

Appellatione ad Mag.Cur. interpoſita, eaquè deſerta ob non præſentationem proceſſus infra legitimum tempus, cauſam ex eiſdem actis ex æquitate expediendam eſſe, tàm in ſecunda, quàm in tertia inſtantia explicatur. 162

XCII.

Cauſa principali abſque termino expedita ex eo, quia ſtante deſertione ex æquitate, & ſtylo S.C. fuit admiſſa appellatio, & reuiſio ex eiſdem actis, an in cauſa liquidationis ſit dandus poſteà terminus. *ibid.*

XCIII.

Paupertas, an, & qualem præbeat reſtitutionem ad exercendam appellationem, quam per longum tempus victus poſt lapſum fatalium proſequutus non fuit, & qualis eius probatio requiratur. 163

XCIV.

Appellatio à ſententia poſſeſſorij, an, & quando admittatur, quoad affectum deuolutiuum, ac etiam ſuſpenſiuum. *ibid.*

XCV.

Iudex ſuperior, coràm quo propoſita fuit nullitatis cauſa ſententiæ latæ per Iudicem inferiorem ſe deciſa, an & quando ipſemet de cauſa principali cognoſcere poſſit vel illa ad eumdem inferiorem Iudicem remitti potiùs debeat, & quid iudicatum. 164

XCVI.

Nullitates propoſitæ exequuta ſententia, quæ ex reuolutione chartarum colligi poſſunt, an dato termino, vel ex eiſdem actis terminandæ ſint. 165

XCVII.

Teſtes, qui ad reuelationem excommunicationis depoſuerunt, ad hoc vt probent, quomodo ſecundo loco in forma iudicij repetendi, quia nulliter examinati, an poſſint ſe referre depoſitioni in primo examine factæ. Et practica traditur circa repetitionem teſtium faciendam. 166

XCVIII.

Scribæ fiſcales etſi capturæ delinquentis aſſiſtant, idonei teſtes ſunt ad probandam apprehenſionem cum armis prohibitis. 167

XCIX.

Promiſſio in capitulis matrimonialibus facta de ſe obligando pro dotium reſtitutione per publicum inſtrumentum cum hypotheca bonorum feudalium etiam titulatorum ad conſilium Sapientis an pro vera, & reali obligatione habeatur, ac promiſſum inſtrumentum pro confecto, & per conſequens in concurſu creditorum an dies capitulorum matrimonialium attendatur, vel dies inſtrumenti dotalis, & an, & quando in dictis capitulis operetur aſſenſus capituli Neapolitani. 168

C.

Agnato proximiori an competat Ius prælationis aduerſus extraneum emptorem in venditione feudi hæreditarij pro eodem pretio. 171


C I.

# ELENCHVS.


CI.

Reuocatio in allodialibus iure retractus, protihomiſeos', vel prælationis an conſanguioeo competat. An quod dictum fuit in feudalibus, idem dicendum ſit in allodialibus, quod ſcilicet conſanguioeos præferatur. 186

CII.

In caſu prælationis, tàm in venditione bonorum allodialium, quàm feudalium, ac etiam in emphyteuſi, & in locatione prædiorum ciuilium, quod nam pretium attendatur, & iuſtum dicatus, oblatum ne, & conuentum, quod habiturus erat poſſeſſor, an verò quod communiter reperiri poſſet. Et quid in retractu, ſeu iure congrui in diſtrictu Ciuit. Neap. virtute conſuetudinis. 187

CIII.

Prælatio in venditione ſub haſta, & in venditione neceſſaria, quæ fit à Iudice pro exequutione rei iudicatæ, an competat agnato. 188

CIV.

Prælatio, an, & quando creditori, & agnato competat etiam in re feudali, vel etiam retentio poſſeſſori, feudo vendito ad inſtantiam creditorum in iudicio aſſiſtentiæ præſtitæ, ac etiam decreto ſuper conſignatione poſſeſſionis interpoſito, ſtaote depoſito facto eiuſdem quaotitatis per vltimum licitatorem oblatæ ſoluendæ creditoribus anterioribus ſuper feudo prædicto. 189

CV.

Feudo vendito à filio, pretium tamen recipiente patre, qui alteri deinde vendidit, ac tradidit, quis emptor præferatur ad interpretationem *l. quoties, C de reuendic*. Officialis an poſſit emere, vel aliter contrahere cum inquiſito. Prohibita venditione ſub pœna, & facta cum pacto impetrandi reuocationẽ prohibitionis, quæ fuit reuocata poſt venditionẽ an non ſolum validetur contractus, ſed etiã euitetur pœna contrahentibus impoſita. 191

CVI.

Prælatio alicui vti creditori, & agnato in locationis contracto, an detur, & alij caſus prælationis in materia locationis afferuntur. 193

CVII.

In locatione feudi ad inſtantiam creditorum concurrentibus Vniuerſitate, & Barone, quis præferatur. 194

CVIII.

An æſtimatio facienda, ſeruata forma Neapolitanæ Conſuetudinis fieri debeat ioſpecto tempore petitionis, vel potiùs executionis in materia retractus. 195

CIX.

An prior conductor prædiorum Eccleſiæ ſit præferendus in noua locatione, finita prima locatione. 201

CX.

Agitur de diuiſione communis fundi, & an in licitatione vnius partis ad inſtantiam creditoris præferantur cohæredes compoſſidentes extraneo emptori, etiam poſt perfectam venditionem. 203

CXI.

Creditor in pecunia numerata quando teneatur accipere à debitore, vel eius hæredibus tot bona ſtabilia, & de materia auth. *hoc niſi C. de ſolutionibus*. Agnatus hæres, qui poteſt vti iure prælationis, an poſſit ad inſtantiam creditorum antè tempus compelli ad declarandum, ſi intendit vti dicto priuilegio, & terminus anni datus à iure an poſſit à Iudice coarctari? *ibid.*

CXII.

Quæ probatio ſufficiat pecuniam ad conſeruationem rei, potà ad triremes fabricandas, vel reficiendas, mutuo danti, vt is tanquam potior præferatur creditoribus anterioribus io ſtipendio ſoluendo Præfecto triremium, iuxta diſpoſit. text. *in l. interdum, & ſeq. ff. qui pot.* Et an hic potior dicatur etiam quoad intereſſe. Tertio facta ceſſione nominis debitoris, iuſta cauſa præcedente, an dicatur tranſlatum dominium. 204

CXIII.

Locans operas Rationali pro ſcribendis libris ſuper ſalario peruento eidem Rationali ex dicto opere, præfertur creditoribus hypothecariis etiam anterioribus. 206

CXIV.

Creditor emphyteutæ an admittatur ad purgandam moram canonis non ſoluti poſt ſententiam deuolutionis, & eius exequutionem. *ibid.*

CXV.

An creditor cum conſtituto, & precario poſſit agere contra tertium poſſeſſorem non excuſſo principali debitore. Poſſeſſio quando dicatur Interuerti. 208

CXVI.

An creditor poſſit obtinere in iudicio aſſiſtentiæ ſuper bonis debitoris ſui debitoris. 209

CXVII.

Exequuta ſententia aſſiſtentiæ iuxta ritum Magnæ Cur. & Regiæ pragmaticæ, pendente appellatione, an debitor habeat ius offerendi. *ibid.*

CXVIII.

Adiudicatio bonorum facta creditori per Iudicem, vs dominij tranſlationem importet, an expoſtulet, vt appretium præcedat. 210

CXIX.

Creditor an fructus perceptos à re ſibi adiudicata cum meliorationibus, ſeo cum quantitatibus ſolutis creditoribus anterioribus compenſare teneatur. Et an hypotheca extendatur ad fructus, Et quid in actione reiuendicationis. 211

CXX.

Tertius poſſeſſor paciſcens vili pretio cum creditore agente hypothecaria ſuper re poſſeſſa, an ſit non tantum tutus in re, quam poſſidet, ſed etiam agere poſſit pro conſequutione totius quaotitatis; & aliæ quæſtiones ad intellectum *l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio, C. mandati.* 212

CXXI.

An ſtante ſtatuto, qood fiſcus, & Vniuerſitates in venditionibus annuorum introituum non ſoluant vltra annuos ſeptem in ſing. centen. valeat pactum in venditionibus per Vniuerſitatem factis, quod emptores ſint immunes à ſolutione collectarum, quæ ab ipſis emptoribus erant ſoluendæ pro ipſis ann. redditibus. 213

CXXII.

Emptor an, & quando fundum emptum cum pacto retrouendendi retrouendere teneatur vni ex pluribus venditoris hæredibus. 215

CXXIII.

Debitore ex cauſa intereſſe, & ſortis ſoluente, non expreſſo in quam cauſam, an prius in cauſam intereſſe, & poſtmodum in ſortem, vel è contra ſolutum intelligatur. *ibid.*

CXXIV.

Intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis an, & qoando, & quantum debeatur. Et mora contrahi quando dicatur. Et an, & quando creditor poſterior teneatur ad intereſſe pecuniæ ipſi ſolutæ,

lutæ, vel liberatæ in concurſu creditorum cum cautione in caſu reſtitutionis faciendæ, & reuocationis ſententiæ. 216

CXXV.

Fructus in reſtitutione rei, remedio *l. ſecunda, C. de reſcind. vendit.* quando veniant. 219

CXXVI.

Contra poſſidentem bona fide, & iuſto titulo an habeat locum aliquod remedium poſſeſſorium probata antiquiori poſſeſſione. 220

CXXVII.

Faber ferrarius, vel alius obſtrepens, vel exercens artes fœtidas, & meretrix an, & quando è vicinia expelli poſſint. *ibid.*

CXXVIII.

Donatio, vel teſtamentum ſi fiant in beneficium viri ab vxore an valeant ſtante pacto inter virum, & fratres ſtipulantes appoſito in capitulis, quod ſoluto matrimonio abſque filiis ad ipſos dos reuertatur. Et an tale pactum validetur ratificatione capitulorum facta à muliere, cui non fuit narratus tenor ipſorum. 221

CXXIX.

Hypotheca pro dote à quo die competat. 222

CXXX.

Mulier an poſſit agere ſoluto matrimonio ad exactionem dotis viro promiſſæ abſque ceſſione. 221

CXXXI.

An per iudicium motum à muliere propter viri inopiam pro aſſecuratione dotium, nondum probata viri inopia, impediatur earundem rerum venditio, quæ virtute ſententiæ, creditore hypothecario inſtante, in exequutionem captæ fuere. 224

CXXXII.

Sententia aſſecurationis dotis, marito ad inopiam vergente, eſt executioni demandanda, non obſtante appellatione. 226

CXXXIII.

Mulier vidua an, & quando pro alio intercedens, validè obligetur, & exceptione vellejani non iuuetur. Et an, & quando in iudiciis, & aduerſus ſententiam reſtituatur. Et paupertas an, & quomodo à deſertione appellationis excuſet. *ibid.*

CXXXIV.

Priuilegium eligendi forum tàm de iure communi, quàm de iure Regni an competat minori puberi, qui in poteſtate deſinit eſſe, vel morte, vel emancipatione etiam in iudicio redditionis rationum tutelæ contra tutorem moto. 227

CXXXV.

Fiſcus quando præferatur in alienatione. Ciuitas Neapolis, quæ ſolemnitas ſeruare debeat in electione legati. Neapolitanis an poſſint fieri mandata ſub pœna pecuniaria, & in caſu contrauentionis executioni demandari. 228

CXXXVI.

Immunitas conceſſa Eccleſiæ, vel Monaſterio an ſe extendat ad coniunctas domos conductitias, & apothecas ſitas extra clauſtra. 234

CXXXVII.

Immunitate Eccleſiæ gaudet, qui ad exonorandum corpus extra Eccleſiam repertus fuit. Quæ probationes requirantur in caſibus exceptis, vt immunitatis ſuffragio quis non iuuetur, & quando dicatur publicus latro. 235

CXXXVIII.

Abſolutus ab vno Iudice quando poſſit iterum de eodem delicto puniri ab alio. 238

CXXXIX.

Si Monachus homicida fuerit degradatus, & Curiæ ſæculari traditus, an Iudex laicus debeat cum punire ex eodem proceſſu; an verò ſint repetendi teſtes coram Iudice laico, & iterum compilandus proceſſus. 240

CXL.

Regentes Regiam Cancellariam, an, & quando præcedant Conſiliarios Status, ſiue belli. 241

CXLI.

An confugiens in Eccleſiam poſſit in ea citari. 242

CXLII.

Offenſionis timor ſi vigeat, Iudex compellere poteſt Partes ad præſtandam cautionem de non offendendo. 241

CXLIII.

Inquiſitus poteſt capi, & carceribus mancipari de mandato Iudicis laici, etiam ſi teſtes fiſci in proceſſu informatiuo obiter nominent ipſum clericum. Quod non procedit, ſi iidem reddant congruam ſcientiæ cauſam, & in aliis caſibus hic commemoratis. 245

CXLIV.

Introducta cauſa quando ſit deneganda priuilegiatis beneficia. Inſtantia perempta, & reſtaurata per inſufflationem ſpiritus vitæ, an terminus triginta dierum ſtatutus per Reg. Prag. ad petendum beneficia currat à die inſufflationis ſpiritus, vel adhuc dicatur ante inſufflationem litem pendere, & currat à die editæ pragmaticæ. 246

CXLV.

Inſtantia perempta, & per inſufflationem ſpiritus vitæ ex gratia Principis reſtaurata an minori ſucceſſori in lite ſint concedenda beneficia. 248

CXLVI.

Scripturis per Notarium exemplatis poſt concluſum in cauſa præſentatis, an committenda ſit recognitio petita originalis exemplationis, citata parte, officiali cognitio Partibus non ſuſpecto. Et an, & quando terminus ad concomitandum ſcripturas priuatas poſt concluſum in cauſa præſentatas; ac etiam ad comprobandum in iis contenta, nec non ad impugnandum, & defendendum concedatur. 249

CXLVII.

Bona acquiſita per vxorem ex turpi lucro non ſunt mariti. 250

CXLVIII.

Contractus cum prodigo celebratus an, & quando teneat, & quæ requirantur, vt annulletur. *ibid.*

CXLIX.

Eligendi poteſtas an, & quando ad alios peciores deuoluatur ex cauſa electionis indigni factæ à maiori parte. 251

CL.

Verbum cum interuentu quid importet. 252

ARGVM. VLT.

Moneta, largitiones, ac ſubſidia ſæuiente bello à ſubditis Regiæ Maieſtati eſſe præſtanda aſſeritur; quibus tamen mediis, quoue moderamine, & à quibus perſonis fusè diſtinguitur; obiecta acriter validè, & concludenter refelluntur. 253


D. IOAN.

# D. IOAN. FRANCISCI
# SANFELICII
# DECISIONVM
## SVPREMORVM TRIBVNALIVM
## REGNI NEAPOLITANI.
# LIBER PRIMVS.

### ARGVMENTVM.

*An ſerui, famuli, & coloni Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ frui, & gaudere poſſint, & debeant priuilegio ſuorum dominorum, quorum familiares exiſtunt.*

### SVMMARIVM.

1 *Serui, famuli & coloni Eccleſiæ, Eccleſiaſticæq; perſonæ frui, & gaudere an poſſint, & debeant priuilegio dominorum ſuorum, quorum familiares exiſtunt.*
*Recenſentur DD. pro opinione affirmatiua, & num. 5. & 9. pro negatiua; Et quid in ſeruis perpetuis num. 5. & 18. & qui dicantur ſerui perpetui num. 19.*

2 *Priuilegium conceſſum ſcholaribus extenditur ad ſeruos neceſſarios, atque nuntios, quandiu ſunt in ſeruitio dominorum, quia datur contemplatione domini.*

3 *Priuilegium Officialibus conceſſum videtur & eorum ſubditis conceſſum.*

4 *Famil ares Militum gaudent priuilegio militis, ſi ſunt familiares neceſſarij ſecundum dignit atem perſonæ.*

6 *Ruſtici, & coloni Eccleſiarum quando teneantur ſoluere gabellam de fructibus eis contingentibus.*

7 *Coloni, & familiares Monachorum non liberantur à collectis, licèt ipſi immunes ſint, & num. 13.*

8 *Clericus agens contra laicum reiuendicatione, vel actione perſonali ſuper re Eccleſiæ, aut ipſius clerici debet coram Iudice ſæculari eum conuenire.*

10 *Oblati ad hoc, vt gaudeant fori priuilegio, requiritur qualitas perpetuitatis.*

11 *Ratio, quarè clerici ſint exempti a iuriſdictione Imperatoris.*

12 *Non reperitur in iure deciſum, ſeruos temporales Eccleſiæ, ſiù Eccleſiaſticarum perſonarum fori priuilegio gaudere, nec præſumitur, voluiſſe Romanum Pontificem hoc ſtatuere.*

14 *Suſpectus iudex quoad dominum, an dicatur ſuſpectus etiam pro tota familia.*

15 *Intellectus* cap. 2. de foro competenti.

16 *Familia Archiepiſcopi gaudet priuilegio fori ipſius Archiepiſcopi.*

17 *Priuilegia ſtrictè interpretantur, & non extenduntur de perſona ad perſonam.*

20 *Deciſiones.*

21 *Seruorum, famulorumquè appellatione qui veniant, & qui dicantur Diaconi ſaluatici.*

22 *Confratres tertij ordinis, qui vocantur conuerſi, ſeù oblati an gaudeant fori priuilegio,*

### DECISIO I.

HORATIVS de Rao carceratus tanquam ſeruiens Eccleſiæ petiit remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, & exhibuit literas ſequentes.

*Ioannes Baptiſta miſeratione diuina titul. Sancti Sixti S. R. E. Presbyter Cardinalis Leius Epiſc. Militen.*

*Franciſcus Camp. V. I. D. Prothonotarius Apoſtolicus Generalis Vic.*

*PEr præſentes noſtras literas cunctis pateat euidenter, ac ſit notum, qualiter Horatius Rao de Galatro cupiens Deo deuotè, ſeduloque ſeruire, cum Parochialis Eccleſia Sancti Nicolai ipſius loci indigeat, non ſolùm vno, ſed pluribus ſeruitoribus, & ob mortem Vincentij Chizgniti ad præſens vacet ſeruiente. Ideò Ioſeph Nocera Rector beneficiatus, & Vicarius forenſis ipſius loci, vt ipſum Horatium Rao ſubdiaconum ſaluaticum, & perpetuum ſeruitorem in dicta Eccleſia creare vellemus, Nobis humiliter ſupplicari fecit. Nos igitur ſupplicationibus huiuſmodi inclinati, ac altiſſimè quantum poſſumus fidelium animas lucrifacere volentes, authoritate ſpecialiter conceſſa, ac omnibus aliis melioribus modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus meliùs poſſumus, & debemus, ipſum Horatium ſubdiaconum ſaluaticum, ac perpetuum ſeruitorem dictæ Eccleſiæ adſcribimus, volentes, ipſum vti, frui, & potiri omnibus, & ſingulis priuilegiis, immunitatibus, & exemptionibus, quibus cæteri conſimiles Diaconi ſaluatici perpetuò ſeruitores Eccleſiæ potiuntur, & gaudent, mandantes propterea omnibus noſtris ſubditis, quatenus eundem Diaconum ſaluaticum dictæ Eccleſiæ in perpetuum ſeruitorem, vt ſuprà, recognoſcant, teneant, & habeant, ſuumque priuilegium pro poſſe defendant, ac prout cæteri conſimiles diaconi ſaluatici, & Eccleſiæ ſeruitores perpetui potiuntur, & gaudeant, potirique gaudereque permittant, contradictores, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas compeſcendo. In quorum fidem, &c. Dat. in Epiſcopali palatio Militen. die 2. Maij 1609.*

*Franciſcus Camp. Vic. G n. Locus ſigilli.*
*Alexander Ialius Act. de mandato.*

Frater Fælix Centinus miſeratione diuina tituli Sancti Laurentij S.R.E. Presbyter Cardinalis Aſculanus Epiſc. Milit,

*PErche hauemo commeſſo à voi Horatio Rao Diacono ſeluaggio della Terra noſtra de Galatici molti negotij à bocca, importanti aſſai à queſta noſtra Veſcoual Corte, e perche è dibiſogno andare per molti luoghi della noſtra Dioceſo per aſſequire quel tanto ve hauemo ordinato; perciò in virtù della preſente, per aſſequire con più efficacia detti noſtri commandamenti, vi concedemo licenza, che poſſiate andar armate voi, e due altri clerici ſoggetti alla noſtra giuriſdittione, non contumaci, nè inquiſiti di qualſiuoglia ſorte d'arme, e con queſta ordinamo, e comandamo à tutti Reuerendi Vicarij forani, & altri noſtri ſubditi, che per detto effetto non vi debbiano dar faſtidio, ma ogn'aggiuto, e fauore, il ſimile eſſortamo à tutti Officiali temporali. La preſente reſti al preſentante. Datum in Terra noſtra Galatri die 12. menſis Nouembr. 1613.*

*Gio: Battiſta Caſciamone clerico coniugato compagno. Ioan. Iacobus Martini Vic. Meliten. confirmamus, vt ſuprà Meilta 20. Aprilis 1617. Vng. Epiſcopus Meliten. Locus ſigilli. Franciſcus Iecro Act.*

Fuit dubitatum, an ex tenore prædictarum literarum prædictus Horatius gaudeat fori priuilegio.

In hac controuerſia egregia illa celebris 1
ſeſe offert examinanda quæſtio, vtrum ſerui, famuli, & coloni Eccleſiæ, eccleſiaſticæque perſonæ frui, & gaudere poſſint, & debeant priuilegio ſuorum dominorum, quorum familiares exiſtunt.

Et videbatur affirmandum, tam ex diſpoſitione iuris Cæſarei, quam Pontificij per text. *in l. 1. & 2. C. de Ep. & cleric. in l. prima C. ſi quacunque præditus poteſtate,* ibi, *cum ſua, ſuorumque domo iuriſdictionem eius euitare, &c.* & per text. *in cap. Eccleſiarum ſeruus 12. quæſt. 2.* & in *cap. generaliter §. nouarum 16. quæſt. 1. in cap. iudicatum 89. diſt. in cap. 2. de for. compet. in cap. cum olim de arbitr.* & in *cap. fin. de off. Archid.* per quæ iura DD. aſſeuerant, haſce, ſimileſque perſonas dominorum ſuorum priuilegio potiri, ità ſanè affirmarunt XXXI. Iuris Interpretes, quos in vnum collegi.

Gloſſator *in cap. eos in verb. itidem eos verſ. ad hoc poteſt dici 32. diſtin. in cap. 1. in verb. quod cleric. verſ. vel niſi ruſtici Eccleſiæ conueniantur 12. q. 1. & in d. cap. generaliter §. nouarum, in verb. mancipia 16. q. 1.*

Albericus *in l. ſi quis C. vbi cauſ. fiſcal.* & *in citata l. prima num. 4. verſ. item eſt argum. C. de Epiſc. & cleric.*

Baldus *in cit. l. 1. num. 1. & 5. verſ. item operatur, in d. l. 2. num. 2. in 3. not. & num. 4. & 5. C. de Ep. & cler.*

Caſtrenſ. *in eadem l. ſi quis, & in d. l. prima num. 7. & 8.*

Romanus *in l. cùm quædam puella n. 4. verſ. in veritate ff. de iuriſd. omn. iud.*

Iaſon *in d. l. cum quadam n. 17. verſ. Ludouicus Romanus hic approbat.*

Aquenſ. *in d. l. cùm quadam, n. 11.*

Et Cagnol. *ibidem n. 30.*

Hoſtienſ. *in ſumm. extra de for. comp. §. quibus ex cauſis num. 11. verſ. ex præmiſſis.*

Andr. Barb. *in d. cap. 2. eod. tit. de foro compet.* vbi *num. 99. verſ. in gloſ. ſecundò quæritur,* diffusè hanc examinat quæſtionem, & tandem *num. 35. verſ pro certo contraria opinio mihi videtur de iure verior,* huic adhæret ſententiæ, eamque pluribus exornat, eandem ſententiam amplexus eſt idem Barbat. *in addit.* ad Abb. *in d. cap. 2. num. 6. in ver. velit indiſtinctè, in lit. C.*

Gemin. *in cap. eos 32. diſtinct.*

Socin. ſen. *in cap. 1. numer. 18. de for. compet.*

Card. *in clem. prima quæſt. 17. de vit. & honeſt. cleric.*

Marſil. *conſ. 67. num. 60.*

Grammat. *vot. 33. num. 20. verſ. & patet etiam.*

Petrus Rebuff. *in tractat. de priuileg. ſcholaſt. priuil. 166. in princ. verſ. idem in clericorum famulis.*

Summa Angel. *in verb. clericus decimoquarto §. 2.*

Carpan. *ſuper ſtat. Mediolan. capitul. 167. num. 52. lib. 1.*

Marant. *in pract. part. 4. diſt. 11. num. 4.* vbi Add. *in lit. A.*

Duen. *reg. 305.*

Calcan. *conſil. 71.* quidam Nicolaus *numer. 3.* vbi refert, hanc eſſe communem ſententiam.

Add.

Add. ad Buſſ. *in tractat. crim. in tit. de foro compet. in lit. S.*

Epiſcop. Minnrenſ. *in ſua prax. Epiſ. in verb. Epiſcop. verſ. decimoprimo in par. primu.*

Catau. *ſuper rit. M. C. V. rit.* 46. *num.* 27. *in fin. verſ. & contraria procedunt in familia clericorum.*

Ioannes à Fina *in ſuis concluſ. lib.* 4. *in verb. famulus concluſ.* 2.

Decian. *in tract. crim. part. prima lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 47. *& ſequen.* vbi ponit varias ſeruorum ſpecies, & declarat, qui ſunt illi, qui gaudent, & non gandent priuilegio dominis conceſſo, & ioquit, quod hæc eſt magis communis opinio, quam rameo declarat procedere io ſeruis, qui annua mercede ſeruiunt, & non in iis, qui dietim.

Vulpell. *in tractat. de libert. Eccleſiæ part.* 3. *num.* 24. vbi latè examioat iſtam materiam, & ponit dinerſas opiniones.

Bonacoſſ. *in tract. de ſeru. & famul. q.* 15. *in fin.* vbi teſtator de communi opione.

Graſſ. *commun. opin. cap.* 10. *q.* 7. quos refert; ſed non ſequitur Carolus de Graſſ. *in tract. de effect. clericatus, effect.* 1. *num.* 146.

Menoch. qui eriam multos ex prædictis refert *in tractat. de arbitr. iud. centuria* 6. *caſ.* 562. *num.* 8. *& ſeq.* vbi etiam adducit argumenta pro iſta ſententia.

Mart. *in tract. de iuriſd. part.* 4. *cent.* 2. *caſu* 111. qui *num.* 6. hanc opinionem in famulo clerici amplexatur, reiecta contraria, quam *num.* 11. *& ſeq.* declarat, procedere in iis famulis, qui ſalario deputaro dietim, vel per hebdomadas ſeruiunt, noo autem in iis, qui ordinariè, & commenſales dicuntur, quæ commenſalitas corpore, & dentibus fit io propria domo ipſius domini *cap. final. de verborum ſignificatione.*

Pro qua ſententia afferri ſolet argumentum
2 à fortiori ductum *ex auth. habita C. nè filius pro patre*, vbi priuilegia, quæ ſunt data ſcholaribus per *d. auth.* in declinatione fori, & in aliis ibi contentis, extenduntur, immò comprehendunt eorum famulos, & ſeruos neceſſarios, atque nuntios, vt *in d. auth. verſ. tum ipſi, quàm eorum nuntij*, & notant hoc ibi Cyn. *in prin.* Bal. *num.* 9. *verſ. quintò nota*, Salyc. *numer.* 4. *&* 5. *verſ. item nota*, *& inferius num.* 32. *verſ. quod autem*, & Bolog. *num.* 13. Nicol. de Matt. *in l.* 1. *C. de Epiſcop. & cleric.* quem refert, & ſequitur Andr. Barbar. *in d. cap.* 2. *num.* 36. *de for. compet.* Rebuff. *in l. vnica* §. *fin. n. fin. verſ. ſed contra tenendum C. de collegiatis lib.* 11. Philipp. Franchus *in proœm. ſexti decretalis n.* 13. *in verſ. ſcholaribus*, Felin. *in d. cap.* 2. *n.* 5. *verſ. ita famuli, de for. competenti*, Raueo. *in clementin. vnica de vſur.* Rebuff. *in tract. de priu. ſcholaſt. priuileg.* 166. vbi eriam multos Scribentes ex prædictis refert, & DD. *in l. ſcriniarios C. de milit. teſtam.* alijquè adducti per Petruio Dnenna *in regul.* 303. cum aliis plurimis ad hoc congeſtia per Horatium Lut. *in tract. de priuil. ſchol. in fin. tract. in tit. de iis, qui gaudent priuileg. ſchol. num.* 2. extenduntur autem priuilegia ſcholarium ad famulos, & eorum ſeruos, quaodiù ſunt in ſeruitio dominorum, poſtea verò quando exeunt à ſeruitio ipſorum ſcholarium, & aliis ſeruiunt, priuilegiis ipſis minimè gaudent. Ratio eſt, quia non habent priuilegium pro ſe; ſed fauore dominorum, & ceſſante cauſa fauoris, ceſſat fauor *l. hi*, *& l. ſequent.* §. 1. *ff. ex quibus cauſ. maior. & l.* 2. §. *planè ff. de iudic.* nam vxor repudiata non habet priuilegium repudiantis *l. quod ait ff. de diuort.* pulchrè Barbat. *conſ.* 82. *clementiſſimi col.* 3. *in* 4. *vo.* & quia qualitas adiuncta verbo intelligi debet ſecundùm tempus verbi *l. in delictis* §. 1. *de noxal.* & ita firmat Iacob. Butr. *in d. l.* 2. *C. de Epiſcop. & cler.* quem ſequitur ibidem Bar. & Bal. *in prima col. verſ. ſecundò inducit*, Salyc. *num.* 7. Auer. *in tractat. ſtatut. in prima part. quæſt.* 114. Rebuff. *in d. priuil.* 166. *ad finem verſ. limita hoc procedere*. Horatius Lut. *vbi ſuprà*, Menoch. *in d. caſu* 562 *num.* 9. *verſ.* 2. afferri ſolent & alij DD. ſuprà relati, quibus addas nouiſſimè Mart. *in d. caſ.* 111. *n.* 13. *&* 14. ergo fori priuilegium Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ conceſſum competere debet multò magis, & eorum ſeruis, & colonis, cum magis fauendum ſit clericis, quàm ſcholaſticis, ita Andr. Barb. *in d. n.* 36. & Menoch. *n.* 9. cumquè prædictæ perſonæ non debeant eſſe peioris conditionis circa priuilegia dominorum, quam ſint famuli neceſſarij ſcholarium.

Prætereà fortiùs [illegible] ratio, quod ideò priuilegium, quod dom[illegible] datur, familiæ detur, quia ſerui domioo, & [illegible]pre ipſius domini datur, & pro ſeruitio [illegible]pto ſe, ſed propter domini perſonam priui[illegible] fruuntur, ita dicit Bald. *in d. l.* 2. *num.* 5. *in* [illegible]*ab. & num* 4 *&* 5. *C. de Epiſcop. & Cler.* Ba[illegible] *d. cap.* 5. *num* 37. *de foro compet.* & Gram[illegible] 102. incip. *Redemptoris gentium num.* 7. [illegible] ſequutus refert Carauit. *in d. ritu* 46. *n.* 2 [illegible]bus addas eundem Grammat. in relato [illegible]. *num.* 50. & eundem Barb. *in addit.* ad A[illegible]*num.* 6. *in lit. C. in verb. velit indiſtinctè*, & M[illegible]*h. de arbitrar. d. lib.* 5. *cent.* 6. *caſu* 162. *num*[illegible] potiùs datur Eccleſiæ, quam perſonæ, q[illegible]uore Eccleſiæ eſt introductum, Bald. *in* [illegible]*res. num.* 6. *verſ. deindè nota C. de Sacroſanct.* [illegible]

At hæc ratio ſibi locum vndi[illegible] ſiuè ſeruiat perpetuò, ſiuè ad tempus, [illegible] prælati Scrib. affirmant, quod ſeruientes Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ, & ſi ſunt [illegible] miniſterio ipſarum, gaudeant priuilegio dominorum, non principaliter, & per ſe [illegible] propter fauorem ſuorum dominorum ex DD. relatis, [illegible]circò gaudere poſſunt, & deb[illegible], ſiuè temporales ſint, ſiuè perpetui, verùm ſi temporaliter, hi perpetuò, & conſequenter quaodiu clericis, ſeu Eccleſiæ ſeruient, tam priuilegiis fruentur; ita relati DD. Hæc [illegible] ductio fuit Andr. Barbat. *vbi ſuprà*, quem relati DD. *ſequuti* ſunt.

3 Adducunt etiam prædicti DD. pro hac confirmanda ſententia dictum Baldi *in l. reſtituendu C. de Aduoc. diuerſ. iudiciorum*, quòd priuilegium Officialibus conceſſum videtur & eorum ſubditis conceſſum, quod refert Campag. *in repet. extrauag. vnic. de vita, & honeſt. cler. num.* 52.

4 Et aliud eiuſdem Baldi dictum io *l. primu C. de vxorib. militum*, quòd ſcutifer, & familiares militum gaudent eodem priuilegio, ſi ſunt familiares neceſſarij ſecundum dignitatem perſonæ, & hoc etiam tenet ibi Cyn. & vtrumque refert Campag. & nouiſſimè Mart. *in locis ſuprà commemoratis.*

Nonnulli alij Scribentes magni quoque nominis in ſeruo perpetuo, qui propriè dicitur mancipium ex text. *in l. prima C. de Epiſc. & cler.* *cup.* *generaliter §. nouarum 21. quæſt prima*, affirmauerant, in famulo, vero ſeruo, aut colono non perpetuo totum oppoſitum defendunt, dicentes, iſtos nullo fori priuilegio potiri, ità affirmarunt X X X X I I. iuris Interpretes, quos ex ordine numerandos eſſe putaui.

Gloſſa *in cap. indicatum* 89. *diſt. in verſ. inter eos, verſ. alij dicunt*, gloſſ. *in cap. ecleſiorum ſeruos in verb. clericorum* 12. *quæſt.*, *& in cap. clericum il primo* 11. *q.* 1. vbi licèt ideatur indiſtinctè tenere, familiarem gaudere priuilegio domini, intelligitur de perpetuis, non de temporalibus, vt benè enucleat Feli *in d. cap.* 2. *de foro compet. num. primo, verſ. d dicio* ibi text. quod præſertim animaduertit tam. huius ſententiæ ſectatur *in conſ.* 102. *r. mptoris gentium num.* 16. *in princ.* Hinc digr citur error aliquorum DD. qui prædictæ gl æ authoritatem vtroque in loco, tùm *in d.* *Eccleſiarum ſeruos*, tùm etiam *in d. cap.* *icum il primo*, pro prima opinione citarunt quorum numero ſunt Domin. Carol. de Graſ Menoch. *vbi ſup.* ille *num.* 146. *&* 149. *ver* *liqui verò conati ſunt*, bie *num.* 8. *verſ. ſecu* *eſt opinio*, huius quoque poſterioris ſente defenſores ſunt.

Hug. &

Archidiaconus i *cap. Eccleſiarum ſeruos*, *& in d. cap. cleric* *il primo num.* 3. *verſ. de ſeruientibus*, qui us rectè pro prima ſententia à DD. alleg.

Specul. *in tit* *ompet. iudic. addit.* §. 1. *num.* 27. *verſ. ſed i* *ſſunt intelligi, vel ſi conuenianiur iſti ex* *lo, vel ex contractu, ſortiuntur forum la*

Abb. *in c* *on minus num.* 14. *in fin. de immun. Eccl* *in d. cap.* 2. *num.* 5. *in fin. & num. ſeq. de for* pet. & ſi contrarium dixiſſe videtur *in con* *ſ. ſuccinctè*, prout refert Theſaurus *in deciſ.* *num.* 4. attamen ſi benè inſpiciatur dictum A ad aliud pro argumento affert, & non firm pedeat hæc ſententia, quod aduertit Feli *n d. cap.* *numero* 1. *circa fin. verſ.* Sol. domin Abb. ibi *cluit, pro tunc ſe firmare.*

Fed. de Senis *cnſ.* 6. aliàs 156. *& conſ.* 121. *col. pe num.* 10. *verſ. & illa iura loquuntur in ſeru*, *& familia perpetua*, vbi etiam tenet, quòd ruſtici, & coloni eccleſiarum, qui colunt Eccleſiarum prædia à fructuum medietatem, vel nummis conducunt tenentur ſoluere gabellas de parte fructuum eis contingentium, & alia onera, ſequitur, & latiùs fundat Theſaur. *deciſione* 116.

Anton. de Butr. *ied. cap.* 2. *num.* 4. qui dixit hanc eſſe regulam.

Aret. ibidem *num.* . *verſ. & iſte tertius modus intelligendi, & num.* 8 *in princ.*

Felin. *num.* 1. *in fin verſ. tutior eſt opinio* Abb. vbi aſſerit, tutiorem eſſe opinionem, & *num.* 5. *in princ.*

Præp. *in cap. quod clericus num.* 14. *& in cap. clericum num.* 5. 11. *quæſt. prima*, *& in cap. iudicatum in fin.* 89. *diſt.* Idem Præp *in cap. eos* 32. *diſt. & addit. noua* ad Felin. *in d. cap.* 2.

Ioan. de Fant. *in ſumm.* 12. *quæſt. prima* relatus à Fel. *in d. cap.* 2. *num.* 3. loquitur de colonis.

Gemin. *in d. cap. eos.*

Socin. ſenior *in cap.* 1. *declaratione* 5. *num.* 8. *verſ. indè fit concluſio, de foro compet.*

Ioannes Ant. de Nigris *in d. extrauag. vnic. num.* 91. *de vita & honeſt cleric.*

Anfret. *de poteſt. ſecul. ſuper Eccleſ. perſon. reg.* 2. *num.* 36. *verſ. tertiò extendo*, qui *in fine dicti verſ.* ait, hanc partem eſſe tutiorem, & ità de facto ſeruari.

Romanus pro ſingulari id notat *in ſuo ſing.* 603. incipiente *an priuilegium.*

Ripa (quem minus rectè pro contraria ſententia citat Theſaur. *in d. deciſ.* 22.) *in tract. de peſt. tit. de remed. ad conſeruandam vbertatem §. deuenio nunc num.* 127. *& ſeq.*

Marſil. *conſ.* 67. *n.* 60.

Io. Aloyſ. de Leo *in authen. caſſa. n.* 23. *C. de Sacroſanct. Eccl.*

Petrus Auguſtinus Morla *in empor. vtriuſque iuris part. prima, tit.* 2. *de iuriſdict. omn. iud. n.* 140. quem affert Carol. de Graſſ. in proximo citando *loco num.* 131.

Scaccia *in tract. de iudiciis part. prima cap.* 11. *num.* 22.

Camil. de Curt. *in diuerſ. ſeu comproben. iur. feud. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 107.

Suarez *in commun. opin. in verb. clericus num.* 128. *&* 119. vbi aſſerit, hanc eſſe communem opinionem.

Vulpell. *in tract. de libert. Eccl. p.* 3. *n.* 24.

Baiard. *in addit.* ad Clar. *in §. fin. q.* 36. *n.* 3.

Mart. Vran. *vltramon. conſ.* 7. *num.* 8. *& ſeq.* vbi alios allegat, & *num.* 10. reſpondet ad allegata in contrarium *lib.* 1.

Gutierrez *pract. quæſt. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 2.

Carol. de Graſſ. *in tract. & effect. cleric.* nonnullos ex prædictis allegans *effect.* 1. *num.* 147. *verſ. contrarium nihilominus opinionem*, *& num.* 148. *& ſeq.* vbi de communi, idemque magis recepta teſtatur ſententia *verſ. ego verò*, vbi refert, ità fuiſſe practicatum in perſonam cuiuſdam famuli receptoris militum Hieroſolymitanorum, & contrariam ſententiam in Curia non ſeruari.

Bellerus *diſquiſ. clerical. part. prima* §. 1. *de fauor. cleric. reul. num.* 12.

Farin. *in q.* 8. *ampl.* 15. *n.* 46.

Capyc. *deciſ.* 11. *num.* 2. *in princ. & eod. num. verſ. reſpondeo*, teſtatur de magis communi.

Gramm. ſibi ipſi contrarius *in conſ.* 102. Redemptoris *gentium num.* 14. *& ſeq. in ciuilibus*, vbi *n.* 16. teſtatur hanc eſſe communem.

Natta *conſ.* 576. *n.* 3. 6. *&* 17. *lib.* 4.

Couarr. *in lib. pract. quæſt. cap.* 35. *num.* 2. *verſ. quintò non video.*

Clar. *in pract. crim. §. fin. q.* 35. *num.* 12. *verſ. quæro, nunquid. familiares*, vbi de communi teſtatur.

Theſſaur. *in d. deciſion. Pedem* 22. *numero quarto verſus verum, viſus eſt probare hanc ſententiam*, ſecundùm quam teſtatur ſæpius iudicaſſe Senatum Taurinenſem, & ſi eodem in loco ſcripſerit idem Theſaur. contrariam opinionem fortè de iure veriorem.

Ioann. Port. *in conſ.* incipiente *Omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio* 4. *col.*

Menoch. qui multos ex his refert *in d. caſ.* 562. *n.* 4. *& ſeq.* vbi etiam recenſet rationes, quibus fundatur hæc opinio.

Calcaneus *conſ.* 21. *num.* 13.

Fuluius

Fuluius Pacian. *in tract. cui incumb. onus prob. lib. 2. cap. 34. num. 123. verſ. ſed an famuli clericorum.*

Decian. *in tract. crim tom. 1 lib. 4. cap. 9. num. 47.* iuncto *num. 57. & ſequent.* vbi relatis hinc inde DD. contrarium ſentientibus concludit, ancillas & famulos Eccleſiæ, eccleſiaſticæque perſonæ conductitios, & qui conuenta mercede inſeruiunt, minimè fori priuilegio gaudere, ita quoque & in earum ruſticis, quod ante eum voluit. Ant. *in cap. grauem col. 2. de ſent. excom.* Felin. *de for. com. in cap. 2. num. 3. verſ. de ruſt.* qui ſequitur Ant. *in d. cap. grauem.*

Capiblancus *in tract. de Baron. prag. 8. part. 3. num. 69. verſ. & conſequenter adnotic in prima impreſſione, & in ſecunda impreſſ. eod. loco num. 65. in verſ. dubitatum fuit, an familia clericorum,* ſimpliciter tenuit, famulos non gaudere,

Fundamenta, quibus præcitati DD. moti ſunt plura adducuntur.

Primum, quod coloni, & familiares monachorum non liberantur à collectis, licet ipſi monachi immunes ſint, vt fundauit, & deciſum refert Theſaur. *deciſ. 116.*

Secundum, quia ſi clericus agat contra laicum rei vendicatione, vel actione perſonali ſuper re Eccleſiæ, aut ipſius clerici, debet illum coram iudice ſæculari conuenire, per authoritates, & iura, quæ allegat Auſt. *in d. tract. regul. 4. num. 9.* Hæc duo fundamenta conſiderantur per Theſaur. *in d. deciſ. 22. à num. 1. verſ prima, quòd coloni.*

9 Tertium, priuilegia tanquam ſtricti iuris non debent extendi *cap. priuilegia de regul. iur. in 6.* priuilegium verò fori conceſſum clerico extendi non debet ad eius ſeruum, famulum, & colonum, hoc argumentum affert Menoch. *in d. caſu 562. numero quinto, verſ. primò ea ratione,* quo loco conatur reſpondere argumentis prædictis.

10 Quartum fundamentum pro hac ſententia ſumitur ex diſpoſitione tex. *in cap. per exemptionem de priuileg.* quem pro hac ſententia primus omnium allegauit Io. Zar. quem refert Barb. *d. cap. 2. num. 31. antè medium de for. comp.* in quo in oblatis, quorum vita habet aliquid ſpiritualitatis, requiritur qualitas perpetuitatis, ad hoc vt per exemptionem Eccleſiæ conceſſam, ipſi quoque exempti intelligantur, quartò igitur minus gaudebunt famuli temporales, nihil habentes ſpiritualitatis, ità Abb. *in d. capite ſecundo in fine de foro compet.* & Felin. ibidem *numero primo ad finem,* Gram. *d. conſ. 102. num. 16. ad principium,* Niger. *in repetit. dicta extrauag. vnica de vit. & honeſt. cleric. num. 87.*

Quintum pro hac ſententia adducit Auct. poſt Abb. *d. cap. 2. num. 6. circa medium* tex. *in cap. penult. verſ. non ſit autem eod. tit. de priuileg. in 6.* vbi apertè decidit Summus Pontifex, priuilegium datum Conuentui non prodeſſe familiaribus.

11 Sextum, attenta ratione, quam conſiderat Innocent. *in cap. 2. de maiorit. & obedient,* quare clerici ſint exempti à iuriſdictione Imperatoris, quia cum clerici ſpirituales res ſint, & ex toto corpus, & animam dederunt in ſeruitium, & ſortem Chriſti 12. *quaſt. prima cap. 3.* per conſequens Papæ iudicio, & conſtitutionibus ſubſunt 10. *diſt. cap. Imperium,* at ceſſat hæc ratio in ſeruis & famulis ſæcularibus, qui non ſe ità dederunt in ſeruitio, & taliter ſe non manciparunt obſequio Chriſti.

Septimum, iure cautum non reperitur, quòd fori priuilegium locum habeat in ſeruis conductitiis, & familiaribus, prout dixit Abbas poſt Archid. *in d. cap. 2. de for. compet. in 6.* quem refert, & ſequitur Decian. *in tract. crim. in d. cap. 9. lib. 4. num. 57. in fin.* qui hoc verum putat, præſertim in criminalibus, nè ſcilicet delicta remaneant impunita, & detur occaſio delinquendi contra iura vulgata, vbi idem in ruſticis Eccleſiæ, & clericorum, vt ſcilicet regulariter non gaudeant priuilegio fori *n. 58. verſ. idem ergo,* idem quoque reſtatum reliquit Capycius *in d. deciſ. 12. num. 2. in princ.* & Barb. *in d. cap. 2. num 30.* quod lucidiùs, & clariùs apparebit ex contrariorum reſolutione, cùm ergo lex hoc non dicat, nec nos dicere debemus, ad iura ſatis vulgata. 12

Nec præſumitur, voluiſſe Romanum Pontificem in præiudicium Regis; & ſæcularis iuriſdictionis hoc ſtatuere, prout fatetur ipſe Romanus Pontifex *in cap. nouit de iudiciis,* ità dixiſſe Auguſtinum Morlam refert Carol. de Graſſ. *tract. de effect. cleric, effect. 1. num. 131, circa medium,* vbi Petrus Auguſtinus dicit *d. cap.* 2 poſſe procedere in locis, & terris S.R.E. ſubiectis etiam in temporalibus.

Hanc ſequentibus opinionem non obſtant in contrarium adducta, & primò non obſtans tex. *in l. prima, & ſecunda C. de Epiſ. & cler. cap. generaliter §. nouarum 16. quaſt. 1.* nam loquuntur per verbum *mancipia,* & ſic erant perpetua, vt benè declarat Felin. *in d. cap. 2 num. 1. verſ. dicit ibi* tex. & poſt eum Gram. *in d. conſ. 120. n. 16. ad principium,* & Theſaur. *in d. deciſ. 81. num. 5.* vbi ità etiam intelligit tex. *in cap. Eccleſiarum 12. quaſt. 2.* pro contraria ſententia adductum, qui tex. loquitur per verbum *ſeruos,* vt intelligatur de ſeruis, & ante eum gloſ. *in d. c. Eccleſiarum ſeruos in verb. clericorum,* dum vtitur verb. *mancipiis,* & ita etiam reſpondetur ad tex. *in cap. iudicatum 89. diſt.* quem locum hunc in modum intellexit Mast. *in tract. de iuriſdictione caſu 111. in princ. verſ. primus eſt articulus,* antè eum gloſſ. ibidem *in verb. inter eos, verſ. alij dicunt.*

Secundò reſpondetur, in prædictis iuribus (præterquam *in d. cap. iudicatum 89. diſt.*) ſancitum eſſe tantummodo ſuper impoſitione collectarum, de priuilegio verò fori nullum verbum, ergo non eſt idem dicendum de eo, quia non licet argumentari de vno priuilegio ad aliud, & de caſu ad caſum, vt per Io. Andr. *in regula, quæ à iure communi, de reg. iur. lib. 6.* & per Abb. *in cap. At ſi clerici 3. col. de iudic.* etiam ſi conceſſum priuilegium eſſet maius, ad quod volumus arguere, vt per eos, & traditur *in cap. ſanè de priuilegiis.* Alioquin priuilegia in infinitum multiplicarentur. Quod non eſt dicendum; ſiquidem ſpecialia, quæ vocamus, ſiue priuilegia non ſunt amplianda, nec ad alios caſus trahenda, *l. quod vero, & l. ius ſingulare ff. de legib. cum concord.* Ex quo fit, vt ſi quid ſit ſpeciale in vno caſu non ſequatur, ſpeciale eſſe in aliis, vt docuit Alexand. *in l. ſi pecuniam col. 1. C. de neg. geſt.* nec in dubio à regula recedendum eſt, gl. *in l. omnis definitio ff. de reg. iur. & in rub. eiuſdem tit. lib. 6.* 13

Neque obſtat tex. *in l. prima C. ſi quacunque prad. poteſt.* nam nil ad rem noſtram facit, cùm ob delictum ius dicentis ſancitum ſit, ipſum ius

dicentem non ſolùm eſſe ſuſpectum domino, quem læſit, ſed etiam toti familiæ. Eſt enim regulare iuri, ac æquitati conſentaneum, quod ſi Iudex eſt ſuſpectus quoad dominum, cenſeatur etiam ſuſpectus quoad totam eius familiam, ſicuti ſcribunt Iun. & Dec. *in cap. inſinuaate, de officio deleg.* & Ang *in d. l. prima,* & ibi Bal. *num. 4. in fine verſ. hoc præmiſſo C. de Epiſc. & Cleric.* Ea enim ratione eximitur tota domus, quia ſicut Iudex infeſtus domino præſumitur, ita etiam familiæ, à quo indebitè poſſe: vexari, quæ ceſſat in caſu, in quo non cadit ſuſpicio, nec timor vexationis. Iudex laicus non quia infeſtus eſſe præſumitur Eccleſiaſticæ perſonæ, eſt incompetens, ſed quia Eccleſiaſtici ex toto corpus, & animam deputauerunt, & dederunt in ſortem, & ſeruitium Ieſu Chriſti, vt ſuprà fundatum fuit.

15 Neque obſtat tex. *in cap. 2. de foro compet.* dum Summus Pontifex ait, *quòd nullus iudicem, neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum vllum, aut minores Eccleſia, aut permiſſu Pontificis per ſe diſtringere, aut condemnare præſumat.*

Illud enim verbum *minores* intelligendum eſt ſecundum ſubiectam materiam de Clericis primæ tunſuræ, & minorum ordinum, ex quo verba ſemper ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam *l. ſi vno ff. loc. l. ſi ſtipalatus ff. de vſur. l. Proculus ff. de vſuf. l. inſulam ff. de præſc. ver.* quod eſt adeò verum, vt procedat etiam ſi verba ſint impropianda, Rot. *dec. 10, num. 6. de teſtam. in antiq.* vltra quamplures alias authoritates congeſtas per Dom. Reg. Valenz. *virum ſumma religione, parique ſapientia ornatum, & excultum in conſ. 87. num. 22. & 23, lib. 2.* & in propriis terminis hæc docuit Anch. *in dict. cap. 2. numero ſecundo in princip.* & ſubſecutus eſt Bellet. *diſq. Clerical. part. prima, §. 2. num. 1.* dum ex diſpoſitione dicti *capituli ſecundi, de foro compet.* fundat, in minoribus ordinibus conſtitutos exemptos eſſe à foro ſæculari cum requiſitis in decretis Conc. Trident. ſeu de conuerſis & oblatis ſecundum Abb. *in d. cap. 2. num. 5. in fine,* & ibidem Inn. *in verb. minores,* ſequitur Aret. *in eod. cap. 2. num. 6. in princip.* qui intelligendi ſunt iuxta ea, quæ diximus paulò ſupra.

Ad tex. *in cap. cùm olim, de arbitr.* reſpondetur ibi non agi de aliquo fori priuilegio, ſed ſolùm de priuilegio, ſeu lege, & regula illius Hoſpitalis, vt fratres, ſeu adminiſtratores illius Hoſpitalis vna cùm ipſa familia eligere debeant Rectores.

16 Ad argumentum à fortiori ex *auth. habita C. ne fil. pro patre,* reſpondetur, illud fuiſſe expreſsè conceſſum ſcholaribus, quod non eſt extendendum ad alios *d. cap. priuilegia de reg. iur. in 6.* cum aliis ſupra adductis, quæ reſponſio conuenit etiam doctrinæ Bald. *in l. prima C. de vxoribus militum num. 3.* pro contraria opinione adductæ, quod loquatur de priuilegio militibus conceſſo, & in *l. reſtituenda C. de Aduocat. diuerſorum iudic. ſuprà num. 3.* quod priuilegium officiali conceſſum ad ſubditos extendatur quoad exercitium iuriſdictionis, & non facit ad caſum, de quo agitur, cùm nulla ſit conceſſa iuriſdictio per Legem Clericis.

Neque obſtat, quod pro contraria ſententia aſſerebatur, quod contemplatione domini priuilegium conceſſum eſt tam reſpectu ſerui perpetui, quàm temporalis: nam reſpondetur, diuerſam rationem militare in ſeruis perpetuis, quia iſti perpetui ſunt, & ſunt tanquam bona, & res propriæ Eccleſiæ, eccleſiaſticarumque perſonarum, quæ ſunt extra iuriſdictionem Iudicis ſæcularis per ea, quæ dixit de Graſſ. *in d. primo effect. num. 10. verſ. ampliatur quartò,* & hæc ratio originaliter fuit Decian. *in tract. crimin. in lib. 4 cap 9. num. 57. verſ. ſextò famuli in fin.* & poſt eum Farin. *quæſt. 8. num. 46. ampl. 15. ad fin.* Carol. de Graſ. in præallegato *loco verſ. & pro iſta opinione poteſt adduci alia ratio num. 150.* quæ ratio non militat in ſeruo temporali.

Nec eſt facienda vis in verbis litterarum Epiſcopi, ibi: *& perpetuum ſeruitorem,* attendendum eſt enim id, quod in effectu & in veritate eſt, non quod verbis exprimitur: nam ſenſus, & non verba inſpicienda ſunt, *lib. 3. C. de liber. præterit.* perpetui enim ſunt mancipia, tex. eſt in *cap. generaliter §. nouarum 16. quæſt. prima,* ibi *fundos, & mancipia veſtra, & in l. prima C. de Epiſcop. & cleric.* ibi *vos & mancipia veſtra.*

Et iuxta hanc opinionem per Collaterale 20 Concilium fuerunt miſſæ literæ hortatoriales de anno 1615. vt *in Regiſtro in 8. fol. 90.* & ita decisum per M. C. & S. C.

In cauſa Horatij Rago inquiſiti de ictibus ſcopitorum paruolorum, & aliis offenſionibus in perſonam Locumtenentis Terræ Galatri, nempè quòd cauſa remaneat in M. C. & per S. C. confirmatum decretum menſe Auguſti, & Octobris 1617. in Banca Ptrei, & iterum ſub die 18. Februarij 1619. per doctiſſimum, & integerrimum Regentem Rouitum tunc Regium Conſiliarium delegatum fuit denegata remiſſio Ioannis Ambroſij Monachi inquiſiti de tonſione monetæ, quia ſeruus Eccleſiæ.

Qui verò veniant appellatione ſeruorum, vel 21 famulorum, cumulat doctiſſimus Graſſ. *de effect. cleric. effect. 1. numero 152. verſ. qui verò veniant.*

Confratres tertij ordinis, qui vocantur con- 22 uerſi, ſeu oblati nouitij Hoſpitalarij an gaudeant priuilegio fori, Capiblan. *de Baronib. prag. 8. part. 3. à num. 54.*

Adde D. Regentem Marchionem Belmontis *in repetit. Auth. Ingreſſi, cap. 10.* Auguſtin. Barb, *de foro Eccleſ. vniuerſo cap. 39. de priuileg. fori §. 2. num. 44.*

## ARGVMENTVM.

*An alienata re litigioſa in Clericum, ſeu Eccleſiaſticam perſonam iudicium ſit finiendum coram eodem Iudice laico, ac ſententia exequutioni demandanda per eundem*

## SVMMARIVM.

1 *Alienata re litigioſa in clericum an per Iudicem laicum poſſit procedi ad exequutionem ſententia, vel fiat remittenda concernentia exequutionem ad Iudicem Eccleſiaſticum, & num. 4. 5 & 14.*

2 *Alienata re litigioſa, quando ſit agendum contra nouum poſſeſſorem reuocatoria, & quando poſſit exequi contra poſſeſſorem, & proferri ſententia*

*ſententia contra conuentum ex decreto Iudicis laici , & num. 15.*

*Bona in cauſam iudicati pigneri capta , ſi fuerint in clericum alienata ab ipſo reo ſine authoritate Iudicis, authoritate eiuſdem Iudicis laici ſunt vendenda. num.17.*

3 *Eccleſia, eccleſiaſticaque perſona non comprehendantur ſub ſtatutò per Regem lato.*

*Alienatio rei litigioſæ eſt nulla num.6. & habetur ac ſi non eſſet facta n. 10.*

7 *Lite pendente non poteſt fieri ceſſio ad effectum vt iudicium transferatur in ceſſionarium , ſed iudicium currit cum cedente, & ſententia exequutioni demandatur contra nouum poſſeſſorem , quamvis alienatio in clericum facta ſit , ſiue is ſciuerit , ſiue ignorauerit, rem eſſe litigioſam , ſiuè actio ſit in rem. ſiuè in perſonam , ſiuè de re ipſa , vel generalis, & num.8.*

9 *Tertio opponente ſe liti in iudicio exequutiuo , an & quando procedendum ſit ad ipſius inſtantiam via ordinaria.*

10 *Actus factus contra legis prohibitionem eſt nullus.*

12 *Clericus effectus poſt captum iudicium coram Iudice laico an declinabit forum.*

13 *Clericus ſucceſſor laici an ligetur inſtantia coram Iudice laico inchoata.*

16 *Clerici dùm litigant in Regiis Tribunalibus tenentur ad obſeruantiam* cap. conuentus.

*Clericus an remaneat ſubiectus diſpoſitioni Regiæ Pragmaticæ , ſi velit facere prouentionem aduerſus inſtrumentum.*

*Statuta , ſeù conſuetudines laicorum in deciſionibus cauſarum non ligant clericos, & perſonas Eccleſiaſticas ſecùs ſi reſpiciant proceſſum faciendum , & ordinem iudicij , vt ibid. paulò infra.*

*Ex depoſito facto ſponte per Clericum vt audiatur ſuper nullitatibus , dicitur præuenta cauſa , & non perſona.*

*Clericus litigans in foro ſeculari arctatur ex tempore præfixo inſtantiæ à ſtatutis laicorum, & eum ratione.*

*Litigans in iudicio ſeculari, arctatur ſtatuto diſponente ſuper exhibitione mandati.*

*Clericus actor ſuccumbens , condemnatur per iudicem laicum in expenſis.*

17 *Ad exequutionem realem ſuper bonis per clericum poſſeſſis quomodo ſit procedendum remiſſiuè.*

*Agens ad auocandam pecuniam à Iudice laico clerico liberatam in concurſu creditorum coram quo Iudice agere debeat, num.17.*

18 *Si eodem die citationis reperiatur alienata res, ſuper qua mota eſt lis , an dicatur alienatio rei litigioſæ, & an vitium litigioſi habeat locum in alienatione facta ex cauſa dotis.*

19 *Clericus ſuſcipiens ordines minores , & beneficium Eccleſiaſticum obtinens poſt delictum commiſſum in fraudem Regiæ iuriſdictioni an gaudeat priuilegio fori.*

20 *Et quid ſi eſſet cauſa, & perſona præuenta, & n.23. & 25. hic deciſum n.22. & 26. & quid in clerico primo tonſura, num.19.*

21 *Habilitatus cum cautione dicitur carceratus.*

24 *Clericus amittens fori priuilegium ratione fraudis non amittit priuilegium* Canonis ſi quis ſuadente Diabolo.

27 *Profeſſio facta poſt delictum , & poſt ſententiam ſoriudicationis in fraudem Regiæ iuriſdictionis , an eximat reum à iuriſdictione Iudicis laici.*

28 *Profeſſus æquiparatur clerico in ſacris conſtituto.*

29 *Clericus primæ tonſura cum falſis dimiſſoriis initiatus non gaudet priuilegio fori. Et quid ſi ſit irregularis, quia bigamus, ibid.*

30 *Clericus nulliter ad ordines promotus, quia irregularis, an gaudeat priuilegio fori. Et praxis , quæ obſeruatur per Iudicem laicum, quando reperitur in eius poſſe. num.31.*

## DECISIO II.

PRo negatiua per Sacrum Conſilium Neapolitanum iudicatum fuit, & prouiſum, quòd
concernentia exequutionem ſententiæ remitte- 1
rētur ad Iudicem Eccleſiaſticum competentem,
vt teſtatur Præſ. de Franch. *deciſ.545.* vbi fundamentum huius deciſionis refert , fuiſſe , quia
de iure communi eſt difficultas , an debeat agi 2
reuocatoria , vel mandari exequutioni contrà
tertium , ad quem lite pendente res peruenit, ad cuius difficultatem tollendam fuit editum *Capitulum Regni conuentus* , per quod eſt prouiſum, quod facta tranſlatione rei litigioſæ per conuentum in aliquem quouis modo lite pendente conteſtata , vel quaſi , aut alius ſciens, vel ignorans , ipſo conniuente poſſeſſionem intrauerit, finitur iudicium in perſonam transferentis , & ſi per multas manus poſſeſſio ambulauerit, exequutio fiat contrà poſſeſſorem , ad quem dicta res , vel poſſeſſio inuenitur manere , eumque
clerici , Eccleſiaſticæque perſonæ non compre- 3
hendantur in ſtatuto per Regem lato , de quo latè dicemus infra *cap.159. num 4.* ſequitur ſecundum eum, quod coràm Iudice Eccleſiaſtico ſit petenda exequutio , affert quoque Præſ. *in præallegata deciſ.* doct. Abb. *in c. Eccleſia Sancta Maria penult. col. verſ. nunc quaro , vt lit. pend.* qui tenet hoc caſu omnia concernentia executionem ſententiæ eſſe explenda coràm Iudice ſuo, qua Abb. *deciſione* tanquam in propriis terminis particulariter moti fuerunt illi Domini , eandem ſequutus fuit opinionem M[illegible]el. *in comm. ad Conſuet. Neap. par.2. de* [illegible]*ſon. num. 29. quæſt.8.*

Seruatur contrarium ad præſens in Regiis 5
Auditoriis. Et quamuis in clericum ſit facta alienatio , profertur ſententia contra conuentum laicum , & exequutioni demandatur ſuper ipſa re , & ſi in perſonam clerici , ſeù Eccleſiaſticæ perſonæ poſſeſſio ſit tranſlata Fundamentum, quod pro hac obſeruantia adduci poteſt, illud principaliter eſt, nullitas ipſius alienationis tex. eſt *in l. fin. C. de litigioſ.* Abb. *in cap. Eccleſia Sancta Maria, vt lit. pend. num.10. verſ. & dua ſunt pæne* dixit , quòd contractus ſuper re litigioſa ipſo iure non tenet, & firmam refert
eſſe concluſionem Innoc. idem Abb. *in cap.2. de* 6
*alien. iudicij mut. cauſa fact.* Afflict. *deciſ.154.*
*in fin* dicit , quòd lite pendente non poteſt fie- 7
ri ceſſio ad effectum , vt iudicium transferatur in ceſſionarium , & ſic oportet. quòd iudicium currat cum cedente , & ſententia lata contra principalem reum poteſt mandari exequutioni contra eum , qui rem litigioſam emit , Bart. *in l. fin. verſ. Quaro , dicitur C. de litigioſ.* Parlad. diffusè *lib.2. rerum quotid. cap. fin. quarta par.§.5.*

8 *num.*6.quamuis io clericum, vel Eccleſiaſticam perſonam alienatio facta ſit, Hier. Cæuall. *pract. quæſt. comm. contrà communes tom.*3. *q.*820. *à num.*18. ſubdens paulò inferiùs, *ſiuè ſcinerit, ſiuè ignorauerit, rem eſſe litigioſam; ſiuè actio ſit in rem, ſiuè in perſonam ſiuè de re ipſa controuerſia ſit, vel generalis de omnibus bonis alicuius, quia poſteà res iudicata exequi poterit aduerſus tertium poſseſsorem, qui tertius poſseſsor non eſt citandus, cum alienatio nulla ſit, ſed iudicium agitari debet contrà ipſum principalem debitorem, nec*
9 *ſi tertius poſseſsor ſe liti offerat, & doceat de iure ſuo, via exequutiua efficeretur ordinaria, vt contingit, quoties tertius ſe opponit liti, quia illud procedit, quoties venditio, vel titulus eſt validus, ſecus verò ſi nullus, & cauſatus poſt litem motam,* hæc Cæuall.

Non deferoot DD. tenentes adoerſus clericum conuentum vel rei litigioſæ poſſeſſorem, in quem iudicio pendente tranſlata ſit, exequutionem ſenteotiæ Iodicis laici ad Eccleſiaſticum ſpectare, quos congerit Anton. de Amato *tomo* 2. *variar. reſol.*86. *num.*60. *verſ. quemadmodum vniformiter*; verum non eſt recedendum à *deciſione* fitmiotibus rationibos fundata, & maiorum, ac ſaniorum Doctorum aothoritate comprobata.

Pro hac quidem affirmatiua opinione pondero verba tex. *in l.*2. *C. de litigioſ.* ibi, *minimè*
10 *transferri ab eodem actore liceat, tanquam ſi nihil factum ſit, lite nihilominus peragenda.* ergo nullum ius erit clerico acquiſitum, & *in cap. Eccleſia Sancta Maria. vt lit. pend.* prohibet Pontifex alienationem, nè iodicia ſint eluſoria, ideò contra legis prohibitionem facta nulla eſt
11 alienatio, & ex conſequenti ex ea nullum erit ius clerico acquiſitum, & rectè exequotio authoritate Iudicis laici fieri poteſt, cum nihil ſit, quod ipſum impediat, ipſumque emptorem non eſſe audiendum tenuit Ioſeph Lodouic. *deciſ. Peruſ.*26. *num* 9. Hanc eandem affirmatiuam opinionem tenuit Veſillus *ad deciſ.* Affl. 331. eo fundamento, quod turbat laici iuriſdictionem, accipiendo rem litigioſam, ideò coram eo poteſt conueniri ioxta ea, qoæ fuerunt adducta per Affl. *deciſ.*24.

Ita quoque iudicatum in Regno Siciliæ refert Garſ. Maſtrill. *deciſ.*79. *num.*3. quam opinionem non ſolùm apertiſſimis legum apparet argumentis fundata, ſed æquitatem amplectitur; fraudes, ac iudiciorum, diſpendia, & dilationes ex ea tollontur, & per eootrariam ſumptibus, & diſpendiis vexati, cùm tandem victoria frui ſperant, ſpe omni fruſtrantur, cùm nouo rei litigioſo poſſeſſore ex integro coràm alio Iudice experiri neceſſe habebunt, ad hæc, & alia proropit Parlad. omninò videndus *in d.* §.5. *num.*9. *in fin.*

Pro qua facit etiam, quia ſi poſt cœptum iu-
12 dicium efficiatur clericus, adhuc quoad diſtrictionem realem erit competens Iudex laicus, Io. Andr. communiter receptus *in cap. vnico num.* 19. *de oblig. ad ratiocin.* Alex. *in l. nemo poteſt num.*31. *verſ. Niſi pro ipſa obligatione ff. de leg. primo*, Ann. *conſ.*140. *in princ.* Alphonſ. Aluarez *in ſpec. Iur. Pontif.* & Cæſar. *cap.*36. *verſ. vbi verò poſt iudicium inchoatum*, cuius verba ſunt, *vbi verò poſt iudicium inchoatum coram Iudice ſæculari efficitur clericus*; ſunt opiniones diuerſæ, de quibus per Io. Andr. & DD. *in d. cap. vnico*, communiter tamen in hoc caſu ſequendo opinionem Io. Andr. *concludo, quod in ciuili, criminali nulla debet fieri diſtrictio per Iudicem ſæcularem, vt ponere in carcerem, detinere, & ſimilia, nec etiam aliqua exequutio in perſonam clerici, nam clericatus eximit perſonam quoad omnem manus iniectionem, & aſtrictionem, ſed non eximit cauſam à iuriſdictione præuenientis quoad ipſius proceſſum, & inſtantiam finiendam, & realiter quoad bona exequenda, & ſic erit Iudex cauſa, non perſona, vt in iſto habetur in cap. ſanè de foro compet.* idem tenet Spec. *in tit. d. reo, verſ. ſed quid ſi eſt criminalis*, & Archid. 11. *quæſt. prima cap.*1. *vbi ſatis de hac materia, & vide, quod legitur, & notatur in l. hos accuſare* §.1. *ff. de accuſat.* & per Luc. de Penn. *in l. fin. C. de vetera. lib.*12. hæc Aluarez, alios cumulat Farinac. *conſ.*77. *num* 9. & communiter hanc concluſionem approbatam refert, & ita cenſuit S. C. ad relationem M. C.

Pari igitur ratione in cauſa alienationis rei, ſuper qoa adeſt controuerſia coram Iudice laico, per Iudicem laicum tanquàm iudicem cauſæ erit terminanda; & exequenda, & in Rota Romana ita iodicatum fuit, clericum ſucceſſorem laici ligari inſtantia iam coram laico Iudice inchoata, multa de tranſlatione iu- 13
dicialis inſtantiæ eom defuncto cœptæ ad ſucceſſorem, Anton. de Amat. *pracit. reſolut.*86. & quod clericus ſucceſſor coram eodem Iudice ſeculari inſtantiam continuare cogatur, ea ſententia verior eſt, & æquior, Auffer. *de poteſt ſecul. in Eccleſ. reg.*1. *in* 6. *fallentia*, ibique Addit. alios affert DD. ſequendo hanc opinionem vti communem fundat Surdus *deciſ.*110. defendendo eam à contrariis, qoam veriorem, & ſequendam refert Cæuall. *in recollect. comm. contra comm. q.*36. Georg. Obrech. *de iuriſdict. lib.* 3. *cap.*20. *num.*13. his verbis, *Quartus eſt: ſi clericus hæres laici ſit: nam tum actori in lite coram Iudice ſæculari cum defuncto cœpta omninò reſpondere tenetur*, Couarr. *pract. quæſt. cap.*8. *num.* 2. Marant. *d. diſtin.*11. *num.* 79. Ferdin. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.*3. §.22. *limit.*17. *n.*72. Sord. *deciſ.*110. & hanc opioionem in Camera Imperiali approbatam eſſe teſtatur Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſ.*36. *num.*9. *idquè ob rationem ſuper hoc lib.*3. *cap.*16. *num* 6. *cum ſeqq. expreſſam. Et hæc de foro clericorum ex priuilegio*, alios congerit Capiblanc. de Baron. *pragm.*8. *par.*3. *num.*98. Et ità in S. C. deciſum fuit ſub die 26. Ianuarij 1627. in cauſa Io. Troiani Gattæ cum hæredibus Caroli de Adamo, & deoegata remiſſio ad Iodicem Eccleſiaſticum petita per Ioannem Bernardum de Adamo clericum, quia lis erat cum defuncto cœpta in Banca Lombardi, & ſi contrarium rationibus, & aothoritatibus defundat Molfeſ. *in d. par.*2. *de perſonis q.*8.

Nec obſtat quæ pro contraria opinione ſuot adducta: non enim erit ſolùm competens
Iudex laicus virtute *cap. conuentus*, ſed ex 14
diſpoſitiooe iotis communis ciuil. & canon. vt ſupra fundatum fuit, nec dubitari poteſt, quòd ſit agendum reuocatoria, nam vera eſt opinio
Bal. *in d. l. ob maritorum C. de vxor pro marito*, 15
diſtinguens, quòd aut dolus committitur in fraudem exequutionis (ſcilicet cum iam lis penderet,) & exequutio aduerſus eum locum habet, qui dolo cœpit poſſidere, eſto eo caſu res litigioſi vltio affecta non ſit; aut verò in fraudem

dem creditoris (hoc eſt antequam lis moueretur) & tunc ordinaria via agendum eſt, quam ſequuti fuerunt Paul. Iaſ. Zaſ. Hercul. Couarru. quos refert, & ſequitur Io. Parlad. *in d. §.1.n.* 14. referens, hanc eſſe magis iuri congruam, & ſi crebrior ſit opinio Bart. contrarium tenentis, & ſecundum hanc iudicauit S. C. teſte Ioann. Vinc. de Ann. *ſing.*28.

Et dato ſecundum opinionem Vinc. de Franc. quòd *capitu conuentus* fuit editum ad tollendam difficultatem agendi reuocatoria in litibus vertentibus in Regijs Tribunalibus, tenentur clerici ad illius obſeruantiam, cùm reſpiciat ordinem litis. Et clericus circa ordinatoria debet obſeruare iura iudicij, vt eſt fundatum infrà *in deciſ.*159.*n.*14.

Idem quoque dicendum erit; & fortiùs, ſi bona exequuta decreto Iudicis laici fuerint in clericum alienata ab ipſo reo ſinè authoritate Iudicis, nam authoritate eiuſdem Iudicis ſunt vendenda iuxta tex. *in l.prima, & ſecunda C. ſi in cauſam iudic.pign.capt.ſit*, & *l. à Diuo Pio §. ſuper rebus ff. de re iudic.* pro quo faciunt dicta, & deciſa per Guid. Pap. *dec.* 81. & ibi Ranch. *addition. in fin.* & ita deciſum fuit de anno 1608. per S. C. non obſtante clerici inſtantia pro remiſſione ad iudicem Eccleſiaſticum in cauſa Pauli Luciani cum Æconomis Capellæ ſancti Antonij in Banca de Mondellis, & denuò ad relationem M.C. me referente.

Quomodo ſit procedendum ad executionem realem ſuper bona, quæ per clericum poſſidentur, videndum eſt apud Bart. *in l.reſcripto § ſciendum, in fin.ff. de mun. & hon.* ponit Additionator *ad dec.* Theſaur. 234. *verſ.ſed dubitari poteſt*, Gutt. *pract.quaſt.lib.*1. *quaſt* 4 *num.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ.cap.*149.*num.*48. Cabal. *reſolut.crim.cap.*9. Iacob. Cancer. *var.reſolut.cap.*15.*de liter.requiſit. num.*8.*verſic.adde, quod in hoc principatu*, vbi loquitur de obſeruantia in illo principato.

Quid verò dicendum, ſi agatur de auocanda pecunia clerico in S. C. liberata in concurſu creditorum. Diſtinguendum eſt, an pecunia exiuit omninò libera à manu Iudicis laici in poſſe clerici abſque vllo impedimento, & tunc, ſi deinde oriatur aliqua controuerſia ſuper eadem re, erit adeundus Iudex Eccleſiaſticus, non autem laicus, qui iam eſt functus officio ſuo, ac finitum iudicium cum clerico, ad tradita per Carol. de Graſſ. *de effect.cler.effect.*1. *num.*178. ac per D. de Franch *in dec.*193. *num.* 9. & ità procedit *deciſio* Reg. Rouiti 44. vbi refert deciſum per S. C. clericum conuentum in S. C. ſuper quadam domo ei adiudicata per idem S. C. fuiſſe remiſſum ad eius Iudicem competentem Eccleſiaſticum ex eo, quia poſt adiudicationem remanſit ille clericus liber poſſeſſor dictæ domus, vt ipſemet teſtatur *num.* 4. Idem deciſum in Collaterali Concilio in cauſa clerici Alexandri Marcheſij, & prouiſum, quòd reſtituat, & depoſitet in banco pecuniam liberatam cum cautione, & cum eſſet oppoſitum pro parte cleri, & dictum de nullitate facto depoſito, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ *ſub tit.de dilat.Pragm.*4.*num.*16 fuerunt reiectæ nullitates, & dictum, non obſtare, & depoſitum pro pœna liberatum Regiæ Curiæ ſub die 6. Octobris 1642 referente Illuſt. Duce Beluederij.

Dubitaui, ſi pœna Fiſco erat liberanda ea cautione, quia Iudex laicus eſt Iudex cauſæ, non perſonæ, ex dictis in hac *deciſ.num.*12. pœna autem ſequitur perſonam ratione culpæ, de qua Iudex laicus incompetens penitus eſt, vt notatur *in cap.ſi diligenti, de for.compet.cap.quod clericis, de foro compet. cum concord.* & ſtatuta quoad deciſoria non ligant clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, ex dictis per DD. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtit.* & per alios innumeros, quos congerunt Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 2. *per totum*, Aldec. Maſcard. *in tract. com.concluſ.ad general.ſtatut.concl.*1. qui diffusè dilucidant materiam.

Nec contra eos ſeruabitur ſtatutum, ſeu conſuetudo laicorum in deciſiuis, & quoad deciſionem cauſæ, idem Maſcard. *in d.*1.*concluſ.*22.*ampl. num.*197.affert. DD. teſtantes de communi opinione.

Ex quibus fuit dubitatum in Sacro Conſilio, an in præuentione aduerſus inſtrumentum per clericum facienda, teneatur præſtare cautionem de ſoluendo debitum, & pœnam ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, refert Minad. *dec.* 4. dicens non fuiſſe deciſum aduerſus Pragmaticam propter infinitas fraudes, quæ fieri poſſunt, quam deciſionem referunt inclinantes in hanc negatiuam, Nouar. in Pragmat. *de præuent. meder.n.*4. Monacus *ad dictam dec.* Minad Craſſ. *d. effect.* 2.q.73.*n.*445.

Sed his non obſtantibus, aliter cenſuit Collaterale Conſilium iuxta ſupra relatum decretum, eo fundamento, quia attentis verbis Pragmaticæ, ibi, *e nell'iſteſſo tempo ſi preſenti il depoſito della pena, e nullità*, inducitur ordo iudicij, & ſollemnitatis proceſſus, & regula eſt, quod inſpiciuntur iura, ſtatuta, & conſuetudines fori, in quo iudicium agitatur, Marian. Soc *in d. cap. quod clericis, de foro comp.num.* 4 Dec. *in d. cap. Eccleſia Sancta Maria, num.*146. Abb. *in cap.* 1. *num.*3.*de conſtit. verſ. & notanter dice*, Aldean. Maſcard *in d.*1.*concluſ.num.*234. quia huius authoris tractatus non eſt copia, verba eiuſdem ponam.

*Quartò limita concluſionem, quando ſtatutum diſponeret circa ordinem iudicij, vel præparatoria iudiciorum, non autem quoad deciſoria: nam tunc ſeruari debet tale ſtatutum generaliter loquens quoad proceſſum fiendum in foro ſeculari, etiam ſi ſit cauſa Eccleſiarum, & clericorum, prout hanc communem regulam dixit* Dec. *in d. cap. Eccleſia, num* 146. *nempè quod in his, quæ ſpectant ad litis ordinationem, attenditur ſtatutum, vel conſuetudo, vbi cauſa agitur indiſtinctè: nam cum iudicium naſcatur vbi agitatur, legibus, & ſtatutis illius loci ſubijcitur*, vt notat Cum. *conſ.* 130. P. Laicus *col.*2. & Abb. & cæteri Scribentes *in d. cap. Eccleſia.* Bart. *in l.*3.*§.fin.de teſtib. & in l.* 1. *col.*6.*verſ.ſextò quæro, C. de ſumma Trinit. & tali caſu clerici non dicuntur ligari ſtatuto laicorum, ſed arctari ad obſeruantiam iudiciorum, quæ ſubeunt permittente iure canonico, vt per regulam, quod actor ſequitur forum rei, cap.cum ſit generale, de foro comp. & ideò clericus litigans in foro ſeculari, arctabitur ex tempore præfixo inſtantia à ſtatis laicorum*, vt per Abb. *in d. cap. Eccleſia*, & Butr. *in d. c. quod clericis, col.* 8. vbi etiam Imol. *col.*3. Dec. *in d.cap. Eccleſia, num.* 43. & 44. vbi etiam Felin. *num.*81. *verſ.tertius caſus eſt, ea ratione, quia lex canonica conſentiens, quod ibi cauſa agitetur, cenſetur etiam velle, quod agitetur ſecundum modum illius iudicij*, ita gloſſ. *in d.cap.quod clericis, de foro compet. & in clemen.*2.

*in*

*in verb. vſuris de iudic.* & Lap. *allegat.* 81. *incipiente, non valuit, dixit; quod clericus litigans in iudicio ſeculari, arctatur ſtatuto diſponente ſuper exhibitione mandati, & hanc limitationem communem* teſtatur Rochus de Curte *in d. tract. de ſtatut. ſect. 8. q. 11. num. 66.* vbi latè, eandem ſententiam etiam tenuit Cæphal. *conſ. 654. num. 32. lib. 5.*

Inſuper ſpontè depoſitum fecit coram Iudice laico ad hoc, vt ſecundum ordinem iudicij poſſit audiri ſuper allegatis nullitatibus, ex quo depoſito eſt præuenta cauſa, & non perſona, & ex forma ſtatuti diſcuſſis, & reiectis nullitatibus depoſitum fiſco debetur abſque alia interlocutoria faciunt dicta per Marian. Socin. *in cap. propoſuiſti, num. 54. verſ. & aduerto quia quæ dixi*, affert Rot. *deciſ.* 410. quæ incipit *obligatus eſt laicus*, de qua meminit de Franch. *dec. 656. n. 1.*

Facit etiam, quod ſi clericus vocat laicum in ius coram Iudice laico, ſi ſuccumbit, condemnatur in expenſis per Iudicem laicum, ita tenet Felyn. *in cap. at ſi clerici, col. 6. in fin.* & ibi etiam Ioan. de Imo. *de iud.* Marant. *in ſpec.* & an Iudex ſit competens, 8. *diſt. ind. in fin.* adde Donatum Anton. de Marinis, doctrina inter primarios Aduocatos connumerandum *in reſol. 54.*

Aut res non exiuit libera à manu Iudicis laici, ſed cum aliquo vinculo, vel impedimento in poſſe clerici. Et tunc poteſt conueniri clericus coram Iudice ſæculari ſuper dicta re, vt eſt in clerico immeſſo Iudicis laici authoritate in poſſeſſione bonorum cum clauſula, *ſaluo iure cuiuſlibet*, nam poterit deinde alius conuenire dictum clericum coram dicto Iudice laico ſuper reuocatione dictæ immiſſionis virtute dictæ clauſulæ, quæ rem integram conſtituit, prout erat ante immiſſionem, vt latiſſimè hanc ſententiam defendit Peregr. *de fideic. art. 48. num. 61.* Bald. *conſ. 104. vol. 5.* Natta *conſ. 617. tom. 4.* & alij cumulati per Conſil. Carleual. *de iudic. lib. 1. tit. 1. num. 950.* vbi quatuor diſtinguendo caſus, hanc ſuſtinet, & defendit opinionem.

Idem pari ratione dici poteſt in pecunia liberata clerico cum cautione, quæ reſpectu creditorum dicitur extare, *l. procuratoris, §. final. ff. de tribut. act.* quam allegat Paul. de Caſtr. *conſ. 289. vol. 1.* & non dicitur libera, ſed ſerua Vincent. de Franc. *deciſ. 200. num. 10. & deciſ. 75. num 9.* Frec. *de liquid. inſtrum. 7. part. 5. part.*

Et ita nouiſſimè iunctis aulis in S.C. fuit deciſum me interueniente in cauſa Iuliæ de Azzia cum illis de Cautio die 19. Iulij 1640. Actuario.

18 Et quia quando agitur actione reali per ſolam citationem afficitur res vitio litigioſi iuxta tradita per Couar. *cap. 15. pract. quæſt. num. 6.* Affl. *in Conſtit. Eorum fraudibus num. 4.* Marant. *in ſpecul. in 4. part. 3. diſtin. num. 5.* fuit dubitatum, quid ſi eodem die alienationis reperiatur citatus alienans, an dicatur res affecta vitio litigioſi, & cenſuit Magna Curia, non dici rem litigioſam, quia antè præſumitur alienatio per tex. *in l. 2.* vbi gl. & DD. *C. de petit. hered.* Alciatus *præſumpt. 42.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. 7. num. 9. an cap. conuentus* vendicet ſibi locum, conſuluit de Pont. *conſ. 101. 2. volum.*

19 An quod ſupra dictum eſt *n. 12.* in clerico promoto poſt litem motam habeat locum in criminalibus in clericatu aſſumpto poſt delictum commiſſum in fraudem Regiæ iuriſdictionis, diffusè habes per Ambr. *in tract. de immunit. Eccleſ. cap. 19. per totum*, & per Gaball. *reſol. crim. cap. 208.* qui iuribus, argumentis & multorum Scribentium authoritatibus fundat, quoad diſtrictionem realem non eximi à iuriſdictione Iudicis laici, quò verò ad diſtrictionem perſonalem non poſſe vllo pacto corporaliter puniri à Iudice ſæculari, qui tantum erit Iudex cauſæ, & non perſonæ, & propterea poſſe in bonis, & pecunia ſolùm punire, fuit originalis doctrina Ioan. Andr. *in d. cap. 1. n. 19. de oblig. ad ratioc.* ſequuntur alij DD. adducti per eoſdem, & per Farinac. *in tit. de inquiſit. quæſt. 8. num. 107. verſ. ſub limita 11.* & per Gutierr. *pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 5. num. 3.* Follet. *in Conſt. Aſcriptitios de Epiſc. & cler. n. 7.* Carleual. *in tract. de iudic. q. 8. diſp. 11. num. 447.* qui reliquos affert, nonnullos alios collegit Mar. Giurb. *conſ. 15. num. 34.* Nec obſtat fraus, quia eſt à lege permiſſa, dum ſuo iure vtitur, vt fundat Bammacar. *in comment. ſi de feud. defunct. content. &c. in cap. naturales q. 7. num. 75. verſ. Tertiò delinquens effectus clericus.*

Sed quid ſi eſſet cauſa, & perſona præuenta, 20
& cauſa infirmitatis habilitatus cum cautione
de tenendo domum loco carceris, qua habilitatione pendente ordines ſuſcepit, & beneficium
obtinuit eccleſiaſticum, cùm adhuc carceratus
dicitur, tex. cum gloſſ. *in verb. non poſſint, in l.* 21
*in eandem ff. ex quib. cauſ. maior.* cum concordantibus, fundat Anna *in conſ. 140. num. 11 verſ. licèt enim tempore habilitationis*, & faciunt dicta per
Caraua. *tit. 166. num. 27. verſ. ex quo ſequitur*, qua
habilitatione pendente ſuſcepit minores ordines
& beneficium Eccleſiaſticum obtinuit, præſentauit ſe coram Iudice laico, coràm quo petiit remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, aduerſus quam
petitionem dicebatur, clericatum non prodeſſe,
ſed iudicem laicum remanere competentem,
etiam quoad perſonam, cùm ſit præuenta non
ſolùm cauſa, ſed etiam perſona, & ordo, & beneficij collatio non inuenit hominem illum liberum, & nimium illuderetur iuſtitia, & maximus oriretur contemptus iuſtitiæ, ità ex his in
hoc caſu tenuit Io. Andr. *in d. cap. 1. de obligat.
ad ratioc. num. 20. verſ. quæ dicta ſunt de perſonali
diſtrictione*, quem ſequuti fuerunt Panorm. ibidem *num. 5. antè fin. verſ. ſi quæritur, an mutetur*,
Zabarell. ibidem *col. 4. verſ. ſeptima eſt opinio.*
Anton. de Butr. *num. 12.* Bart. *in l. prima num. 3.
ff. de penis*, Bal. *in l. ſi quis decurio num. 5.* ibi,
*nec ad torturam C. ad leg. Corn. de falſis*, Barboſa
*in l. ſi quis poſteaquam num. 242. ff. de iudic. teſt.*
Decian. *in tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 157.* Fab. de
Ann. *conſ. 140. num. 8. verſ. tertiam, quod quando
talis*, qui alios adducit, Gabal. *reſol. crim. cauſa
108. num. 10. verſ. vt per Decianum d. cap. 9.*
Reg. Conſiliar. Thom. Carleual. *in tract. de iudic.
diſp. iur. lib. 1. tit. 1. diſp. 11. num. 908.* & ità deciſum
refert Capell. Tholoſ. interuenientibus cruditiſſimis viris *in deciſ. 144. Item fuit quæſitum*, quam
opinionem omnes Legiſtas tenere affirmat, &
hanc fundat Vincent. de Franch. *deciſ. 209.* & ex 22
his cenſui ipſe, cùm eſſem delegatus, eſſe procedendum ad vlteriora, non obſtante petita
remiſſione in cauſa Ioannis Baptiſtæ Alappij
Franciſco Tartaglia Actuario ſub die 8. Iunij
1626.

Alij adhuc tenuerunt, eſſe remittendum ad 23
Iudicem Eccleſiaſticum quoad diſtrictionem perſonalem, quamvis pendente habilitatione ordines
ſuſcepit, ea ſcilicet ratione, quia cum effectu

ſunt

ſunt collati ordines, ex quibus perſona eximitur à poteſtate Iudicis laici, & Iudex perſonæ erit Iudex Eccleſiaſticus, & licèt ratione præuentio-
24 nis, & fraudis amittat clericus ordinatus fori priuilegium, non tamen amittit priuilegium *canon. ſi quis ſuadente Diabolo* 17. q. 4. cuius virtute Iudex laicus clerici perſonam tangere non poteſt, vt dicit Barboſ. *in d. l. ſi quis poſteaquam num.* 233 *ff. de inoff. teſtam.* & ita deciſum per S.C.
25 refert Vinc. de Franch. *deciſ.* 384. *in fin.* & Carolus Tap. *in Conſt. Regn. de perſonis, de Sacroſanct. Eccleſ.* licèt de iure contrarium ſuſtineat, hanc etiam defendit Mat. Giurb. *conſ.* 15. *num.* 34. cuius rei iudicatæ authoritate introducta cauſa in S. C. ad relationem ordine Coll. Conſ. fuit re-
26 uocatum decretum, & remiſſus ad Iudicem Eccleſiaſticum quoad diſtrictionem perſonalem, & aliàs de menſe Septembris de anno 1612. ad relationem M. C. delegatæ in cauſa Didaci Piſicari de Lyto idem fuit iudicatum.

27 Et idem obſeruatum fuit in eo, qui fecit profeſſionem poſt ſententiam foriudicationis, cùm idem operetur profeſſio expreſſa, vel tacita quoad collationem ordinum, ex dictis per Vinc. de Franch. *in præalleg. deciſ.* 209. & 384. & per Caball. *in d. caſu* 108. *num.* 17. & per Belletr. *diſ-*
28 *quiſ. clar. part. prima* §. 4. *num.* 12. imò profeſſus æquiparatur clerico in ſacris conſtituto, gloſſ. *in verb. ſacri ordinis in c. vnico de vot. & vot. redempt. in* 6. Io. de Anan. *in cap.* 1. *num.* 8. *de his, qui fil. occid.* Guliel. de Bened. *in cap. Raynutius* 5. *part. in quaſ. de homicid. n.* 15. verùm contrarium poſſet dici ex diſpoſitione Bullæ Xiſti V. de qua meminit Bellet. inferius *num.* 14. & ſi alij conantur defendere, quod clericatus, ſeu profeſſio poſt ſententiam foriudicationis non operetur pro declinatoria fori, ſed quod per iudicem laicum poſſit etiam perſona clerici, ſeù profeſſi puniri, attamen contrarium fuit deciſum per M. C. & confirmatum decretum per S. C. iunctis Aulis die 2. Auguſti 1627. quo fuit remiſſus ad Summum Pontificem Franciſcus Antonius Fatius, qui poſt ſententiam foriudicationis profeſſionem emiſit in S. Religione Hieroſolymitana; proceſſus in Banca Curiæ; vt latius in ſequenti facti ſerie, & ſubſequenti decreto S. C. narratur.

*Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domini.*

FRanciſcus Antonius de Fatio Neapolitanus fuit per M. C. V. inquiſitus & proceſſatus de prætenſo homicidio in perſonam Ioannis Baptiſtæ Borrelli Neapolitani, & Cæſaris Ianuigri, & in contumaciam condemnatus in pœnam vltimi ſupplicij & foriudicatus.

Sequuta condemnatione, ac foriudicatione ſupradictus de Fatio ſuſcepit habitum Religionis Melitenſem in qua expleto anno nouitiatus ſolemnem emiſit profeſſionem iuxta cæremonias, & ſolemnitates eiuſdem Religionis, vt ex Bulla profeſſionis in proceſſu patet.

Neapolim reuerſus de anno 1621. fuit à dicta M. C. carceratus, & oppoſita per eius procuratorem incompetentia fori, fuit remiſſus articulus validitatis profeſſionis ad Summũ Pontificem, & tranſmiſſa copia proceſſus vnà cum Bulla prædicta ad Auditorem Cameralem tunc Illuſtriſſimum Cardinalem Spinulam, qui viſo proceſſu, & facto verbo cum Sanctiſſimo D. N. reſcripſit de ordine Sanctitatis ſuæ eidem M. C. vt Oratorem ad Iudices Eccleſiaſticos remitteret, & dum emanata erat profeſſio, perſona ab Eccleſiaſtico Iudice cognoſci debebat, & alia, vt in lucta in proceſſu.

Sed nulla habita ratione de huiuſmodi reſcripto, quia pars aduerſa vti Notarius, & Officialis Conſilij Neapolitani multùm prævalet, oppoſuit A. C. non eſſe Iudicem competentem pro declaratione validitatis profeſſionis, & ſuper hoc per ſex annos integros fuit diſputatum Oratore in carceribus pœnè macerato, & expenſarum mole conſumpto, fuit decretum, expectandum eſſe decretum deciſiuum ab Vrbe ſuper validitate dictæ profeſſionis, & authenticum.

Demum Orator recurrit poſt ſex annos ad hanc Sacr. Congregationem, porrexitque memoriale, in quo præſuppoſita inquiſitione prætenſi homicidij, condemnatione, & foriudicatione quæſitum fuit, an profeſſio emanata poſt dictas ſententias, & condemnationes eſſet valida, vel inualida, & Sacra congregatio reſpondit ſecundum ea, quæ proponuntur, profeſſionem ab Oratore emiſſam non fuiſſe inualidam.

Quando verò Orator ſperabat remitti vigo- 29
re ſupradicti decreti ad Iudicem competentem, oppoſitum fuit, non debere attendi declarationem Sacræ Congregationis, cùm emanauerit non viſo proceſſu, nec auditis Partibus, & Fiſco, & alia quam plurima ad dilatandum iudicium, Conſilium Regiũ decreuit, quòd hæc Sacr. Congregatio Concilij Tridentini denuò auditis Partibus, & viſo proceſſu declaret de validitate, vel inualiditate prædictæ profeſſionis.

Tandem Orator citari fecit partes omnes ex aduerſo principales perſonaliter ad comparen. &c. allegan. &c. & præcisè ad conſtituendum procuratorem reperibilem, & acceptantẽ in Vrbe, ſupplicat proinde, decretum expediri cum dilucidiori, & efficaciori declaratione, nè illud in S. C. aliquam poſſit ex eo deducere cauillationem, cum reuerentia.

Die quinta Februarij 1628. propoſito iterum ſupradicto dubio citatis procuratore Fiſcali M. C. Vicariæ, necnon Ioſepho Borrelio, & Marxia Buzona Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum cenſuit, ſtandum eſſe in alias decretis ſub die 8. Maij 1617. nempè profeſſionem ab Oratore emiſſam non fuiſſe inualidam.

Il Card. Vbaldino. Locus ſigilli.
Franciſcus Paulutius S. C. Secretarius.

Quid verò dicendum de initiato prima tonſura, in quo nullus imprimitur caracter, vide Conarr. *pract. quæſt. cap.* 32. *num.* 2. *verſ. ſed ſi clericus ſit tantum prima tonſura*, Foller. *in Conſtit. Aſcriptitios n.* 7. *verſ. ſi tamen clericus ſit de prima tonſura, & Conſ.* Carleuai. non minus Theologia quam iuris prudentiæ diſciplina eruditus ex Theologorum authoritate id fundat *in d. diſp.* 11 *q.* 8. *num.* 1087. & 1088. ſi verò cum falſis dimiſſoriis prima tonſura ſit ordinatus; tamquam purus laicus nullo gaudet fori priuilegio, vt reſolutum fuit per Sacram Congregationem Card. Epiſcoporum, regularium que negotiis præpoſitam ſub die primo Iulij 1622. Qui autem cum falſis dimiſſoriis prima tonſura initiatus fuerit clericali priuilegio nullatenus gaudet, ſed proinde, ac ſi clericatu inſignitus non eſſet, & tamquam purus, & merus laicus habeatur, cognitio verò falſitatis dimiſſorialium huiuſmodi ad Ordinarium originis

originis, &c. ad ordinem conferentem, aut ad alios Eccleſiaſticos Iudices, ad quos de iure cumulatiuè ſpectet, & pertineat, in omnibus autem clericis, tam adultis, quàm non adultis decretum Sacr. Conc. Trid. ſuper eorum alicuius Eccleſiæ ſeruitio adſcriptione omninò ſeruetur. Romæ 1. Iulij 1622.

Itemque ſi fuiſſet Bigamus per text. *in cap. Altercationibus de Bigamis in 6.* cum concord. adductis per Carol. *de Graff. de effect. cleric. effect. 1. n. 991. verſ. limitatur 44. cum ſeq.* & ita deciſum fuit per Curiam Archiep. Neap. nempè D. Michaëlem Sanfelicium tanquam bigamum non debere gaudere priuilegio fori Eccleſiaſtici 21. Septembris 1616. Barreſio Actuario fundat optimis mediis, & authoritatibus Auguſtin. Barboſa *in tract. iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. de priuileg. cleric. cap. 39. §. 2. n. 69.*

Item clericus recuſans Iudicem laicum coram Iudice laico tenetur facere depoſitum pro pœna, *Larat. conſ. 96.* fundat, & deciſum refert.

30 Et quid ſi ſunt nulliter ad ordines minores promoti, vt quia illegitimi, vel irregulares, an forum declinare poſſint, quia articulus iuris ab Eccleſiaſtico Iudice decidendus erit, iuxta ea, quæ ponuntur infra *deciſ. 7. num. 19. & deciſ. 15. num. 18.* obſeruatum fuit remittere articulum validitatis, vel inualiditatis ad Iudicem Eccleſiaſticum, retenta perſona, donec fuerit deciſus articulus, de qua praxi teſtatur Vinc. de Franch. *d. dec. 189. in fin.* & ita obſeruatum in cauſa Franciſci de Fatio, verum per Sacram Congregationem Cardinalium Conc. Tridentini interpretum gaudere fori priuilegio, & ad Iudicem Eccleſiaſticum eſſe remittendum reſolutum fuit, quando caracter eſt impreſſus per ordines minores, vel profeſſionem, prout ex declaratione ſequenti in cauſa Franciſci Antonij Scatolæ remiſſi à M. C. ad Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam die 17. Septembris 1611. in Banca de Cuntio, ſequitur decretum S. Cong.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum re iterum examinata, ac proceſſu huius cauſæ, qui obſignatus ad eam perlatus eſt, diligenter perpenſo cenſuit quemadmodum antè decreuerat, hunc clericum antè tranſgreſſionem exilij promotum ad ordines ob irregularitatem, qua irretitus dignoſcitur, eſſe quidem ſuſpenſum, ſed tamen quia illi impreſſus eſt caracter, & beneficium Eccleſiaſticum poſſidet, gaudere fori priuilegio, remittendumque eſſe ad Iudicem Eccleſiaſticum ob dictam tranſgreſſionem pro modo delicti ſeuerè puniendum.

P. Cardinalis Arig. Locus ſigilli.

Die 17. Septembris 1611. facto verbo fuit prouiſum, quòd cauſa remittatur ad Curiam Archiepiſcopalem huius fideliſſimæ Ciuitatis.

## ARGVMENTVM.

*Clericus inquiſitus producens Bullas ordinis minorum, & inſtitutionis iuris patronatus facta ab Epiſcopi Vicario an ſit remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum. Vicarius generalis Epiſcopi an poſſit inſtituere præſentatum, & an etiam beneficia conferre.*

## SVMMARIVM.

1 *Bulla inſtitutionis iuris patronatus à Vicario Epiſcopi facta an ſatis ſint, ad hoc vt clerici inquiſiti in minoribus ordinibus conſtituti eas producentis, remiſſio ad Eccleſiaſticum Iudicem fiat. dubitatur cum num. ſeqq. & affirmatiuè deciſum fertur, num. 6.*

2 *Vicarium generalem Epiſcopi beneficia conferre non poſſe, niſi beneficiorum collatio ipſi ſpecialiter commiſſa ſit, demonſtratur, præſentatum tamen inſtituere poſſe affirmatur, & n. 3.*

4 *Differentiæ ratio adducitur.*

5 *Articulus iuris ſpiritualis per Iudicem Eccleſiaſticum decidendus eſt.*

## DECISIO III.

DOn Federicus Carafa cum eſſet inquiſitus 1
coram delegatis petiit ſe remitti ad Cu-
riam Eccleſiaſticam, vti clericus produxit
Bullas ordinum minorum, & inſtitutionis iu-
ris patronatus à Vicario Ciuitatis Nuceriæ:
Fiſcus oppoſuit, Bullam inſtitutionis non ſuf-
ficere, quia Vicarius non poteſt inſtituere præ-
ſentatum, pro quo afferebat text. *in cap. final.*
*de offic. Vicar. in 6.* vbi Vicarius generalis Epiſ- 2
copi beneficia conferre non poteſt, niſi bene-
ficiorum collatio ab Epiſcopo ei ſpecialiter ſit
commiſſa, & hanc opinionem tenuit Dyn.
*regul. 1. verſ. verbi gratia quando inſtitutio ſit*
*per Vicarium*, hanc eandem defendit Rebuff.
*in forma Vicariatus n. 126.*

Afferebat quoque decretum Conc. Trid. *ſeſſ. 14. cap. 12.* vbi inſtitutio iuris patronatus Epiſcopo, & non alteri inferiori reſeruatur, *& in cap. ſequenti*, ad Epiſcopum loci ordinarium pertinere inſtitutionem decernit.

Pro inquiſito afferebatur text. *in cap. ex fre-*
*quentibus, de inſtitut.* vbi inſtitutio beneficio-
rum ſpectat ad Epiſcopos, vel eorum Officia-
les, per quem text. Vicarium poſſe præſenta- 3
tum inſtituere tenuerunt *gloſ. in d. cap. fin. in verbo non poſſunt*, Abbas Sicul. *in d. cap. ex frequentibus*, Abb. *in cap. cùm olim de maiorit. & obedient.* Rocch. de Curt. *de iure patron. in verb. competens alicui quaſt. 31.* qui teſtatur, opinionem eſſe communem, Roman. *ſingul. 607. in fine, quod fundatores Eccleſiarum*, Add. *ad dictum ſingulare* alios adducit, Boër. *deciſ. 30. quæritur, an Vicarius num. 4. verſ. quamuis Vicarius generalis*, allegat alios pro hac opinione, cæteros adducit Garſ. *in tract. de beneficiis in 5. part. cap. 8. n. 84. verſ. cùm autem dictum eſt.*

*eſt*, vbi latè fundat hanc opinionem,reſpondendo contrariis, & decreto Concilij, aff:rt ratio-
4 nem,quia ideò beneficia Vicarius conferre non poteſt, quia collatio beneficiorum eſt quædam donatio,quæ poteſtas donandi non venit in generali mandato, ac confirmare electos, & inſtituere præſentatos ſunt neceſſitatis,& iuſtitiæ,*d. c. ex frequentibus*, & teſtatur, ita fuiſſe deciſum per Sacram Congregationem Concilij.

Vndè Vicarius relictus ſine poteſtate conferendi beneficia, tamen poterit conſentire permutationibus virtute iuris patronatus, Camerar. *in cap.Imperialem lit.A.fol 79.*

Inſuper articulus iſte eſt articulus iuris, qui
5 erit decidendus per Iudicem Eccleſiaſticum, *Bart.in l.omni innouatione C.de Sacroſ.Eccl.DD. in l.Titia ff.ſolut. matrim.* & inferius *in deciſ.7. n.19.& in dec.15. n.18.*

6 Sub die 21.Octobris 1613. interuenientibus ex delegatione Regiis Conſiliariis Iacobo de Franchis,Matthæo Parigno, Ferdinando Brancia, Aloyſio Nieueſa, & pro Fiſci patrono Scipione Rouito,duo ex iis,eſſe procedendum coram delegatis, non obſtante petita remiſſione cenſuerunt, alij duo remittendum eſſe ad Iudicem Eccleſiaſticum, fuerunt dati Adiuncti ad dirimendam paritatem, quorum vnus fui ego, Conſiliarius D.Gregorius Angulus, & Auditor exercitus, qui ſequuti fuimus ſententiam illorum, qui ad Curiam Eccleſiaſticam remittendum cenſuerunt, & ita decretum interpoſitum fuit. Actuario Guerraſio aſſumpto in cauſa.

## ARGVMENTVM

*Sententia remiſſionis clerici an ſufficiant, dum iterum inquiſitus de alio delicto petit remitti. A decreto remiſſionis ad Iudicem Eccleſiaſticum lato in Collaterali Conſilio per M.C.vti delegatam an ad inſtantiam querelantis admittatur reclamatio. Cauſa reclamationis an ſit cõmittenda alteri Iudici. Terminus an ſit dãdus in cauſa reclamationis à decreto remiſſionis lato in Collaterali Conſilio per M.C. delegatam.*

### SVMMARIVM.

1 *Actor quãdo teneatur originales ſcripturas habere.*
2 *Pro ſententia præſumitur in his, quæ pertinent ad iuſtitiam cauſæ.*
3 *Per proceſſum ad vlteriora, & exequutionem ſententiæ,nullitates oppoſita cenſentur reiecta.*
4 *A ſententia diffinitiua lata in Collaterali Conſilio, ſeù per delegatum procedentem nomine Regio in cauſa criminali non datur reclamatio,ſecùs ab interloquutoria,& n.6.*
5 *Statutum prohibens appellari à ſententia Poteſtatis, intelligitur a diffinitiua, non ab interloquutoria.*
7 *Articulus incompetentiæ Iudicis quamvis incidat in cauſa criminali dicitur articulus ciuilis.Et Fiſco competit appellatio,quamuis per ritum prohibeatur appellare,n 8.*
9 *Si eſt prohibita appellatio à ſententia lata per Delegatos non eſt prohibitus recurſus ad Principem, qui ex gratia, & benignitate poteſt concedere,& ita deciſum.*
10 *Reclamatio dependens ex gratia, & ex benignitate Principis per Dominum Proregem cum voto Collateralis Conſilij conceditur.*
11 *Reclamatio de iuſtitia conceditur etiam delegata cauſa,appellatione remota,à decreto denegata remiſſionis per Epiſcopum petitæ.*
12 *A ſententia lata per Sacrum Conſilium an ex gratia,vel de iure admittatur reclamatio.*
13 *Reclamatio denegatur in articulo remiſſionis incidente in cauſa criminali à decreto S.C.confirmante decretum Magnæ Curiæ.*
14 *Reclamatio an competat à decreto per M.C. lato,quod remittatur ad Iudicem Eccleſiaſticum per S.C.reuocato,deinde à S.C. in cauſa reclamationis confirmato.*
15 *Reclamatio denegatur in omnibus caſibus, in quibus ex diſpoſitione iuris eſt prohibita appellatio.*
16 *Obſeruãtia Sacri Cõſilij in cauſa reclamationis.*
17 *Obſeruatio Collateralis Conſilij in cauſa reclamationis.*
18 *Sententia interloquutoria eſt iuſtificanda ex eiſdem actis in cauſa appellationis.*
19 *Sententia ſuper competentia Iudicis, quando dicatur interloquutoria, & quando diffinitiua, & num.21.*
20 *Praxis, quando ad inſtantiam Fiſci proceditur in cauſa appellationis à decreto incompetentiæ Iudicis.*
22 *In appellatione ab interloquutoria habẽte vim diffinitiuæ ſeruantur omnes ſolemnitates,quæ ſeruari debent in appellatione à diffinitiua.*
23 *Et poteſt ex nouis actis iuſtificari. Et deciſia num.28.*
24 *Reclamatio eſt remedium extraordinarium,& conceditur ex mera benignitate, & gratia Principis,& in caſibus, in quibus appellatio non eſt admittenda.*
25 *Appellatio ab interloquutoria in S.C.reuidetur ex eiſdem actis ad relationẽ,& ea eſt propria, quæ fieri ſolet per Delegatum Principis.*
26 *Niſi verſemur in cauſa appellationis à ſententia etiam merè interloquutoria inter Partes,quo euentu ſi terminus petatur, non ad finem deuoluendi negotium ob grauamen ad Iudicem,ad quem,ſed ad probandam incumbentia pro reiectione exceptionis clericatus allegati in prima inſtantia, & non benè probati, non erit denegandus.*
27 *Et obſeruantia S.C.circa hoc traditur.*
29 *Praxis vocandi reum poſt latam, & exequutam ſententiam latam nomine Regio,conceſſa reclamatione,ſubiicitur.*

### DECISIO IV.

FVit per Collaterale Conſiliũ accedente M.C. vti delegata remiſſus ad Summum Pontificẽ; vti clericus beneficiatus Ioannes Antonius Tarallus, qui & ſi clericatus Bullas non exhibuerit,produxit tamen ſententias de anno 1604.& de anno 1608. Regiæ Audientiæ Hydruntinæ, per quas apparebat bis remiſſus vti clericus beneficiatus ad Iudicem Eccleſiaſticum, & acta,in quibus Bullæ erant productæ,deperdita allegabat, & perquiſita non fuerunt reperta penes Actuarios,quorũ erat cuſtodiæ,non enim erat in eius facultate acta prædicta exhibere, ad dicta per Præſidem de Franch. *deciſ.194.* Et ideò ſat 1
fuit produxiſſe ſententias prædictas,cum præſumatur pro ipſis in his, quæ pertinent ad iuſtitiam cauſæ, puta circa teſtes, inſtrumenta, & alias probationes,ſiue referat ipſa acta in ſpecie, ſiue non, ſecundum Bald. *in cap.in preſentia col. vlt. de renunciat.* Alex. *conſ. 105. in princ. lib.5*

Granet.*in tract.de antiq. temp.2. part. principali n.*8.Menoch.*de præſumpt.lib.2.præſumpt.*98.*n.*11.
& ſi tunc Fiſcus nullas prædictas ſententias al-
legiſſet; Attamen non obtinuit,& ſententiæ exe-
quutioni demandatæ fuerunt, & ſic tacitè cen-
3 ſetur reiecta exceptio nullitatis, Grat. *conſ.* 27.
*vol.*1. Anton.Gabriel.*in recollect. commun. opin. in tit.de except.in prima concl.n.*24.quarum ſen-
tentiarum vigore fuit conſignatus Iudici Ec-
cleſiaſtico.

Et cum à decreto prædicto conſignationis
eſſet per querelantem reclamatum,tria fuerunt
per Collaterale Conſilium,& M.C.diſcuſſa.Pri-
mò an ſit cõcedenda reclamatio à decreto,quod
remittatur. Secundò , conceſſa reclamatione.
an cauſa debeat committi vni ex aliis Iudicibus
M.C.vel per eundem Commiſſarium tractanda
ſit.Tertiò,an dandus ſit terminus, vel ex eiſdem
actis reuidenda.

Quoad primum fuit per Collaterale Conſi-
lium de menſe Decembris anni 1615. admiſſa
reclamatio,nam & ſi in cauſis criminum ex an-
tiqua obſeruantia à ſententia in Collaterali
Conſilio prolata non detur reclamatio,ex dictis
4 per Vinc.de Franch.*dec.*637.Secus in cauſis ci-
uilibus,in quibus fatalia currunt; idem Præſes
de Franch.*dec.*146.*à n.*5.adde adducta per Reg.
Rouit.*in Pragm.*55.*de offic.Sac.Conſ.in fin.* Item
ſi ſententia fuerit prolata per delegatum nomi-
ne Regio,non datur reclamatio Capyc *dec.*181.
cum reliquis per Add.adductis,Menoch.*de arb. lib.*1.*caſu* 70.*n.*44.*verſ.declaratur quintò*, Rouit.
*ad prag.*5.*de off.S.C.n.*17.*in fin.in nouiſſ.edit.limi-
tat* , ſi ſententia eſſet manifeſtè iniqua autori-
tate Portij Imolenſis *conſ.*509.*n.*14. Rebuff. te-
5 net in ſententia de crimine lata non admitti
ſupplicationem ad demonſtrandum errorem,ſed
ſolum ad gratiam, & pœnæ remiſſionem inter-
pretandam à Principe ipſo,attamen ab inciden-
tibus deciſum fuit , eſſe admittendam reclama-
tionem, quando grauamen non poſſet reparari
in ſententia,vt teſtatur idemmet Præſ.de Franch.
*in ead.dec.*637.& tenet Reg.Tapia *ad Pragm.*55.
*de offic.proc.Caſ.n.*7.& ſtatutum prohibens appel-
lari à ſententia Poteſtatis, intelligitur à diffini-
tiua,non ab interloquutoria,Capyc.*dec.*144.*n.*3.
*verſ.item contrafacis* , & ſi ex dictis per Peregr.
6 *in tract.de fideicom.art.*46. *n.*50. reddatur dubia
deciſio.Et quid ſi fuerit conceſſa reclamatio poſt
ſententiam liberationis in forma quomodo ob-
ſeruatum fuit, infra *n.*59.

Quod maximè in articulo, de quo agitur,ob-
7 ſeruandum erit,cum ſit articulus merè ciuilis,in
8 tantum quod Fiſco conceditur appellatio, licèt
alias à decretis liberationis ei denegetur , vt in
*ritu* 158. qui eſt in viridi obſeruantia, Vinc. de
Franch.*decif.*148.& 467.*n* 6 & 470.*n.*10.

9 Et quamuis appellatio ſit prohibita à decre-
tis latis per delegatum, non tamen eſt prohibi-
tus recurſus ad Superiorem,per viam ſupplica-
tionis,Gramm.*deciſ.*35.Capyc.*d.deciſ.*144.*n.*5.&
hoc,quando appellatio eſt prohibita, quia eſt
delegata appellatione remota,vt diſtinguit Præſ.
de Franch *d.dec.*148 *n.*4.& clariùs Rouit.*in tit. de offic.pretor.Caſar.prag.*38.*n.*13 prout in caſu,
quando ſententia eſt lata per Delegatos nomi-
ne Regio , Marant. *part.* 6.2. *actu principali de appell.n.*12. De delegatione cum clauſula,*appel-
latione remota, vel æquipollenti*,doctè,& copiosè
Scacc. *in tract. de appellat. quæſt.* 16. *limit.* 2. &
quid operetur , & an tollat remedium , & effe-
ctum deuoluendi negotium ad Superiorem,
*ibid.n.*98.& dicam infra *dec.*321.

Quæ reclamatio dependens ex gratia , & be-
nignitate Principis per Dominum Proregem 10
cum voto Collateralis Conſilij conceditur , &
fuit ſemper obſeruatum in Collaterali Conſilio
porrectis precibus , & audita relatione M. C.
concedi reclamationem.

Verùm quamuis ſit delegata cauſa appella- 11
tione remota , de iuſtitia eſt concedenda recla-
matio à decreto denegatæ remiſſionis per Epiſ-
copum petitæ, text.eſt *in cap. ſuper eo , de offic. Iudicis delegat.*& paſſim obſeruatum.

Sed quid quando propter excellentiam Iu- 12
dicum eſt prohibita appellatio , vt in ſententia
S.C. an tunc ex gratia , vel de iure admittatur
reclamatio,& ſimiliter ex gratia, Affl.*deciſ.*341.
*n.*3.*verſ.non obſtat* tenet ex gratia,& benignita-
te Principis concedi reclamationem à ſententia
Præfecti Prætorio, Caran. ſequitur *in rit.* 252.
*num.*12.*verſ.quintò quære*,at Rouit. *de off.pretor. Caſar.Pragm.*38.*num.*13. contrarium ſuſtinuit ,
quod nullo modo in hoc caſu poſſit dici gra-
tia,ſed merum ius commune, quod nulli dene-
gari poteſt,iuxta *l.vnicam C.de ſent.Præfect.præ-
torio*,& maximè in Regn. per *prag.*5.*de off.S.C.*

Verum denegatur in articulo remiſſionis in- 13
cidente in cauſa criminali à decreto S. C. con-
firmante decretum M.C.vt teſtatur Dominus de
Franch.*deciſ.*710.*in fin. verſ. ſimiliter aduerten-
dum* , & ſi in alia *deciſ.* 470. aliud videatur de-
ciſum.

Sed quid ſi latum decretum per M. C. quod 14
remittatur ad Iudicem Eccleſiaſticum fuerit per
S.C. reuocatum, deindè in cauſa reclamationis
per idem S.C.confirmatum decretum M. C. an
competat reclamatio,& ſi per Dominum Præſi-
dem fuerit admiſſa,diſcuſſo articulo in S.C fuit
Dominis de Conſilio viſum , eſſe denegandam
reclamationem ex dictis per Rouit. *in prag.* 5.
*num.*11. *verſ.amplia tamen, in vltima impreſſione de off.S.C.* In cauſa Franciſci de Fatio de menſe
Ianuarij 1656. non enim poteſt dubitari , duas
eſſe ſententias conformes , attento præſenti
ſtatu , & hoc ſufficit ad denegandam reclama-
tionem,ex dictis ſupra , & idem videtur ſentire
D. de Franch. *deciſ.*139 *in fin.* illud enim decre-
tum difforme in medio reuocatum in cauſa
nihil operatur.

Denegatur quoque reclamatio in omnibus 15
caſibus, in quibus ex diſpoſitione iuris eſt pro-
hibita appellatio, ex dictis per Iaſ. *in auth. qua ſupplicatio num.*6.*verſ.*5.*not.de prec. Imper.offer.*
Marant.*in ſuo ſpecul. part.*6. *verb:& quandoque appellatur num.* 14. *in fin.* & Vinc. de Franch.
*deciſ.*148. *num.*8.

Quoad ſecundum eodem die ibidem fuit de- 16
ciſum , eſſe cauſam reuidendam ad relationem
eiuſdem Iudicis , nam & ſi in S.C. obſeruetur,
quod alteri cauſa reclamationis remittatur , de
qua obſeruantia teſtantur vltra deciſ. D. de
Franch.*d.deciſ.*470. Afflict.*deciſ.*231. Marant. *in tit.& quandoque app.n.*17. Muſcatell.*de appellat. part.prima,gloſ.prima n.*116.*verſ.ſed cum dixerit*,
& gloſ.*tenetur n.*26 *verſ.expeditis,& part.*3. *glo. appellari n.*14. & ibi de ratione,quare non mu-
tetur idem Tribunal,prout in appellatione *n.*16.
*& ſeq.* attamen prædicta obſeruantia non
viget in Collaterali Conſilio , nec fundatur
de

de iure, ideò attendenda eſt obſeruantia Colla-
teralis Conſilij, de qua teſtatus fuit Illuſtris
Marchio Corleti, quod idem Iudex, qui fuit
Commiſſarius in prima inſtantia, ſit etiam in
cauſa reclamationis.

Quoad tertium diuerſimodè cenſuerunt Iu-
dicantes, nam aliqui non eſſe dandum terminum
dicebant, eo fundamento, quia ſententia eſt me-
18 rè interloquutoria reſpectu inquiſiti, & quere-
lantis, quæ eſt iuſtificanda ex eiſdem actis anti-
quis, & nihil de nouo produci poteſt, text. *in
clem. appellanti de appell. recipien.* & not. Bar. *in l.
eius, qui col. 2. in fi. ff. de appel.* cum concord. ad-
ductis per Affl. *dec. 79. n. 5.* Marant. *in ſpecul. par. 6.
de appell. n. 159.* tunc dicitur in cauſis remiſſio-
num ſententiam habere vim diffinitiuæ iuxta
ſtylum M.C. & S.C. cùm remiſſio fuerit petita à
19 Barone, ſeu ab Epiſcopo, Caram. *rit. 259. in fine*,
vel à Fiſco, ratio, quia finitur iudicium, & non
eſt proferenda alia ſententia, nec remanet ali-
quid agendum, vnde inoleuit ſtylus in S.C. quod
ad inſtantiam inquiſitorum, & querelantium non
committitur cauſa, ſed ad relationem iudicatur,
ad inſtantiam verò Fiſci licet reſpectu ſui ha-
beat vim diffinitiuæ, nihilominus, vt celeriùs
20 cauſa expediatur, ſolet reuideri ex eiſdem actis
ad relationem Commiſſarij in S.C. Fiſci patrono
non reluctante, verum ipſo inſtante committi-
tur cauſa in S.C. cùm ei competat appellatio, vt
ſupra fundatum fuit, & commiſſa cauſa datur
terminus ad non poſita ponendum, prout in iu-
dicio appellationis practicari ſolet.

Maior verò pars in eam ſententiam, quod
detur terminus, deſcendit; & fundamenta
fuerunt.

21 Primò, quia decretum hoc, per quod declara-
tur Iudex laicus incompetens, habet vim diffi-
nitiui, ita Franch. *in c. cùm ceſſante col. 4.* Ant. de
Butr. Imol. & Abb. *de appell.* Bart. *in l. quod iuſſit
n. 9. verſ. quædam eſt interlocutoria, de re iudic.*
Marant. *in ſpecul. par. 5. in tit. de ſententia n. 43.*
Capyc. *dec. 144.* Guid. Pap *ſing. 948.* Polidor. Ripa
*obſeru. 16.* finitur officium Iudicis, & nihil rema-
22 net agendum coram Iudice laico, & in appella-
tione ab interloquutoria habente vim diffiniti-
uæ ſeruantur omnes ſolemnitates, quæ ſeruari
debent in appellatione à diffinitiua, Philipp.
Franc. *in cap. vt debitus col. 8. & 10. verſ. ſeptimò
quæro de appell.* Bal. *in l. maiorib. C. de his, quib. vt
23 indig.* Rom. *conſ. 41.* Et quod poſſit ex nouis actis
iuſtificari, tenuit Marant. *de ord. iud. in tit. de ap-
pel. n. 170. verſ. ſeptimò limita*, refert, & ſequitur
Muſcatell. *part. 3. de appell. in gloſ. partis n. 62.
verſ. 7. & vltimò.*

Secundò, afferebatur pro hac opinione, recla-
mationem eſſe remedium extraordinarium, &
24 concedi ex mera benignitate, & gratia Principis
in caſo, in quo appellatio non eſt admittenda,
Abb. *in c. ex literis vlt. col. de in integr. reſtit.* &
cum omnibus prærogatiuis, & qualitatibus, ac
ſi appellatio à diffinitiua concederetur, & ſic
non poteſt regulari ad inſtar appellationis ab
25 interloquutoria, quæ reuidetur ex eiſdem actis
ad relationem, & diceretur relatio, & eſſet pro-
pria, quæ ſolet per Delegatum fieri Principi ex
eiſdem actis, text. eſt *in l. 1. in fin.* vbi DD. *C. de
relationib. c. intimaſti*, & ibi Canoniſt. *de appell.
c. conſtitutà eod. tit.* vndè admiſſa reclamatio in
caſo, de quo agitur, intelligitur cum omnibus
ſuis prærogatiuis, & præeminentiis, ſicut in
appellatione.

Dicebatur tertiò, quod adhuc ſi eſſet mera 26
interloquutoria, non eſſet denegandus terminus,
cùm non petatur ad finem deuoluendi negotiũ
ob grauamen ad Iudicem, ad quem, ſed ad pro-
bandum incumbentia pro reiectione exceptionis
clericatus allegati in prima inſtantia, & nõ benè
probati, quo caſu datur terminus iuxta diſtin-
ctionem traditã per Muſcat *in d. gl. partis n. 81.*

Et ideò quamuis regulariter in S.C. non ſo- 27
let committi cauſa, dum per querelantem, &
reum appellatur, attamen aliquando ſolet com-
mitti, & dari terminus ad non poſita ponendum,
& multoties remiſſa cauſa eidem M. C. quæ
prouideat, quod detur de nouo terminus, prout
conſtitit ex recognitione aliquorum proceſ-
ſuum, & hoc quando ad fundandam, vel exclu-
dendam exceptionem clericatus pro veritate
indaganda expedire viſum eſt.

Et ea bis in eadem cauſa fuit datus termi 28
nus de menſe Ianuarij 1612.

Compilato poſtmodum proceſſu in cauſa re-
clamationis fuit confirmatum decretum remiſ-
ſionis ſub die 21. Martij eiuſdem anni, & tranſ-
miſſus reus ad almam Vrbem.

Supra *n. 4.* fuit dictum, à ſententia lata nomi- 29
ne Regio per Delegatum regulariter non dari
reclamationem; attamen ex gratia Principis
concedi, vt per Gramat. *deciſ. 35.* quid ſi exequu-
ta ſententia liberationis in forma ſit conceſſa
reclamatio, quæ ſit praxis vocandi reum; cum
euenifſet, vt quidam carceratus deindè excar-
ceratus fuerit ſtante decreto liberationis in for-
ma, à quo decreto cum fuiſſet per querelan-
tem reclamatum, ac conceſſa reclamatio, quia
cauſa erat delegata, cum inquiſitus non eſſet
in fortiis, minimè procedi poterat in dicta cau-
ſa reclamationis ad actus iuridicos, ideò fuit
prouiſum, quod vocetur inquiſitus ad proſe-
quendam cauſam reclamationis ſub pœna du-
catorum mille cum ſecuritate, præuia licentia
Excellentiſſimi Domini, à quo obtento reſcri-
pto pro aſſecuratione fuit expedita citatio ad-
uerſus inquiſitum cum aſſecuratione trium
menſium, quia erat abſens, vt in dicto termino
poſſit expedire cauſam reclamationis, quo ter-
mino elapſo, & dicta cauſa expedita valeret ſe
in tuto ponere, remanentibus cæteris delictis,
de quibus reperiebatur inquiſitus, in eo ſtatu,
vt eo tempore reperiebantur.

## ARGVMENTVM.

*Appellatio ab interloquutoria competentiæ, vel incompetentiæ Iudicis an, & quando permittatur. Audientia teſtium extra Regnum adhoc vt concedatur, quæ requirantur.*

### SVMMARIVM.

1 *Ab interloquutoria competentiæ vel incompetentiæ Iudicis de iure ciuili appellatio permittitur.*

2 *Et qua ratione dilucidatur.*

3 *Exequutio pronunciationis competentiæ Iudicis perſonam coercendo fieri dicitur.*

4 *Illamque exequutionem ſiccum trahere, eiuſque grauamen in diffinitiua reparari non poſſe, aſſeritur.*

5 *Quapropter appellatione pendente ad vlterio-ra procedi nequit.*

6 *Ea verò denegatur, cùm inter duos Iudices eſt de iuriſdictione contentio, & ad alterum pertinere ſuperior pronunciat, & quare.*

7 *Sic quoque appellationem à tali interloquutoria non competere, quando decretum ſuper competentia propter Iudicis excellentiam exequutionem habet, aduerſus quod reclamatio tantum competit, eaque pendente proceſſum ad vlteriora non impediri, deciſum fertur.*

8 *Nominatio teſtium extra Regnum per nomina, & cognomina infra terminum quinque dierum in Regia Pragmatica ſtatutum, & infra eundem terminum pœna depoſitum fieri debet, adhoc vt audientia eorundem teſtium extra Regnum concedatur, quam denegatam fuiſſe, etiã infra dictum terminũ facta dicta nominatione, viſo depoſito facto pro pœna elapſis quinq; diebus, & ita deciſũ recẽſetur.*

## DECISIO V.

1 AB interloquutoria, in qua Iudex competens, vel incompetens pronunciatur, de iure ciuili poteſt appellari, notat gloſ. *in auth. habita C. ne filius pro patre*, ſequitur eam Bart. *in l.2.n.13.verſ.nam pronunciat ff de appellat.recip.*
2 nam aut pronunciat, ſe non eſſe Iudicem, poſt interloquutoriam iſtam non ſperatur alia Ergò poteſt appellari; aut pronunciat ſe Iudicem, cùm non ſit, tunc tale grauamen non reparatur per appellationem à diffinitiua: nam iſta vexatio, quod cogatur coram non ſuo Iudice litigare,
3 non poteſt tolli, ſicut nec tortura, nam exequutio talis pronunciationis fit coercendo perſonam, Alber. *in l.2. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit n.8. verſ. dico, quod poteſt appellari* idem tenet,
4 nam quamuis ſit interloquutoria, eſt talis, quod trahit ſecum exequutionem, & eius grauamen non poteſt reparari in diffinitiua, Rebuff. *in Conſt. Gallicas in tract. de ſententia exequutione art.10.gloſ.prima num.2. verſ.ſecundò quod illud factum.*

5 Vndè pendente appellatione non poterit ad vlteriora procedi, Rebuff. *in dicto tract. de ſententia executione gloſ.2.art.3.n.1.& art.9. gloſ.6. in fin.verſ.fallit tamen.*

6 Singularem fallentiam dat Angel. *in d.l.2 ff. ſi quis in ius vocat.non ierit n.8.verſ. tu da vnam fallentiam ſingularem*, cùm inter duos Iudices eſt de iuriſdictione contentio, & ſuperior pronunciat, ad alterum pertinere, quia ab illa non appellatur, eum non intereſſit partibus, eò quod veriſimile eſt, quod ita iudicabit vnus æquè, ſicut & alter.

7 Limitatur quoque, quando decretum ſuper competentia habet executionem propter Iudicis excellentiam, aduerſus quod competit ſolum reclamatio; hoc enim caſu poterit Iudex ad vlteriora procedere pendente reclamatione, ita concludit examinato articulo Carolus Tapia *in pragm.17.* Ferdinandus Dei gratia Rex *de offic.procur Cæſar.* & deciſionem S.R.C. affert, *in fine, verſ.poſt hæc autem ſcripta.* Idem eſt in ſententia excommunicationis, ſeu interdicti: quia trahit ſecum exequutionem, ideoque per appellationem non ſuſpenditur, *c.paſtoralis, §. verum quia de appell. Scaccia in eod.tract. quæſt.17. lim.22.* cum declarationibus per totum *c.d.lim.*

22. Tho.Zerol *in praxi Archiep.in verb.appellatio,n.14.verſ.ad 14* vbi aſſignat rationem.

Et attentis prædictis, cum in Collaterali Conſilio Matthio Lareni in cauſa vertente in S.C. cum Ioanne Vincentio Brancia petierit vna cum Fiſco, eam remitti ad Regiam Cameram, fuit denegata remiſſio, & deciſum, quod S. C. procedat, & pendente reclamatione à decreto prædicto acta pendente dicta reclamatione in S. C. fuerunt approbata de menſe Maij 1621.

8 In eadem cauſa fuit deciſum, nominationem factam extra Regnum abſque depoſito infrà tempus quinque dierum ſtatutum à Regia pragmatica ad faciendam nominationem cum nomine, & cognomine (licèt elapſis dictis diebus depoſitum fecerit) non eſſe admittendam, & terminum excuſſiſſe, ex dictis per Rouitum *in pragm.3.de dilatio.n.5.* Et alias fuit deciſum ſub die 10. Nouembris 1618 in cauſa inter Philippum Spinulam, & Ioannem Baptiſtam Cataneum.

## ARGVMENTVM.

*Reclamatio inducitur per replicationem aduerſus ſententiam penes acta abſque alia ſupplicatione, Fatalia non currunt in damnum reclamantis, ſi per aduerſarium ſit impedita exequutio ſententiæ.*

## SVMMARIVM.

1 *Reclamatio à ſententia S.C. efferri debet infrà biennium, & poſt lapſum biennij tranſit in rem iudicatam, num.5.*

2 *In S. C. currunt fatalia in cauſa reclamationis.*

3 *Deciſio S.C. quod obſtat lapſus fatalium, ſi per annum vnum tantum deficiat monitio ad dicendum, quamuis in ſequentibus fuiſſent continuata citationes ad dicendum.*

4 *Reclamatio an inducatur per replicationem, reclamando à ſententia abſque alia ſupplicatione, & n.10.11.20.& deciſio n.19.*

6 *Reclamatio an ſit remedium ordinarium permiſſum de iure, vel extraordinarium ex gratia Principis, & n.21.*

7 *Diſpenſatio in ſententiis ipſius Principis, vel eius Præfecti Prætorio procedunt in ſententiis S C. quæ proferuntur nomine Regio, & n.9.*

8. *Sententia S.C. habent vim legis.*

12 *Exequuta ſententia S. C. proceditur in cauſa reclamationis, & n.15.*

13 *Dictio, prius, deſignat anterioritatem ordinis.*

14 *Dictio, ſi, ſupponit conditionem.*

16 *Sententia conditionaliter prolata nil ponit ineſſe.*

17 *Per ablatiuum abſolutum inducitur conditio.*

18 *Proteſtatio non eſt neceſſaria ad finem conſeruandi iura reclamanti, quando fuit impedita exequutio ſententiæ facto Aduerſarij.*

## DECISIO VI.

DE menſe Octobris 1588. fuit lata ſententia in beneficium Lucretiæ Penſinæ contra Ioannem Antonium Penſinum tenoris ſequentis. Sententiamus, decernimus, & declaramus Magnificum Ioannem Antonium Penſinum principalem conuentum condemnandum

nandum eſſe, & condemnari debere, provt noſtra præſenti diffinitina ſententia condemnamus ad dimittendum,& relaxandum Magnificæ Lucretiæ Penſinæ principali bona in iudicio deducta vna cum fructibus perceptis, reſtitutis tamen per dictam Lucretiam prædicto Ioan. Antonio quantitatibus per ipſam receptis vna cum interelle liquidandis tempore exequutionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ,in qua liquidatione habeatur ratio meliorationum in dictis bonis factarum per dictum Magnificum Ioan.Antonium,& lecta,& lata fuit ſub die 11. Octobris 1588.fol.240.

Intimato mandato de parendo , reclamatum fuit pro parte Ioan.Antonij Penſini, per replicationem aduerſus mandatum prædictum , qui tacuit vſque ad annum 1618 quo tempore exequuta ſententia fuit cōmiſſa cauſa reclamationis.

Fuit oppoſitum,ob lapſum fatalium,non poſſe procedi in cauſa reclamationis , quia ſupplicatio reclamationis fuit porrecta poſt decem,& octo annos à dia latæ ſententiæ , dum debebar
1 offerri inf.à biennium, *per auth. quæ ſupplicatio C.de precib.Imper.offerend.& per cap.ex literis 4. de reſtitut. in integr.* Et in S.C.currunt fatalia in
2 cauſis reclamationum,provt dictat *Reg. pragm. 54.de off.S.C.* & refert D. de Franch. *deciſ.646. n.4.& ſequent.* vbi affert plura exempla, in quibus S.C.ita ſemper vniformiter determinauit & nouiſſimè fuit determinatum per Regiam Cameram Summariæ,cum multis Dominis Adiun-
3 ctis ex Sacro Conſilio.facto verbo in Collateali Conſilio in cauſa Ducis Turris Maioris cum Duce Andriæ,in qua fuit reclamatum fortiter infra tempus, fuit infra legitima tempora compilatus proceſſus,& per pluses annos expedita, & notificata citatio ad dicendum,quia per vnum annum tantùm citatio deficiebat , fuit dictum, obſtare lapſum fatalium, non obſtante quod in ſequentibus continuatæ fuiſſent citationes prædictæ ad dicendum.

Nec illam replicationem in mandato de parendo,reclamando à decreto ſufficere dicebant, tam ex diſpoſitione iuris communis,quam Regiæ pragmaticæ, ſed requiri pro forma suppli-
5 cationem in reclamatione , adeò , vt ea omiſſa infrà biennium fatalia ſint decurſa,non obſtante replicatione prædicta.

Ponderabant de iure communi text. *in auth. ſed & lis C.de tempor. appell.* ibi. *ſed & lis, quæ ſperatur in Conciſtorium Principis inferri abſque damno mora, remaneat intacta , donec ipſe faciat eam introduci,& à proceribus ſecundū morē dirimi.*

Et ſic in caſu fortiori licèt in Conciſtorio Principis non currant fatalia,tamen hoc non eſt ſimpliciter intelligendum, ſed donec ipſe faciat eam introduci,hæc introductio non fit,niſi data notitia Principi , quod non adimpletur per replicationem,ſed per ſupplicationem porrectam, & notificatam Principi.

Requiritur ergò, quod non ſolùm ſupplicetur, ſed etiam ſupplicatio Principi notificetur, quibus omiſſis currunt fatalia.

Sic explicant text. prædictum communiter DD.& antè omnes *glo vnica in d.auth.ſed & lis, in verb.intacta,*ibi,*& intelligunt quidam,vt Ioannes hanc auth.quandò ille,qui appellauit,notum fecit Principi,alias non erit ſine damno mora. Alij dicunt contra,quod qui meruit ſententiā,debet notificare,vt confirmetur,vel delegetur,nō appellant.*

Bart. ibidem *n.1.*inquit,*& in Conciſtorio Principis non currit tempus,quod eſt verum,ſi fuit notum Principi , vt hic in gloſſa ſua.*

Bald. ibidem *n.1.* ibi, *Quæro, quis debet adire Principem ſuper hoc, reſpondo , appellans ſecundum Ioan quia ipſe eſt principium motus, & controuerſia huiuſmodi.*

Angel. ibidem *in fin. gloſ. 2.* ibi , *intelligunt quidam,vt Io.*& bene,Cyn.& Bart. *alij dicunt à contra, & malè.*

Salyc. ibidem *in fin. Quæro , quis debet adire Principem ſuper hoc , ait, quod appellans ſecundum Io.quia huius rei ipſe eſt principium,& origo.*

Paul.de Caſtr.*in auth ſi tamen num 2. in med. verſ.aliut caſus C.de tempor.appellat.* ibi,*hoc tamen declara, vt in gloſ. quando appellans notum fecit hoc Principi, alias ſecus.*

Guid. Pap. *deciſ.135. num.2.* ſupradicta omnia confirmat.

Bredetod. *in tract. de appellat. part.2.tit.7.de fatalib.§.de fatalib.introducend.in conciſtor. Principis fol.131.* refert,& tranſcribens omnia verba Guidonis Papæ , eum ſequitur *fol. 132. in fin. & 133. in princ.*

Grammat.*deciſ.13. n.1 in fin.* ſcribit *præterea ſententia Præfecti Prætorio , provt eſt S. C. poſt duos annos tranſit in rem iudicatam* , ſubdit poſteà:*Sed præmiſſis videtur obſtare Auth ſed & lis, qua cauetur,quod introducta cauſa appellationis in Conſiſtorio Principis non currunt tēpora appellationis,donec Princeps ordinet, quis habet de cauſa cognoſcere,& n.3.dico quòd debet vti diligentia ſua.*

Anan *in conſ.1.n.4.*& egregiè ibidem Ludou. Bolognin. *in plenis additionibus n.16.* affirmant. Quod quando appellatur ad Papam,ſeu ad Principem non currunt tempora data ad appellandum, ſed inſtantia incipit currere ita demum cum per Principem cauſa introducta, & commiſſa fuit , vt eſt caſus notabilis *in auth. ſed & lis,* ſubdit, *Et requiritur omninò, quòd appellatio fuerit notificata Principi,& coram ipſo fuerit porrecta ſupplicatio,& omnia ſint facta,vt nihil aliud ſuperſit , niſi commiſſionem fieri per ipſum Principem.*

Loquuntur ergò ſupradicti DD. communi voto , non de ſupplicatione pro commiſſione cauſæ, quam ſcio non poſſe fieri , niſi exequuta ſententia. Et interim non currere fatalia,ſed de ſupplicatione intimanda Principi , vel Præſidi pro notificatione,ad finem vt notetur dies ſupplicationis prædictæ , & cognoſcatur , an in tempore fuerit reclamatum.

Et omnia prædicta ea ratione fuerunt ſtatuta: 7
quia reclamatio non eſt remedium ordinarium permiſſum ex iuſtitia,vt appellatio,ſed extraordinarium ex gratia , pro qua obtinenda debet ſupplicari Præſidi, & humiliter rogari;& propterea non ſufficit ſimplex reclamatio facta in replicatione in pede mandati de parendo , ſed requiritur,quod ſit ſupplicatum, & notificatum Principi,vel Præſidi, & eſſe remedium extraordinarium concedendum ex gratia affirmant Abb. *in c.ex his 4. n. 6. in fin. de reſtit.in integr.* Afflict.*deciſ.141.n.3.& 4.* vbi ponit ſupradictam rationem differentiæ , *& in præludiis Conſtit. Reg.q.10.n.4.*Caranit,qui benè declarat,*rit.252. n.2. in fin.2.3.& 4.*Rebuff.*in Conſtit. Regn.tom.5. in tractat. de ſupplication. numer. 84. fol. 309.* & Aufrer. *ad deciſion. 480.* Capell. Tholoſ. *num.4.*

Et ſupradicta diſpoſita in ſententiis ipſius Principis, vel eius Præfecti Prætorio procedere in ſententiis S.C. quæ proferuntur ſub nomine Regio iubet *Reg. pragm.6. de offi.S.C.*

Quæ ſententiæ, & decreta vim legis habent
8 vt dicta alia *pragm.48.in fin.eod.tit. de off. S. C.* & propterea dicta de Conciſtorio Principis, vt *in d.auth.ſed & lit*, meritò applicat Grammat. *d.*
9 *deciſ.13. num.1. & ſeq.* ad ſententias S. C. hæc de iure communi.

De iure Regni per *d.prag. 5.* diſponitur in vtroque actu, tam pro notificatione facienda Principi, quàm pro commiſſione cauſæ recla-
10 mationis requiri expreſsè ſupplicationem ibi, *in verbo licere tamen volumus*, quæ cùm non ſint porrectæ infrà biennium, ſed poſt decem & octo annos fatalia ſunt elapſa.

Pro reclamatione dicebatur, per replicationem infra decem dies in mandato de parendo in qua reclamabat induci veram reclamationem,
11 & operari effectū veræ reclamationis loco ſupplicationis offerendæ glorioſiſſimis Præfectis cum eorum Conciliariis, de qua per tex. *in d. auth. qua ſupplicatio* & *per d. prag.5. de off.S.C.* cùm idem operetur effectus præſtationis cautionis in caſu retractationis.

12 Exequuta deindè ſententia porrigenda erat ſupplicatio, pro obtinendo Commiſſario, & ità expreſsè diſponitur *in d. pragm.5.* ibi, *contra ſententias proceſſus reuiſionem petere, & à noſtra Cancellaria, ſi prius iudicato paruerint, ſemper & ſupplicatione reuiſionis literas impetrare S. C.*
13 *exhibendas.* Dictio *prius*, deſignat anterioritatem ordinis, Bart. *in l.prima num.5 C.de nouo codic. faciend.* Dictio *ſi* ſupponit conditionem Bart. *in l. prima C. de condit. & demonſtr.* Ann. *conſ. 105. num.4.* quaſi dixiſſet, niſi priùs ſententia fuerit exequuta, grauatus non poteſt porrigere ſupplicationem reuiſionis, & ſi antequam iudicato paruerit, ſupplicationem porrigat, nulla fit prouiſio, ſed ſolet decerni, quod notetur dies, & facta exequutione prouidebitur, & conſeruatur pro maiori cautela reclamationis.

Non ergò proceditur in cauſa reclamationis antè exequutionem ſententiæ, cuius exequutio fuit per ipſummet actorem, qui obtinuit, impedita, qui ex parte ſua non adimpleuit conditionem in ſententia adiectam, & ſententia cùm ſit conditionaliter prolata, nil ponit ineſſe, ex quo per ablatiuum abſolutum ibi, in ſententia *reſtitutis tamen per dictam Lucretiam, &c.* inducitur conditio ad tex. *in l. à teſtatore ff. de condit.& demonſt* DD. *in rubr.ff.ſolut matr.* vbi Rip. *num.31.verſ.ſecundò amplio* dixit, quòd inducit propriam, & expreſſam conditionem Dec. *conſ. 89. num.1.& conſ.85.num 3.* Ann. *conſ.105 n.5.* Et nulla eſt neceſſaria proteſtatio ad finem conſeruandi iura reclamanti, Dec. *conſ.335.In cauſa Domina Maria. Aymon* Crauet. *conſ.151. n.11.* Vrſill. *ad deciſ.* Afflict. 19 *num. 4.*

Exequuta poſtmodum ſententia in anno 1618. eodem tempore fuit porrecta ſupplicatio & commiſſa cauſa reclamationis.

Et ideò ſub die 15. Iunij 1622. fuit per S.C. decretum, exceptionem lapſus fatalium oppoſitam non obſtare. In cauſa Ioannis Dominici Penſini ſucceſſoris cum hæredibus quondam Camilli Marini ſimiliter ſucceſſoris.

Non obſtant adducta in contrarium, & primò *Auth. ſed & lic C. de tempor. appellat.* quæ loquitur in cauſa appellationis introducendæ in conciſtorio Principis, & tunc requirunt notitia danda Principi, ſecus verò, quando cauſa eſt introducta, & deciſa in conciſtorio Principis, quo caſu non requiritur alia notitia, vt in caſu, de quo agitur, nec eſt ex gratia impetranda à Principe iuxta opinionem Afflict. & Carau. pro contraria adductorum, nam vera eſt opinio, quòd reclamatio à ſententia S.C. nullo modo poteſt dici gratia, ſed merum ius commune, quod nulli denegari poteſt, introductum non per *auth.qua ſupplicatio*, ſed per *l. unicam C. de ſent.præfect. prætor.* & in Regno conceſſum *per d.pragm.5. de off.S.C.* prout aduertit, & fundat Rou. *ad prag. 38.de offic.procurat. Cæſar. num. 13. verſ. & propterea repetenda*, diximus ſuprà in *deciſ.4. fuit per Collaterale Conſilium.*

## ARGVMENTVM

*Productio Bullæ beneficij vnà cum poſſeſſione an ſufficiat ad declinandam iuriſdictionem Iudicis laici, non conſtituto de clericatu, ſeu prima tonſura.*

## SVMMARIVM.

1 *Clericus poſſeſſor beneficij an habeat probare titulum clericatus, & num.15.*
2 *Beneficij collatio an valeat, poſito, quod vt clericus impetret beneficium, quamuis non ſit ordinatus.*
3 *Non præſumitur clericus, niſi probet, ſe clericum eſſe.*
4 *Articulus clericatus (qui in facto conſiſtit) tùm inciderit coram Iudice cauſæ criminis coram ipſo ſunt producenda Bulla ordinum, & beneficiorum.*
5 *Iudex laicus ſaltim per modum cauſæ poteſt pronunciare, declinatoriam non competere.*
6 *Clericus ad hoc vt remitti poſſit, qua probare debeat.*
7 *Articulus remiſſionis clericatus eſt maximi præiudicij ſæculari iuriſdictioni.*
8 *Quæſtio iuris ſi inciderit ſuper inualiditate clericatus, erit remittenda, & decidenda per Iudicem Eccleſiaſticum.*
9 *Bullam beneficij cum eius poſſeſſione producere non eſt ſufficiens, ad hoc vt beneficiatus forum declinare poſſit, & num. 15. vbi deciſio.*
10 *Beneficium non cadit in laicum.*
11 *A beneficium impetrante de ſtyle Curiæ debet fieri mentio de clericatu*
12 *Beneficium Eccleſiaſticum non debet conferri, niſi ei, qui per Eccleſiaſticum ordinem ſeruiat in diuinis officiis, vel ſaltem ſit tonſuratus.*
13 *Prima tonſura, ſeu aliis ordinibus initiatus non præſumitur, niſi probetur.*
14 *Litera collationis beneficij non probant clericatum niſi oſtendatur ſcriptura de clericatu confecta.*
16 *Modus probandi clericatum, remiſſiuè.*

## DECISIO VII.

1 MAnnus Brunduſinus carceratus petiit, vti clericus remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, ad cuius clericatus probationem litteras collationis beneficij exhibuit, ac ipſius fructuũ perceptionem probauit, & in habitu inceſſiſſe tempore quoque capturæ, non dubitabatur ordinum verò collatio, aut ſaltim prima tonſura non fuit probata.

Sui cere ad iuriſdictionem declinandam prætendebat *ex deciſione Rota Romana in antiquis in titulo de probationibus ſub num.* 13. alias 311. vbi clericus exiſtens in poſſeſſione clericatus non habet probare titulum clericatus, dum tamen ſit poſſeſſor beneficij, vt not. Ioan. Monac. & Archid. *cap ſi Iudex laicus de ſenten. excomm. in* 6. & idem deciſum refert Gramm. *deciſ.* 81. *in fin.*

2 Inſuper ex dictis in eadem deciſione valet collatio beneficij, poſito, quòd vt clericus impetret beneficium, quia habitus, & diſpoſitio animi ſufficiunt, ad hoc vt quis clericus reputetur, vt ſic non clerico vt clerico beneficium conferri poſſit, vt not. Compoſt. *in cap. cùm*
3 *adeò de reſcript.*

Pro parte Regij Fiſci, & quærelantis opponebatur, non eſſe ex perditis, probatum clericatum; qualitas enim iuſdictionem fundans plenè probanda eſt, Par. *de reintegr. cap. an. citatus,* qui eſt, 198 *fol. mihi* 109. *num.* 20. *verſ. quod Iudex ante litem conteſtatam,* nam non præſumitur clericus, niſi probetur, cum vnuſquiſque naſcatur laicus, Vrſill. ad Affl. *deciſ.* 297. *num.* 3. *verſ. vbi etiã quod clericus quis non præſumitur.*

Cùm enim coram Iudice cauſæ criminis in-
4 ciderit articulus clericatus, qui in facto conſiſtit, coram ipſo Iudice ſunt producendæ Bullæ ordinum, & beneficij, ſine quibus non poterit forum declinare, Fel. *in cap. cauſam de præſcrip. & in cap. cùm ſit de for. comp.* Mynſinger. *obſer.* 67. *cent.* 2. Gayl. *obſeru.* 38. *lib.* 1. Aufr. *de poteſt. ſæculari in Eccleſiaſticos reg.* 4. *in* 8. *fallen.* & ibi Add. poteſt enim Iudex laicus ſaltim per modum cauſæ pronunciare, declina-
5 toriam non competere, Bal. *in auth ad hoc C. de latin. liber. toll.* Barboſ. *in l. Titia num.* 23. *verſ. item quamuis pronunciet ff. ſol. matr.* Capyc. *deciſ.* 7. *num.* 4. Gutierrez *in canon. quæſt. cap.* 34. *num.* 47. & ſic non erit remittendus, vt per Iudicem Eccleſiaſticum cognoſcatur de clericatu, ex dictis per Menoch. *de præſum. lib* 6 *præſumpt.*
6 76. *num.* 30. 32. 33. & per Maſtrill. *deciſ.* 213. *in princ.* qui dicit, quòd licèt aliàs ad effectum remittendi clericum ad Iudicem Eccleſiaſticum ſatis fuiſſet probare clericatum per præſumptionem, dummodo ea tanta fuerit, quæ in aduerſarium transferat probandi onus in contrarium, ad tex. *in cap. quatuor*, & ibi gloſſ. *in verb. per argumenta de cleric. pereg* & tex. *in d. cap. ſi Iudex laicus*, & per Maſcar. *in tract. de*
7 *probat. concl.* 308. tamen hodiè ſtante diſpoſitione Conc. Trid. non niſi probato clericatu cum aliis requiſitis per authentica documenta remiſſio conceditur, maximè quando agitur de priuilegio fori, vbi de graui præiudicio ſæcularis iuriſdictionis tractatur, vt dicit Couar. *pract. quæſt. cap.* 33. Ignat Lopez *in add.* ad Diaz *in pract. crim. canon. cap.* 64. *num.* 18. Farin. *de in-*
8 *quiſ. q.* 8. *num.* 43. & 44. poſt alios, quos allegat Franciſcus Viu. *deciſ.* 512. *num.* 14. *part.* 4. cuius praxim ponit Carau. *d. rit.* 215 *à num.* 20. ſi verò inciderit quæſtio iuris ſuper inualiditate clericatus, quæſtio erit remittenda, & examinanda, & decidenda per Iudicem Eccleſiaſticum iuxta doctrinas adductas per Menoch. *in d. præſump.* 76. *num.* 34. & per Vinc. de Franch. *deciſ.* 289 & per Maſtrill. *d. deciſ.* 213 *in fin.* & dicemus infra *deciſ.* 15. *num.* 19. & 20.

Articulus validitatis, vel inualiditatis clericatus primæ tonſuræ incidens in cauſa criminis remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum, & inualido declarato clericatu, per Iudicem laicum, per quem fuit præuenta cauſa, punitur; quia ex prima tonſura non imprimitur character, vt docent Theologi *in* 4. *diſt.* 24. D. Thom. inter ſeptem ordines non connumerat primam tonſuram, refert Carleual. *in tract. de iudic. diſp.* 11. *quæſt.* 8. *num.* 1087. *verſ. quod ex eo probatur.*

Si verò eſſet ordinatus ordinibus, ex quibus character imprimitur, quamvis nulliter promotus, ſeu poſt præuentam cauſam à Iudice laico, quia ex collatione ordinum fuit impreſſus character, licet ſuſpendatur ipſius executio, eximitur à iuriſdictione Iudicis laici, ad text. *in cap. filij* 56. *diſt.* vbi DD. Diaz *in ſua pract. crim. in ver. illegitimi in finalibus verbis*; nam licet illegitimus, vel aliàs infamis non debeat ad ordines promoueri, nihilominus ſi promoueatur, non irritatur promotio, Vinc. de Franch. *deciſ.* 384. *num.* 12. verùm præuenta cauſa remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum quoad diſtrictionem perſonalem, idem de Franch. *dec.* 209. & plures relati per Carleual. *in citata q.* 8. *num.* 447. *verſ. hac difficultas.*

Ordinatus poſt præuentam cauſam, & perſonam an ſit exemptus à iuriſdictione Iudicis laici, cumulat DD. & de communi teſtatur Carleual *lib.* 1. *diſp.* 2. *q.* 7. *à num.* 908.

Beneficij Bullam cum eius poſſeſſione produ- 9
cere non eſt ſufficiens, ad hoc vt beneficiatus forum declinare poſſit, non enim prodeſt beneficij impetratio antequam ordinetur, *cap. ex literis*, & ibi notat gloſ. & Abb. *de tranſact.* &
beneficium non cadit in laicum *cap.* 2. *de inſtit.* 10
quia non eſt capax iuris ſpiritualis, *cap. cauſam de præſumpt.* cum reliquis adductis per Bellet. *de diſquiſit. clericali* §. 17. *num.* 17. vnde in impetratione beneficij de ſtylo Curiæ debet fieri mentio de clericatu, Abb. & Dec. *in cap. cùm adeò num.* 10. *de reſcript.* nam beneficium Eccle-
ſiaſticum non debet dari, niſi ei, qui per Ec- 11
cleſiaſticum ordinem ſeruiat in diuinis officiis *cap.* 2. *de inſtit.* vel ſaltim, quod ſit tonſuratus nam animi deſtinatio cum tonſura ſufficit ſecundum Compoſtell. *in d. cap. cum adeò num.* 2. *verſ. Item animi deſtinatio*, & ex ipſa collatione
beneficij non præſumitur prima tonſura, ſeù 12
aliis ordinibus initiatus, cùm ſit quædam ſolemnitas extrinſeca ex accidenti proueniens, ideò non præſumitur eſſe, niſi probetur, gloſſ. *in verb ſcienter in cap ſi fortè de elect. in* 6 *gloſ. fin. in cap. dudum de præſumpt.* vbi Panor. ſequitur eas, latius Dumin. *conſ.* 77. *apparet*, & *in conſ.* 91. *præmiſſo*, Philipp. Franc. Io. Monac. *in d. cap. ſi Iudex laicus num.* 10. DD. *in l. ſciendum ff. de verb. oblig.* latiſſimè Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt* 115. & potiùs præſumitur non ordinatus vt dixit gloſſ. *in cap. Presbyteri in*

*verb. & conſacrentur diſtinct.* 68. & idem not. Innoc. *in cap.fin.in princ. de eo, qui furt. ord. recep.* vbi Antonius de Butrio *num.8. verſ.concludendo*, Alci. *præſumpt.4. reg.5.* ſicut non ſufficit oſtendere literas ordinum ſuperiorum, niſi antè omnia oſtendantur literæ inferiorum, Abb. *in cap.cum nos num.5.verſ.quæro, an ſufficiat de cler. peregr.* & ibi Anchar. *in fine*, & alij, quos affert Pacian. *in tract.de probat. cap.34. lib.2. num.42. verſ.nec ſufficit oſtendere literas.*

14 Et in tantum ex literis collationis beneficij non probatur clericatus, niſi oſtendatur etiam ſcriptura de clericatu confecta, quod & ſi Summus Eccleſiæ Præſul in literis collationis beneficij nominet ipſum aſſertum clericum ſimpliciter, adhuc cum hac nominatione clericatus non probatur, vt tenent Anchar. Philipp. Franc. Io. Andr. Bald. Alex. & de communi atteſtatur Thom. Grammat. *in d.deciſ.*81. refert, & ſequitur Diaz *in d. prac. cap.64. num.16. verſ. litera*, Rouit. *in pragm.prima de titul.abaſ.num.85.verſ. hinc receptum eſt*, imputet ergo ſibi, ſi tales literas non habuit, vel habitas non ſeruauit, cum ex ſua culpa procedat, vt dixit Ioan. Andr. *in cap.non licet col.11. verſ. oſtendat ergo literas de reg.iur.* & latiſſimè examinat, & declarat, quando literis Summi Pontificis, in quibus enunciatiuè nominatur clericus, ſtandum eſt.

15 Ille ergo, qui prætendit declinare forum ex eo capite, quod habet Eccleſiaſticum beneficium, probare debet, ſe eſſe clericum, idque manifeſtè colligitur ex illis verbis *d.cap.* ibi, *is etiam fori priuilegio*, relatiuum enim *is* refert ſuum antecedens, nempè initiatum prima tonſura, vel eum, qui in minoribus ordinibus eſt conſtitutus, & quidem cum omnibus ſuis qualitatibus, *l.à filio §.æſtator ff.de alim. & cib. leg.* glo. *in l.vn.in ver. proferuntur C. de ſent. quæ pro eo, quod int. l.1. §.ſed cum plures*, & ibi Bar. *ff ſi fam.fur.fec.* Paul. Caſtr. *conſ.140. viſa reformatione num.3.lib.1.* Crauett. *conſ.*47. Magnificus Dominus *num.4.lib.1.* Grat. *conſ.137. num.14. vol.5.* & plures alij congeſti per Aug. Barboſ. *in remiſſ. DD. dict.*2-3. quaſi dicat text. quod is, qui prima tonſura eſt initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus, qui prætendit gaudere fori priuilegio ex eo capite, quod habet Eccleſiaſticum beneficium, ſicque de clericatu antè omnia conſtare debet, quia clericatus non præſumitur, Innoc. *in cap.ſuper his num.10.in fine de accuſat.* dum inquit in hæc verba, *Sed quid dices, ſi excipiatur non eſt ſubdiaconus, qui poteſt eligi, vel non habet literas commendaticias, cum ſit alienigena. Reſp. in his caſibus eum debere probare ſe eſſe ordinatum, & ſe dimiſſum ab Epiſcopo, cum iura in his caſibus dicant literas neceſſarias, 2.quæſt.1.leg.ũ ſup.de cler.percuſ.per tot.*71. *diſt.per tot.tanta tamen poſſet eſſe præſumptio pro ordinato, quod transfertur in aliam onus probandi, vt ſi multo tempore in ſubdiaconatus ordine inſeruiuiſſet, vel quod certum eſſet, quod benè à ſuo Epiſcopo dimiſſus eſſet*, Boët. *deciſ.171. num.15.* Aymon. Crauet. *conſ.93. Eccleſia Parochiali n.1.* de Graſſ. *qui plures alios allegat de effect. cler. in prælud.num.*184.

Non obſtant, quæ in contrarium adducuntur fundata *ex d.deciſ.Rotæ in antiquis* cum alijs authoritatibus ſupra adductis, quod ſufficit, quẽ eſſe in quaſi poſſeſſione clericatus, & poſſidere beneficium, nam id intelligendum eſt iuxta authoritatem Ioan. Monac. in qua ſe fundat, ad hoc vt cuſtodiendus remittatur ad Iudicem Eccleſiaſticum pendente lite ſuper clericatu, quando à Iudice Eccleſiaſtico eſſet examinanda, & definienda, Couarr. *lib.prac. quæſt. cap.33. num.3. verſ.fortaſſis in hac materia*, per quam remiſſionem non erit liberatus à manibus Iudicis laici, niſi manifeſtè probauerit titulum ſui clericatus, ità declarat opinionem tenentium ſufficere hanc quaſi poſſeſſionem Pacian. *in d.lib. 2. cap. 20.num.36.verſ.cæterum his non obſtantibus*, & authoritate Ioannis Monachi *in d. cap. ſi Iudex laicus num.5.verſ.ſic dico in propoſito*, cuius verba ſunt, *Iudex ſæcularis dicet coram Iudice Eccleſiaſtico, vel alter, cuius intereſt, vir iſte perpetrauit delictum tale in mea iuriſdictione, vnde ipſe coram me ſortitur forum, vnde peto, quod mihi reddatur per me iuſtitiandus, ſi dicatur, eſt in poſſeſſione clericatus, dices, poſſeſſio non facit clericum, ff.de decurion. l. Herennius, vnde probet, ſi poteſt*, quem refert, & ſequitur Alc. *in tract. de præſumptionibus præſumpt.4 reg.2.verſ.& probat, quia talis erat clericus* gloſſ. *in cap. Presbyteri 68.diſt.* Boët. *deciſ.171.num.12.* & ita interpretandum cenſet Diaz loc. cit. decretum Conc. Trid. *ſeſſ.23.lib. 6. de refor.* & fundat Carauit. *in d.rom 235.num.20.*

Vnde in Collaterali Conſilio cum interuentu Dominorum Regentium Conſtantij, Caſteller, Montoya, Montalti, & Tapiæ ad relationem Alfonſi Brancatij Iudicis M.C. delegati, fuit iudicatum, quòd cauſa prædicti Manni Brunduſij remaneat coram prædicto delegato, allegato clericatu non obſtante die 9. Iunij 1612. Act. aſſumptus Vincentius Migliaccius.

Secus eſſet dicendum, ſi beneficium haberet annexum aliquem ordinem ſacrum, ex dictis eiuſdem de Graſſis.

Modum probandi clericatum poſuit Pacian. *in tract.de probat.lib 1.cap.34.à num. 41.* Sebaſt. 16
Guaz. *defen. 1.c.3.n.9.*

Fuit aliàs dubitatum, quid ſi ſuperueniat ordo, vel prima tonſura, an reconualideſcat collatio beneficij. In hoc articulo procedam breuiter, & remiſſiuè, gloſſ. *in cap.ex literis de tranſact. in verb.tonſuratum* negatiuas partes tuetur, conferunt not.per Dec. *in reg.quod ab initio de reg. iur.num.5.verſ & actus, qui à principio*, & nouiſſimè Bellet. *diſquiſit.clerical.par.1.de diſcipl. clerical.§ 17.nu.7. verſ.neque prodeſt ei*: At in contrariam abiit ſententiam Graſſ. *de effect. cleric.1. effect. num.1188.verſ.quæro octauo*, vbi pluribus authoritatibus & argumentis illam muniuit & obuallauit.

## ARGVMENTVM.

*De fida ſoluenda Baroni ab exteris pro animalibus paſcua ſumentibus in feudo. Quid ſit diffida, quid importet, & de eius origine.*

### SVMMARIVM.

1 *Conatus interdicto vnde vi, vel vti poſſidetis licet habent præſumptionem iuris contra*

tra

*tra ſe, non eſt expellendus à poſſeſſione.*

2 *Domino non licet impedire ſeruitutem in agro ſuo, qui itineri actu ſeruit.*

3 *Probationi Baronis fidam fuiſſe ſolutam ſtatur, licet conſuetudo inducta ſit paſcua ſumere abſque ſolutione fida.*

4 *Baro habet præſumptionem pro ſe in territorio ſui feudi.*

5 *Præſumptio affirmatiua præfertur præſumptioni negatiuæ.*

6 *Ius paſcendi in alieno territorio duplex eſt, communionis ſcilicet & ſeruitutis, & quomodo hæc iura acquirantur.*

7 *Extero ſolito affidari non eſt deneganda fida niſi non ſufficiente territorio pro Ciuibus.*

8 *Conſt. Regni incip.* Cum per partes Apuliæ, *quæ de paſcuis loquitur, per capita enarratur.*

9 *Diffida quid ſit, & quid hoc verbum importet.*

10 *Baronibus licet banna emanare, ne ſubditi, vel exteri paſcua ſumant, & limitare poſſunt numerum animalium depaſcentium his, qui affidare ſolent, nè cæteris affidatis pabulum tollatur.*

11 *Non affidati depaſcentes in territorio ſolito affidari, ſi ſit bannitum, tenentur ad pœnam; ſi verò non ſit bannitum, tenentur ſoluere fidam, vt cæteri affidati.*

12 *Depaſcentes, vel damnum dantes in territorio culto, & ſeminato, ac bannito tenentur ad damnum, & pœnam, in non bannito ad damnum tantum.*

13 *Bannum vbi non adeſt, nihil exigi poteſt ratione contemptus, vel iniuria.*

14 *Fidæ ſolutio fit iuxta loci conſuetudinem.*

15 *Barones ſoliti exigere certam taxam pro fida ſingulis annis per decennium, illam augere non poſſunt.*

## DECISIO VIII.

ILluſt. Princeps Aeyæ Baro Apicis egit in S.C. pro arcendis Ciuibus Caſalis Montiſmali à pabulandis animalibus, aqua haurienda, & lignis incidendis in ſuo feudo Thinchiani, Vniuerſitas verò Montiſmali ſe tueri conabatur
1 allegata poſſeſſione: nam licet is, contra quem agitur interdicto vnde vi, vel vti poſſidetis, habeat præſumptionem iuris contra ſe, non eſt expellendus à poſſeſſione ex dictis per Innoc. *in cap. cum veniſſent de reſt. in int. num. 6.* per hæc verba, *Sed ſi agatur interdicto vnde vi, vel vti poſſidetis, tunc ſufficit ſola poſſeſſio ſine bona fide,* & Abb. *in cap. 1. col. 11 vt lit. pend.* dicit nota ex tex. *quod lite pendente ſuper validitate priuilegij, vel an fuerit priuilegium conceſſum, vel ne, priuari quis non debet, vel interdici vſus poſſeſſionis, vel quaſi, etiam ſi illa poſſeſſio ſit contra ius,* & hoc vltimum ſecundum eum eſt notabile, Capyc. *dec. 189 num 5. & 8.* Ann. *alleg. 84. num. 5.* Fuluius Lanat. *in addit. ad repet. feud.* Regentis Lanarij § *ſi quis per triginta ſi de feud. def. conten. num. 70. 80. & 87.* Couarr. *var. cap. 17. num. 11. in fin. verſ. ſed & quoties.*
2 Itidem ſi totus ager itineri actu ſeruiat, Dominus in eo facere prohibetur quicquid ſeruitutem impediens *l. certo generi § 1. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & l. loci § ſi quis mihi ff ſi ſeru. vindic.* Et poteſt quis cogi ad vendendum ſeruitutem fauore Monaſterij, Anton. Padil. *in l. altius n. 19. C. de ſeru. & aq.* D. Rouit. *dec. 95.* & D. Vincent. de Franch. *deciſ. 225. n. 4.* Ant. Gumes *in l. Tauri 46. num. 9.*

Ex aduerſo pro Domino Thinchiani perpenditur in facto deficere Vniuerſitati Montiſmali plenam probationem ſimpliciter paſcendi, abſque ſolutione fidæ, imò fidam fuiſſe ſolutam per plura documenta oſtendebat, & ſtatur probationi Baronis habentis præſumptionem pro ſe, licet conſuetudo inducta ſit, Vniuerſitatem ſumere paſcua in territorio abſque ſolutione fidæ, Proſ. 3
per Rendell. *de paſcuis Baron. cap. 10. verſ. quid ſi pro Vniuerſitate;* probatur, quod Baro habeat præſumptionem pro ſe; nam quilibet habens territorium limitatum, poteſt de iure communi infra metas eiuſdem exercere in qualibet parte ius quod in toto vniuerſali exercet Ioan. Faber *in l. prima C. de ſumm. Trin. & fid. Cathol.* 4
*verſ ſed tu potes dicere,* item reſpectu libertatis ab omni onere liber cenſatur *cap. 1. de præſumpt.* & habens probationem affirmatiuam, vt in caſu iſto, eſſe ſcilicet, ſolutam fidam, præfertur habenti probationem negatiuam, quod non fit ſoluta argum. gloſſ. *ſing. d. cap. 1. verſ. memoria,* 5
Specul. *de prob. § 1. verſ. vltimò quæritur à num. 20.* habet quoque Baro fundatam intentionem ex clauſula inueſtituræ, in qua mentio fit de fida.

Inſuper dupliciter ius haberi poteſt paſcendi 6
in territorio alterius, vel iure communionis, vel iure ſeruitutis, primo caſu requiritur aſſenſus Regis, ſecundo caſu tempus immemorabile, Vrſili. ad Affl. *dec. 290. num. 8.* Capiblanc. *tom. 2. in prag. 11. de Baron. cap. 76. num. 9 verſ. eadem oppoſitio, & controuerſia fuit,* Ioan. Koppen *quæſt. 13. & 57.* qui ait, quod prætendens ſeruitutem probare debet, neutrum ex his Vniuerſitas Montiſmali probauit, ergo, &c.

Demum quia extero ſolito affidare non eſt 7
deneganda fida, niſi quando non ſufficeret territorium pro Ciuibus Andreas *in Conſt. cum per partes Apuliæ,* quem ſequitur Affl. ibidem *6. not. & dec. 290. 2. dub.* & Vinc. de Franch. *deciſ. 301. num. 4 verſ. comparuit idem Scipio.*

Ideò per S.C. die 27. Februarij 1640. me referente, interuenientibus Præſide S. C. Iordano Vrſino, Conſiliariis Varga Matcheſio Soria, Arias de Meſa, & Aquino, fuit dictum, quod manuteneatur Baro Apicis in poſſeſſione prohibendi hominibus Montiſmali, nè pernoctent, paſcant, & ligna incidant in feudo Thenchiani non ſoluta fida, verùm Vniuerſitas Montiſmali manuteneatur in poſſeſſione vſus in eodem feudo fluminis, fontis & viæ publicæ.

Prolata hac ſententia reperta fuerunt quædam animalia hominum Montiſmali depaſcentia in dicto territorio Thinchiani, idcirco Baro Apicis prætendebat ab ipſis exigere fidam, & diffidam, fundans ſe *in deciſ.* Capyc. 45. n. 4.

Prò articuli dilucidatione: Primò diſſerendum puto, quid ſit hæc diffida, deinde in quibus caſibus, & an præcipuè in caſu iſto applicari liceat.

Ponderanda itaque eſt Regni *Conſt. Cum per partes Apuliæ,* in qua Rex Guglielmus I. ſtatuit, 8
vt animalia de vna contrata ad aliam facientia tranſitum inuenta in terra alicuius ſumentia paſcua per vnum diem, vel noctem, & non vltra libera tranſeant ſinè aliqua datione, vel ſolutione,

ne. Secundò, ſi animalia alicuius de vna contrata per vnam diſtam, vel duas inuenta fuerint, vt ſupra, ſiquidem in laboribus, vel fructibus damnum intulerint, Domini animalium damnum emendent, & in nullo alio teneantur, ſiquidem non damnum facientis, ſed ſolùm paſcua ſumentia ſi voluerint affidare, affident pro pretio, quo inter eoſdem poterit conueniri, ſi verò affidare noluerint, recipient ab eis affidaturam, vt alij conuicini receperint ad rationem totius anni de tot diebus, quos iurauerint cuſtodes eorum, & nihil aliud, & hoc ſi cum paſtore fuerint inuenta, ſi verò ſine paſtore, recepto ſacramento à Domino, vel paſtore, quod ipſa non duxerit, nec de eorum ſcientia ducta, & non vltra dictos dies paſcua ſumpſerint, liberè permittant abire.

Tertiò, ſi vltra decem dies paſcua ſumpſerint habita ratione ad annum recipiant affidaturam pro rata temporis.

Quartò, ſi vicinus mittat animalia in terra conuicini poſt denunciationem, ſi non abſtineat, ſoluat ſimiles affidaturas.

Ex prænarratis colligitur in nullo ex caſibus loqui de diffida, nec de illa aliquid libatur *in Cap. Regis Caroli Primi* ſecundum ordinem Campagn. 84. vnde idem Afflict. *maximus l. P. in d. Conſt. per partes Apuliæ 7. not. num. 13. verſ. & neſcio*, ait, ſe neſcire, vbi ſit fundata iſta diffida, quæ ſic vulgariter dicitur in toto Regno.

9 Re tamen ſanius perpenſa ſua erit ſuſtinere hanc diffidam nil aliud in ſe continere, niſi pœnam impoſitam in territoriis bannitis, de qua loquitur *Prag.* incip. *Statuimus in tit. de off. Baiuli*, in qua eſt prouiſum, quod bannitis territoriis poſſit exequi pro pœna contra repertos paſculare in territorio cum animalibus, vel eius animalia abſque eo ſatisfacto prius damnum paſſo, quæ pœna non excedat quantitatem ſortis petitam vſque ad quantitatem Auguſtalis, etiam ſi quantitas petita excederet Auguſtalem; licet enim Baronibus edere banna, nè ſubditi cum animalibus paſcua ſumant in territorio ſuo
10 Marin. Frecc. *in 46. auth. Baron.* cum reliquis adductis per Nouar. *in tract. de granam. Baron. tom. 1. granam.* 42. imò Dominus feudi poteſt ſtatuere, nè quis vltra certum numerum ouium, & aliorum animalium depaſcat territorium, ne ſolus deuaſtet paſturam, quæ debet ſingulorum commoditati deſeruire, & iſtud ſtatutum ligat non ſolum vaſſallos, ſed exteros ius habentes paſcendi, Auend. *de exeq. mand. part. prima c. 13. num.* 100. & an hæc ſtatuta ligent clericos idem *loc. cit. n.* 7. Redeundo igitur ad aſſumptum, nempè quòd diffida idem ſit cum pœna, id videtur ſentire Marin. Frecc. *d. auth. Baron. 46. num. 3. verſ. hodie pro modo fida*, dum dicit, quod pro
11 pœna fidæ & diffidæ pœna exigi conſueuit in Regno, idem Afflict. *in d. Conſtit. num.* 13 per hæc verba, *& pondera iſtam Conſtitutionem, quia non vult iſta Conſtitutio, quod poſſit exigi diffida à non affidatis in aliquo caſu, ſed quod tãtum poſſit exigi fida, quam recipiunt alij vicini pro reſta temporis vnius anni, niſi quando fuiſſet facta prohibitio, vel bannum ſub pœna moderata, tunc exigetur pœna à non affidatis.* Monac. *add. ad dec.* Minad. 32. *num.* 28 Rendell. *de Regiis paſc. c.* 17. notat. Afflict. qui loc. ſup. cit. dixit, neſcire, vbi ſit fundata iſta diffida *verſ. dicimus enim* affirmat, enucleato priùs diffidæ ſignificatu, illam fundari in banno, Nouar. *ſup. cit. granam.* 42. *num.* 2. ait pœnam banni importare fidam, & diffidam, quæ erit medietas fidæ Ann. *ſing.* 138. diſtinguit, quod aut territoria ſunt bannita, aut non, ſi ſunt bannita, tenentur ad pœnam ratione contemptus vltra damnum, aut non ſunt bannita, & non debetur pœna, ſed tantum damnum, & ita teſtatur fuiſſe deciſum Afflict. *deciſ.* 290. *n.* 1. *verſ. dicit ille Baro*, apertè dixit, quod diffida habuit originem à prohibitione facta per bannum M. C. Denique ſaluando *deciſ. præcit.* Capyc. qui loquitur de diffida dico, non malè ſenſiſſe eos, qui dixere ibi territorium eſſe bannitum, dum *in num.* 5. commemoratur *pragm. de off. Baiul.*

Et ex his cùm territorium Thinchiani non ſit bannitum, non erit locus diffidæ; ſed iuxta Conſt. *per partes Apuliæ* ſoluenda erit fida pro rata temporis, prout ſolitus eſt Dominus affidare, prout in ſimili fuit deciſum per S. C. teſte Afflict. *dec. ſup. cit.* 290. *num.* 5.

In territoriis verò non ſolitis affidari ad pabulandum, ſed cultis, & ſeminatis non ſoluitur fida, ſed damnum, & ſi ſint bannita vnà cum damno pœna, Ann. *ſing. ſup. cit.* 138. & quando, & quanta pœna ſit ſoluenda, & qualiter æſtimandum ſit damnum, plenè omnes DD. recenſendo tradit Nouar. *præcit. tom. 1. granam.* 44. 12

Nec prætermittendum, quoties non adeſt bannum, nihil exigi licere ratione contemptus, vel iniuriæ, quæ non conſideratur niſi data prohibitione, Abb. *in cap. dilecti num. 13. & 14. de arbitr.* Rendell. *d. cap. 17. verſ. exigitur autem pœna*, gloſ. *in Conſt. poſt mundi machinam verbo contempſerunt.* 13

Solutio demum fidæ, ſiue à Ciuibus, ſiue ab exteris iuxta locorum diuerſitatem diuerſimodè ſit, vt teſtantur DD. duas enim oues, vel capras in ſingula centena ſolui Baroni Ayetæ refert Præſ. de Franch. *deciſ.* 128. cellas quinque pro vnoquoque ſiue Ann. *alleg.* 84. cum autem certam taxam vniuerſaliter non habeat, ſeruanda eſt loci conſuetudo, nec ea innouari poteſt, ita vt ſi per annos decem certum pretium Barones exigere conſueuerunt, augeri dictum pretium non liceat, Nouar. *cit. tom. 1. granam.* 41. Rendell. *tract. de Baron. paſcuis verſ. ſolutio autem*, qui ſe fundat *in l. Domini prædiorum C. de agric. & cenſit. lib.* 11 14 15

## ARGVMENTVM.

*An inquilino denunciatio ſit facienda à nouo conductore, tribus menſibus ante diem tranſmigrationis?*

### SVMMARIVM.

1 *Neapoli non obſeruatur fieri denunciationem inquilino à Domino, vel à nouo conductore.*

2 *Nouus conductor poteſt expellere inquilinum eodem tempore, quo intendit accedere, nulla facta requiſitione.*

3 *Antiquus inquilinus non admittitur ad probandum reconductionem contra nouum conductorem, niſi per ſcripturas, & inſtrumenta.*

4 *Anti*

4 *Antiquus conductor præfertur nouo conductori in prædiis fiſcalibus.*

## DECISIO IX.

MAgnificus D. Fabritius Tomaſinus conduxit domum in ſuburbio Ciuitatis Neapol. dicto *à Chiaia*, in qua habitabat Magnificus Franciſcus Cantelmus, adueniente menſe Maij denunciauit dicto inquilino, quod in die 4. eiuſdem menſis vacuam domum relinquat.

Duo replicauit de reconductione, & non teneri, quia per tres menſes antea non fuit denunciatum iuxta obſeruantiam Ciuitatis Neap. de qua teſtatur Addition. *ad Conſuetud. Sed ſi fundum de local. & conduct.* quæ incipit, *ratio eſt*, dicens Neapol. communiter obſeruari, vt in domibus vrbanis fiant requiſitiones in menſe Maij, adeò quod videretur in aliqua culpa, qui ſecus ageret, & hoc attento eo tempore, quo locationes incipiebant de menſe Auguſti, quæ hodie, quia incipiunt in menſe Maij, requiſitio eſſet facienda in menſe Febr.

Per Dominum, & nouum conductorem fuit productum nouum inſtrumentum locationis
1 ſtipulatum in menſe Februarij, & denunciandi negabatur obſeruantia, quam non eſſe veram refert Vrſill. *ad dec.* Afflict. 365. *num.* 12. cum in vrbanis nouus conductor poſſit expellere
2 conductorem eodem tempore, quo intendit accedere abſque alia præcedente requiſitione Ant. Capyc. *ad d. Conſuetudinem. Sed ſi fundum*, in cip. *Fuit iudicatum in Sac. Conſ. in fin.*

Nec poteſt antiquus inquilinus moleſtare
3 nouum ſub pretextu reductionis, niſi ſpecialiter per ſcripturam fuerit inita, *l. ne cui C. locati*, & *l. item quæritur* §. *qui impleto in fin. ff. locati*, Afſl. *deciſ.* 238. & per Præſid. de Franch. *deciſ.*
4 278. ſed tantum in prædiis fiſcalibus præfertur per tex. *in l. congruit C. de loc. præd. fiſc. lib.* 11. fundat & deciſum refert Præſ. de Franch. *deciſ.* 406. & ita ſub die 1. Maij 1640. fuit iudicatum pro nouo conductore ad relationem M.C.

## ARGVMENTVM.

*Articuli remiſſionis ad Iudicem Eccleſiaſticum petita per vaſſallum Baronis inquiſitum vti clericum in M. C. carceratum an ad eandem M. Curiam, vel ad Baronem ſpectet cognitio. Et in tali iudicio Baro prætendens vaſſallum inquiſitum vti laicum ad ipſum remittendum eſſe, an & quomodo audiendus ſit.*

## SVMMARIVM.

1 *Articulum remiſſionis ad Iudicem Eccleſiaſticum petita per vaſſallum Baronis inquiſitum vti clericum in M. C. Carceratum ad eandem M.C. & non ad Baronem ſpectare, deciſum fertur.*

2 *Audientia non eſt deneganda tertio comparenti ad coadiuuandum iura alterius.*

3 *Iudicium remiſſionis petita ad Iudicem Eccleſiaſticum per clericum inquiſitum ſummarium dicitur ad Iudicis inſtructionem.*

4 *Et quepropter Baronem contendentem, vaſſallum vti laicum ad ipſum remitti debere in termino ſuper remiſſione ad Iudicem Eccleſiaſticum petita per vaſſallum clericum dato per M. C. audiendum non eſſe; ſed tantum Iudicem inſtruere, fiſcumque coadiuuare, teſtes & ſcripturas producere abſque nominatione, & ordine Iudicis poſſe deciditur.*

5 *Cognitio incompetentiæ ſpectat ad Iudicem cauſa principalis.*

6 *Iudex laicus ſuper incidenti non poterit cognoſcere contra clericum, ſed tantum virtute ritus pronunciare ſuper competentia.*

7 *In Gallia iudicatum fuit, cognitionem an benè, vel malè fuerit captus clericus ſpectare ad parlamentum.*

## DECISIO X.

VAſſallus Caſtri Abbatis Ill. Principis Roccæ inquiſitus de vulneribus carceratus in 1
M. C. petiit ſe remitti ad Curiam Eccleſiaſticam vti clericum, Baro prætendit per eius Curiam articulum remiſſionis eſſe iudicandum, cenſuit M.C. & Sacrum Conſilium non eſſe locum petitioni Baronis.

Cumque eſſet datus per M. C. terminus ſuper remiſſione, inſtitit Baro, eſſe audiendum, nominauit teſtes in Terra Roccæ, ex eo quod articulus hic eſt ciuilis, & ſua intereſt, habere 2
vaſſallum laicum: comparet enim ad coadiuuandum iura fiſci, & non eſt deneganda audientia iuxta ea, quæ dicemus infra *cap.* 97. de tertio comparente.

Replicabatur pro parte inquiſiti, in iudicio 3
hoc ſummario ad iudicis inſtructionem *iuxt. rit.* 235. non eſſe audiendum tertium, ſicut in cæteris iudiciis, in quibus Iudex laicus erit incompetens: poterit enim Baro Iudicem inſtruere, fiſcum coadiuuare, producendo teſtes, & 4
ſcripturas abſque nominatione, & ordine iudicij; & ita fuit per Sacrum Conſilium bis iudicatum in cauſa illuſtr. Principis Roccæ petentis remiſſionem Petri Trapeni inquiſiti de vulneribus, & reſiſtentia. Et tandem ſub die 21. Aprilis 1622. iunctis aulis ad relationem M. C. & oretenus Iudici mandatum, quod recipiat teſtes, qui producuntur per Baronem.

Quoad prætenſam remiſſionem petitam per Baronem articuli incompetentiæ ratione clericatus, de quo ſupra *nu.* 1. iterum de anno 1636. fuit diſcuſſus: nam quidam Didacus Molpheſius de Terra Sancti Arcangeli, cum eſſet inquiſitus de pluribus, & carceratus per Curiam Sancti Arcangeli, Vicarius Angloni prætendens, eſſe clericum coniugatum, Auditorem Status, & capientes in cenſuras incidiſſe declarauit, eò quod cum violentia armata manu cum effuſione ſanguinis carceribus mancipauerunt clericum notorium coniugatum, & quia carceratus in debita, & violenta carceratione, & extractione à proprio domicilio conqueſtus fuit coram Excellentiſſ. D. Prorege, is mandauit, quod ſuper grauamine, & competentia de iuſtitia prouideret M C. prò cuius decreti executione fuit datus per Magnam Curiam terminus ſuper petita remiſſione, relata cauſa in

S.C.

5 S. C. ad inſtantiam Principiſſæ Oſtiliani, dicebatur pro parte dictæ Principiſſæ ad ſuam Curiam ſpectare cognitionem clericatus; quia incidenter articulus venit examinandus, & coram Iudice cauſæ principalis quæſtionem facti eſſe decidendam iux. text. *in l. qui ex aliena ff. de iudicijs*, pro quo faciunt dicta ſupra *cap.* 7. Carceratus inſtabat pro confirmatione decreti M. C. & ante omnia eſſe pronunciandum ſuper remiſſione ad Iudicem Eccleſiaſticum per M. C. in qua fuit oppoſita exceptio declinatoria iudicij, qua pendente nil eſt nouandum *cap.* 1. *nil nouar.* nam ſuppoſito clericatu Iudex ſæcularis nullam habet pote-
6 ſtatem, nec in his, quæ incidenter veniunt contra perſonam clerici per text. *in cap. ſi Iudex laicus de ſent. excommun. in* 6. poterit tamen incidenter cognoſcere, an ipſe ſit Iudex iuxta *rit. M.C.* 235. at pronuntiando ſuper remiſſione ad Baronem, eſſet de grauamine cognoſcere, & iudicare de perſona clerici, & ſic de re Eccleſiaſtica, & ſpirituali, & ideò dicit Dom. *in d. cap. ſi Iudex laicus*, quod Iudex ſæcularis non eſt Iudex etiam incidenter per viam exceptionis, not. Abb. poſt gloſ. *in cap. etiam de ord. cognit. in cap. later, qui filij ſint legitimi*, & idem Abb. *in cap. ſi diligenti col. pen. de for. comp.* vbi concludit, quod ſæcularis Iudex nullo modo poteſt eſſe Iudex contra clericum, nec principaliter, nec incidenter.

7 Et dato, quod Iudex laicus poſſit, an benè, vel malè fuerit captus, cognoſcere, vt obſeruatur Galliæ ex dictis per Lancellott. *in tractat. de attent. lit. pend. limitat.* 23. 2. *part. cap.* 4. *num.* 23. *verſ. quartò limita*, cuius verba ſunt, *Quartò limita, vt non procedat in caſu, quem ponit* Ioann. Gallus *in deciſ. parlamenti Pariſienſ.* 354. *incip. per arreſtum ad finem, quando fuit clericus occaſione alicuius criminis per Iudicem ſæcularem carceratus, & ille ab huiuſmodi carceratione appellauerit ad parlamentum, ſi enim Iudex Eccleſiaſticus petat cauſam criminalem ad eum remitti, articulus tamen iſte, an fuerit benè, vel malè captus, & ſimiliter an benè, vel malè fuerit appellatum, erit in Curia ſæculari cognoſcendus, & in ead. part. cap.* 12. *ampl.* 4. *in fin. num.* 33. *verſ. illud autem.* Adhuc non erit remittendus ad Baronem, non diſcuſſo grauamine, ſed M. C. erit cognitio, ad quam erat remiſſa cauſa per Collaterale Conſilium ad prouidendum ſuper indebita carceratione, & vexatione. Cenſuerunt duo ex quatuor Dominis Conſiliariis, eſſe remittendum articulum ad Curiam Baronis, alij duo M. C. V. decretum approbauerunt; ad dirimendam paritatem acceſſit tertius, & pro Barone ſententiam dixit, reclamauit carceratus, & in iudicio reclamationis confirmatum fuit decretum M. C. ſub die 21. Iulij 1636.

## ARGVMENTVM.

*Pendente articulo in Rota Romana, ſi ſubreptitiè, vel obreptitiè fuit conceſſa alicui facultas de Religione ad alteram ingrediendi, in qua bona licet retinere, an poſſit procedi in lite bonorum per Iudicem ſæcularem, vel expectanda ſit deciſio Iudicis Eccleſiaſtici?*

## SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus pendente articulo in Curia Romana ſubreptionis conceſſionis alicui factæ à S. P. facultatis de Religione incapaci etiam in communi ad alteram ingrediendi, in qua bona retinere licet, an litem ſuper reſtitutione bonorum intentatam terminare poſſit, vel in ea ſuperſedere, & Iudicis Eccleſiaſtici deciſionem expectare debeat, & num.* 5.

2 *Iudex Eccleſiaſticus an Iudici laico inhibere poſſit, nè procedat ſuper cauſa incidente in eam, quam ipſe cognoſcit, & quid obſeruetur in Regno.*

3 *Iudex laicus de quæſtione ſpirituali, quæ incidenter incidit, ſi in iure conſiſtat, cognoſcere nequit; ſed illius notio ad Iudicem ſpectat Eccleſiaſticum.*

4 *Secùs verò ſi in facto conſiſtat, quia tunc laicus cognoſcit, niſi Eccleſiaſticus Iudex illius quæſtionis cognitionem aſſumat, & Iudici laico inhibeat, ne in cauſa etiam incidenter procedat, quam is nondum capit tractare; tunc enim ipſe Eccleſiaſticus eandem incidentem cauſam expedit.*

## DECISIO XI.

Svmmus Pontifex cuidam Petro Baptiſtæ Grimaldo, vt ad Hieroſolymitanam Religionem (in qua bona licet retinere) ſe transferret ab ordine Fratrum minorum Sancti Franciſci incapaci, etiam in communi, Cappucinorum nuncupatorum, cuius habitum per decimum tertium ferè annum fortiter ſuſtulerat Pontificia diſpenſatione certis de cauſis ſuæ Beatitudini notis egredi permiſit. Mota poſtmodum lite ſuper recuperatione bonorum, poſſeſſores recurſum habuerunt ad ipſum Pontificem, aſſerentes, ſubreptitiè, & obreptitiè impetratam fuiſſe diſpenſationem, conditionesque in ea appoſitas non fuiſſe ſeruatas; & delegata cauſa in Rota Romana, circa præiudicium conceſſionis, fuit per eandem Rotam inhibitum actori, quod, donec non fuerit prouiſum ſuper validitate conceſſionis, ſuperſedeat in agendo coram Iudice laico. 1

Prætendebant conuenti, quod & ſi non fuerit Iudici inhibitum, non poterat ex iuris diſpoſitione Iudex laicus litem ſuper reſtitutione bonorum terminare, pendente articulo ſubreptionis in Curia Romana per text. *in cap. tuam de ord. cogn. & cap. lator, qui filij ſint leg.* vnde ſi quæſtio bonorum principaliter mota ſit, & in ea incidat quæſtio, cuius cognitio 2

ſpectat

ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſuperſedendum eſt in cauſa bonorum, Barboſ. *in l. Titia num.* 21. *verſ. & donec ea cauſa finiatur ff. ſol. matr.* Gamm. *deciſ. Luſit.* 194. *verſ. & patienter expectare, & in deciſ.* 207. *num.* 5. *verſ. cum igitur*, Maria *in tract. de iuriſdict. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 10. *& ſeq. verſ. ergo dum Eccleſiaſticas*, & ita deciſum per S. C. refert Capyc. *deciſ.* 7. *in fin.* Dom. de Franch. *deciſ.* 512. *& deciſ.* 551. vbi latiſſimè de modo procedendi, quando quæ-
3 ſtio ſpiritualis venit examinanda. Quotieſcunque enim ſpiritualis quæſtio ſuboritur incidenter, ſi controuerſia in iure conſiſtat, Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit Bart. *in l. omni nouatione C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l.* 3. *&* 4 *ff. de iuriſd. omn. iud.* & communiter DD. *in d. l. Titia*, Couarr. *in epitome de ſponſalib.* 2. *part. cap.* 8. §. 12. *num.* 1. Facchin. *lib.* 1. *controu. cap.* 44. Gamm. *d. deciſ. Luſit.* 194 Gutierrez *pract. quæſt. lib.* 3. *&* 4. *quæſt* 26. *num* 3 & ſi in facto conſiſtat, cognoſcit Iudex laicus Bar. *in l. quoties ff. de iud. & in d. l. Titia*, Couar. *precit. loco*, *licet* Facchin. *d. lib.* 1. *controu. cap.* 44. fundet contrarium, Oſaſc. *deciſ.* 137. *num.* 11. qui teſtatur de communi, relatis pro vtraque opinione Doctoribus, & iuribus, tenens etiam ſi articulus ſit facti, ad Iudicem Eccleſiaſticum notionem ſpectare, ſed prima opinio communiter in praxi recepta eſt, & obſeruatur, & ad vtrumque Iudicem ſpectat
4 Gutierrez *d. quæſt.* 26 *num.* 2. niſi is, cuius intereſt, ad Eccleſiaſticum Iudicem acceſſerit, ab eoque petierit, vt illius quæſtionis cognitionem aſſumat, atque Iudici laico inhibeat, ne in cauſa etiam incidente procedat; tunc enim ſi Iudex ſæcularis nondum cæpit id negotium tractare, Iudex Eccleſiaſticus, citatis his, quos id tangit, eandem incidentem cauſam expediet, ita notauit Girard. *ſing.* 96. Couarr. *precit. loc.* & Iudex Eccleſiaſticus poteſt inhibere Iudici laico, ne procedat ſuper cauſa pendente ex ea, quam ipſe cognoſcit Abb. *in d. cap. tuam num.* 5. *&* 11. Nihilominus in Collaterali Conſilio ſex ex vndecim Iudicantibus cenſuerunt, quod ſit procedendum ad vlteriora in cauſa, non obſtante pendentia litis in Curia Romana, ea moti ratione: quia Summus Pontifex expreſſit, nullum præiudicium inferri velle conceſſioni iam factæ, & ſic capax remanet, & pro capace habetur, donec aliter fuerit per Curiam Romanam prouiſum, quo caſu cautum erit per ſatiſdationem. Iudices, qui interuenerunt, fuerunt D. Præſes S. R. C. Dom. Reg. Vrſinus, Dom. Regens Valenzuela, D. Felix de Ianuario Commiſſ. D. Lopez, D. Saluus, D. Patignus, D. S. Iacobus, D. Vargas, D. Brancia, & Ego, ſed ſub die 14. Decembris eiuſdem anni... in reclamatione iudicatum fuit, eſſe ſuperſedendum, donec fuerit cauſa deciſa in Curia Romana abſentibus DD. Saluo ob infirmitatem, & Brancia in Ciuitate Lycij.

## ARGVMENTVM.

*Clerico in Regno an liceat patrocinari, & an licentia ſibi conceſſa patrocinandi nulla facta mentione Regia Pragmatica hoc vetantis ſit valida.*

### SVMMARIVM.

1 *Clerici in ſæcularibus cauſis, & ſæculari foro patrocinari non poſſunt, exceptis cauſis Eccleſiarum, & miſerabilium perſonarum.*
2 *Princeps reſcribendo contra legem, vel ſtatutum an expreſsè apponere debeat clauſulam, non obſtante tali lege, vel ſtatuto in contrarium, remiſſiuè.*
3 *Princeps reſcribendo contra leges, vel ſtatuta in Curia, vel in Conſilio condita, non facta de illis expreſſa mentione, non tollit diſpoſitionem, & conſequenter reſcriptum non valet.*
4 Text. in l. quidam conſulebant ff. de re iud. & l. idem Vlpianus in fin. ff. de excuſ. tutor. *in præſenti articulo expenduntur.*

## DECISIO XII.

PEr Regiam Pragmaticam editam ſub die 1
vltimo Nouembris 1598. confirmantem aliam Regis Ferdinandi Primi prohibitum eſt omnino præſtari patrocinia per clericos in ſæcularibus cauſis, & iudiciis, præterquam in cauſis ſuis propriis, conſanguineorum, vel affinium, Eccleſiarum, & miſerabilium perſonarum, itavt tunc ſine pretio valeant patrocinari *Pragm.* 2. *de poſtulando* commentata per Regentem Rouitum *in pragm.* 21. *de off. Sac. Conſ.* quod idem diſpoſitum erat *in cap.* 1. *& tot. tit. extra de poſtul. &* 88. *diſtinct. per totam.*

Quidam clericus obtinuit à Summo Pontifice facultatem patrocinandi, & producto reſcripto ad impetrandum Regium exequatur, Regius Cappellanus maior conſilium in ſcriptis dedit Domino Proregi per hæc verba, *Sono de voto, che V. E. può reſtar ſeruita di concedere Regio exequatur all'hora, quando da V. E. ottenerà licenza, o diſpenſa d'auuocare in queſti Regij Tribunali, non obſtanti le Conſtitutioni, o Prammatiche di queſto Regno, o non altramente*, virtute cuius conſultationis fuit ſequutum decretum, exequatur ſeruata forma relationis die 6. Maij 1635.

Ex hoc clericus dicit eſſe conceſſam licentiam, & diſpenſatum Regiæ Pragmaticæ iuxta tenorem reſcripti, ponderando text. *in l. quidam conſulebant ff. de re iud. ibi fin. Princeps enim qui magiſtratum ei dedit, omnia agere decreuit*, & ibi Imol. facit etiam *l. idem Vlpianus in fin. ff de excuſ. tutor.*

Pro negatiua eſt text. *in l. fin. C ſi contra iur, vel vtilitatem publicam*, ibi, *nullam ſacram annotationem, quæ generali iuri, vel authoritati publicæ aduerſa eſſe videatur, in diſceptatione cuiuſlibet* 2

*litigij patiantur preferri, ſed generales ſacras Conſtitutiones modis omnibus non dubitent obſeruandas*, per quem text. dubitatum fuit inter DD. an requiratur expreſſa nominatio, non obſtante tali lege, vel ſufficiat dicere, non obſtante aliqua lege in contrarium, de qua quæſtione habes multa per Bart. *in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ.* & per Bald. *in l. humanum num. 4. verſ. hic aduerte C. de legib.* & per Vital. *in tractat. de clauſul. in ver. clauſula generalis non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis.* Et Princeps non videtur facere diſpenſationem, vel abrogationem legum, quando contra leges contrahit, fundat copioſè Ioann. Baptiſta Larrea *alleg. fiſcal. allegat. 4.* vbi *in fine*, quod quoties in lege eſt decretum irritans factum, illud decretum ligat etiam Principem, & per contrariam diſpoſitionem (niſi expreſſa ſit derogatio) tali decreto derogatum noo cenſetur, vt probat text. *in c. pen. de preb. in 6.* & ibi notat Lopus, & Geminian. *num. 10.* & idem tenuit Pariſ. *lib. 4. conſ. 37. num. 2.* ſequitur Anton. Gabr. *commun. opin. lib. 6. in tit. de clauſ. clauſ. 3. n. 74.* & ex decreto irritante neceſſariam eſſe expreſſam, & ſpecialem derogationem probauit Barboſ. *de clauſ. clauſ. 82. num 6. & 13.*

3 Hinc ait Pet. Bellog. *in ſpecul. Princ. rub. 2. de inuent. Cur. & Princip. poteſt. in leg. condend. num. 5.* quod ſi contra tales leges in Curia, vel in Conſilio factas Princeps reſcribat, niſi de illis expreſſam mentionem faciat in reſcripto, noo valeat reſcriptum, nec tollat legis diſpoſitiooem, cum igitur io decreto, quod exequatur, nulla ſit expreſſa diſpenſatio ad Reg. Pragmat. prout de iure requirebatur, & in conſultatione ita dictum, ergo remanet prohibitio, & exequutio reſcripti Summi Pontificis quoad concernentia iuriſdictionem Apoſtolicæ Sedis conceſſa cenſetur, arg. text. *in l. Caius ff. de pign. action.* Affl. *in proœm. Conſt. Poſt mundi machinam ù num. 5.*

4 Non obſtat text. *in d. l. quidam conſulebant*, ibi, *propter vtilitatem publicam tolerantur, ne ſub Principe decipiantur*, qood conſiderauit Pet. Bellug. *in ſpec. Princip. de effect. Imperij rubr. 23. ſub num. 14. in verb. ſed pene tanquam factum, quamuis fieri non debebat de iure ſtricto*, glo. *in l. Barbarius ff. de off. Præſ.* per quam l. idem ſtatotom eſt.

Nec obſtat text. *in l. idem Vlpianus in fin ff. de excuſ. tutor.* ibi ratione abſcontiæ erat impeditus, & ſic conceſſio tranſmigrandi reſcripto Imperatoris, quæ non eſt à lege improbata, impediebat tutelæ exercitium.

Ex his per S. C. ſub die 3. Iulij 1640. fuit decretom, quod adeant Collat. Conſilium pro explicatione Regij exequatur ſuper diſpenſatione, & licentia patrocinandi in Regiis Tribunalibus, & interim ſuperſedeatur in diſcuſſione nullitatum, in banca Zoxij pro Cantone.

## ARGVMENTVM.

*Clericus quando dimiſſo habitu, & tonſura amittat priuilegium fori. Et quid in clerico coniugato, & quid quando ſe immiſcet ſuuis, & enormibus, & quando dicatur enormib. & ſanis ſe immiſcuiſſe, & quid in crimine læſæ Maieſtatis.*

## SVMMARIVM.

1 *Clericos coniugatos tonſuram, ac veſtes clericales deferentes fori priuilegio gaudere affirmatur.*

2 *Eas minimè deferentibus denegatur.*

3 *Nec monitionem aliam neceſſariam eſſe ex communi DD. ſententia notatur.*

4 *Statim, ac clericus coniugatus tonſuram, & veſtem clericalem dimiſit, exutus cenſetur omni priuilegio, ita vt eo vti nequaquam poſſit: ideoque ſi deprehenſus fuerit abſque tonſura, & veſte clericali, vel ſine veſte, ſed cum tonſura, vel cum veſte ſine tonſura clericali non gaudet priuilegio.*

5 *Ad hoc vt clericus coniugatus obtinere poſſit in declinatoria fori, oportet articulare, & probare vnicam, & virginem duxiſſe, & tempore delicti, & capturæ habitum, & tonſuram geſtaſſe.*

6 *Et priuſquam prædictas qualitates probet, ſecularis Iudex eum remittere non tenetur.*

7 *Clericale numque priuilegium clerici coniugati leuius, quàm non coniugati amittunt.*

8 *Clericus in minoribus abſque beneficio tenetur probare ſe continuò habitum & tonſuram detuliſſe iuxta Concil. Trid. decretum, & Conſtitutiones plurimorum Pontificum, atque ſufficit aliquoties detuliſſe, ſed perſeuerantia, & continuatio requiritur, & num. 10.*

9 *Clericus in minoribus dimiſſo habitu per annum, fori priuilegio non gaudet.*

11 *Nec alia requiritur monitio.*

12 *Verum ſi reaſſumpſerit habitum abſque fraude gaudet.*

13 *Clericum, & ſi non coniugatum enormitatibus ſe immiſcentem à Iudice laico poſſe puniri abſque alia monitione ex Conſtitutione Clementis VII. ad inſtantiam Imperatoris, & n. 15.*

14 *Clericos ordine clericali, & habitu relicto in Apoſtaſia tanquam laicos ambulantes, & in crimine deprehenſos per Iudicem ſecularem capi, inquiri, & diſtringi, per Bullam Leonis X. ſtatutum eſt, qua vetat omnibus ordinariis Iudicibus, ne quouis modo directè, vel indirectè Iudices ſeculares in eo impediant ſub pœna ſuſpenſionis.*

16 *Contra clericos inueteratos in aggreſſuris, & tyrannis idem operatur diuturnitas temporis, quod trina monitio.*

17 *Et an, & quando requiratur degradatio.*

18 *Qua*

18 *Qua dicantur enormia delicta.*
19 *Et quid ſi clericus in ſacris conſtitutus inci-dat in crimen leſa Maieſtatis humana, an per Iudicem laicum puniendus ſit.*

## DESICIO XIII.

Michael de Bono carceratus per Regiam Auditrtiam pro receptis,& furtis, con-feſſus,condemnatus fuit pœna vltimi ſupplicij, petiit Epiſcopus remitti vel clericum coniu-gatum, produxit Bulias primæ tonſuræ, & te-ſtes, qui eum viderunt, vti clericum græcum ſeruire in diuinis cum habitu,& tonſura.

Fiſcus per teſtes numero maiores probauit eſſe vxoratum,vt plurimum vel laicum inceſſiſ-ſe enormibus, & ſæuis ſe immiſcuiſſe, diù in iis perſeuerando, & vti laicum deprehenſum, & ſi aliquando habitum, & tonſuram geſſit, id rarò, & pauliſper, & vt plurimum in habitu laicali ſine tonſura viſum fuiſſe, ita quod vti laicus communiter exiſtimabatur, ex quibus probationibus has in iure veras concluſiones adduco,quarum.

1 Prima eſt, clericos coniugatos fori priui-legio gaudere, ſi tonſuram, & veſtes deferant clericales iuxta Bonifacij *Conſtitutionem,& Re-giam pragmaticam primam in ordine ſub titulo de clericis coniugatis*, & decretum fuit per Sa-
2 crum Concilium Trid. *in ſeſſ.23.cap.6.* quod ſi tonſuram, & veſtes non deferant clericales, fori priuilegio non gaudeant Aufr. *de poteſt. ſecul. in Eccl.perſ. in prima regul. tit.1. limit.7.*
3 nec alia requiritur monitio ex communi DD. ſententia,de qua teſtatur Farinac. qui innume-ros affert DD. *in tit. de inquiſitione quæſ.8.n.60.* & eo ipſo, quod clericus coniugatus tonſu-
4 ram,atque habitum dimittit clericalem, cenſe-tur exutos omni priuilegio,ita vt eo vti nequa-quam poſſit,notant DD. *in clem. prima de vita, & honeſtate clericorum.* Archidiac.Ioaunes And. & Dominicus de S. Geminiano *in cap.vnico de cl coniug.in 6.* Natt. *conſ.356. num.6. lib.2.* qui dicit, quod ab hac ſententia nemo diſcrepat, refert Carolus de Graſſis *in tract.de effect. cler. in 1. effect. num.892.* vnde ſi fuerit deprehenſus abſque tonſura, & veſte clericali, non gaudet clericali priuilegio, & ita deciſum refert in il-lo Senatu Guld. Pap. *deciſ. 138. in princ.* idem ſi ſine veſte, ſed cum tonſura, vel cum veſte ſine tonſura idem *præcitato loco verſ. ſed quod,* Barboſ. *in l.Titia ff. ſolut. matrim.num.33.verſ.*
5 *ſecundo principalis concluſio* dicit, quod ſi cle-ricus coniugatus excipiat de clericatu, debet articulare, quod ſit coniugatus cum vnica, & virgine,item quod tempore delicti, & capturæ geſtabat habitum, & tonſuram,quæ concluſio apertè deducitur *ex d. cap.1.de cler. coniug.in 6.*
6 neque ſæcularis hos tenetur remittere, ante-quam probent prædictas qualitates Rota *dec.3. in nouis de ſent. excom.* incip.*ſi clericus coniuga-*
7 *tus fol. mihi 93.* & leuius amittunt priuilegium clericale clerici coniugati, quam non coniu-gati ex dictis per Ioannem Monacum *in citata* Bonifacij *Conſtitutione de cler. coniug. in 6.*

Secunda concluſio; clericalis habitus erit continuo deferendus; dum enim Concilium Tridentinum decreuit, quod clerici fori pri-uilegio non gaudeant, niſi habitum, & ton-ſuram deferant, ſctus eſt ſucceſſiuus, & fre-quentatiuus, ideoque non ſufficit ſemel. & bis deferre, ſed perſeuerantia, & continuatio ipſa requiritur, vt optimè fundat Manoch. *lib. 6.* 8
*præſum.76. num. 38. verſ. requiru plura copula-tiuè concelmm,* Carolus de Graſſis *in d. effectu 1. num. 1183. verſ. ſic pariter eſt dicendum,* & eſt expreſsè prouiſum per plures Conſtitutiones Summorum Pontificum, videlicet Pauli III. & Clementis VII. in quibus cauetur, quod niſi incedant continuè in habitu, & tonſura clerici in minoribus conſtituti, & non beneficiati, ip-ſum fori priuilegium amittant, de quibus te-ſtatur Vrſillus *ad deciſ.* Affl.24. *num.7. verſ. ſe-cus hodie per prouiſiones,* & Menoch. *loc.cit.*vn-de ſi clericus in minoribus conſtitutus habitu, 9
& tonſura dimiſſis deliquit,ſi per annum com-moratus eſt, & vixit cum habitu laicali, fori priuilegio non gaudet ex dictis per Decian. *lib.4.cap.9.n.92.* quem refert,& ſequitur Caro-lus de Tap. *in Conſt. Regni, de perſonis num.24. in quinta limit.* & pluries per S.C.me pro fiſco patrocinante,ita iudicatum fuit,nam vbi poſſi-bile eſt continuò deferre habitum,& tonſuram, non eſt derelinquendus ex dictis per Felinum 10
*in proœmio decret. Rex pacificus num.6. verſ.ſed vbi poſſibile eſſet*; ſi verò non continuè, ſed de rarò ita vt communiter exiſtimetur laicus, non erit remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum, per ea, quæ conſuluit Caſtell. *in conſ.5. num.9.* quem refert, & ſequitur Farinac. *in d. quæſt.8. num.68.*& Ioan.Maria Bellett.*diſquiſ.cler.par.1. §.8. de fauor. cler. perſonal. num.14.* nec alia re- 11
quiritur monitio per dictionem illam, *niſi*, po-ſitam in decreto Concilij Tridentini *in d. cap.6.* prout declaratum fuit per S. Congregatio-nem Cardinalium, de qua meminit Ioan. Ma-ria Bellett. *diſquiſ.cleric.part.1.§.8. de fauor. cle-ric. perſonal. num. 6. verſ. propterea* Concil. Trid.& per Aloyſ. Ricc. *in prax. deciſ.606.n.4. verſ.ſecunda ſit concluſio*: verum ſi ante captu-ram reaſſumpſerit, gaudet priuilegio fori, dum- 12
modo reaſſumptio non fiat cum fraude *cap. ex parte il terzo de priuileg.* Doct.adducti per Bel-lett.*præcit.§ 8.n.12.*

Tertia, clericum, & ſi non coniugatum, & in habitu laicali incedentem, enormitatibus ſe immiſcentem, abſque alia monitione poſſe puniri à Iudice ſæculari probat text. *in cap.1. de Apoſt.* item *in cap. ex parte de priuileg. in cap. perpendimus de ſent. exc.* in quibus iuribus probatur, quod per ſola delicta enormia per-ditur priuilegium clericale, nulla facta men- 13
tione præcedentis monitionis, per quæ iura hoc tenuerunt, glo. Anchar. Mill. Aufr. Caſ-ſan. Archid. Dec. Ioan. Andr. Gemin. Marſil. Boſſ.& Clar relati per Farinac.*in d.q.8.num.54. verſ. contrarium, quod immò nulla prorſus requi-ratur*, vbi hanc opinionem magis communem, & conſuetudine approbatam, & in iudicando eſſe ſequendam aſſeuerat, & innumeros alios affert pro hac opinione Carolus de Graſſis *vbi ſup. num. 889.* Bobadill. Polit. *tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 95.* eandem ſequitur Ricc. *in d. deciſ.608. num. 3.* pro qua opinione affer-tur *Bulla Leonis Decimi*, per quam contra 14
clericos, ordine clericali, & habitu relicto in apoſtaſia tanquam laicos ambulantes, & in crimine deprehenſos, ſtatutum eſt, per Iudicem ſæcularem capi, inquiri, & diſtringi

debeant, ibique vetat omnibus ordinariis Iudicibus, ne quouis modo directè, vel indirectè Iudices ſæculares in eo impediant ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, quæ promulgata fuit anno 1506. quam ad verbum poſuit Caſſan. *in Conſuet. Burgund. tit. de iuſtitia* §.5. *num.*51. de ea meminit quoque Mattheus Boſſius *add.* ad Auſt. *in reg. prima tit.* 1. *de poteſtate ſæculari fall. vigeſima*, nec de monitione memoriam facit, & in clericis in minoribus conſtitutis
25 non erit dubitabile, monitionem nullam neceſſariam eſſe, & non poſſe declinare forum, quod hodie eſt expeditum per Sacr. Conc. Trid. *d. cap.* 6. ad quod illud ponderauerunt dictus Carolus de Graſſis *in d. effect.* 1. *num.*891. *in fine*, & Marta *in tractat. de iuriſdict. part.* 4. *cent.* 2. *caſu* 135. *in fin.* Aloyſ. Ricc. *in d. deciſ.* 606. *num* 4. & maximè in Regno vtriuſque Siciliæ, in quibus ad inſtantiam Imperatoris Caroli Quinti, Summus Pontifex pro bono regimine iuſtitiæ in eius Regnis conceſſit, vt abſque trina monitione, de qua in dictis canonicis ſanctionibus, procedi poſſit contra clericos ſine habitu, & tonſura incedentes, atque ſæuis, & enormitatibus ſe immiſcentes, quæ Conſtitutio fuit emanata per Clem. Pap. VII quam Interpretatus eſt Ioannes Anton. de Nigris Campanus, quæ eſt *ſub tit. de vit. & honeſt. cler. in* 6. & idem *in ead. repet. in verb. monitione num.*458. *verſ. ſecùs ſecundum iſtam extrauag.* dicit, non eſſe neceſſariam in his Regnis virtute iſtius Conſtitutionis monitionem aliquam, quod etiam refert Marta *in d. caſu* 135. *num.*9. & ſi ex prædictis in Regno præcipuè nulla requiritur monitio, attamen dato, & non conceſ-
26 ſo, quod requiratur, non procedit in eo, qui dimiſſo habitu eſt inueteratus in agreſſuris, & tiranniis; quia in iſtis idem operatur diuturnitas temporis, quod trina monitio, ita tenue-
27 runt Anchar. Abb. & Hoſtienſ. relati per Vinc. de Franch. *deciſ.* 463. *num.* 7. Caball. *caſu* 60. *num.*9 referens, eſſe communem opinionem ex authoritate Boſſij, Petr. Fiebard. teſtatur etiam de communi in recollectione communium *opin. loc.* 2. *tit.* 13. *cap.*13. *verſ. clericus non coniugatus il ſecondo.* Et abſque degradatione puniendi ſunt per Iudicem laicum ſecundum opinionem communem, de qua per Couarr. *in c.*32. *pract. quæſt.* refert Farinac. *in d. q.* 8. *num.*57. contrarium tamen tenet Diana *in tractat. de immun. Eccleſ. reſol.* 23. non poſſe clericum à Iudice ſæculari puniri, niſi antea præceſſerit trina monitio, alias à ſuo Iudice Eccleſiaſtico erit puniendus, etiam ſi perpetraſſet quodlibet atrociſſimum delictum, dicens, contrariam ſententiam eſſe exterminandam à Tribunalibus, tradens requiſita in fin. ad hoc, vt poſſit puniri per Iudicem laicum.

Quarta, & poſtrema, quæ ſe ſe offert concluſio, ea eſt, enormia delicta in hac materia om-
28 nia ea dici, per quæ infamiam incurrit delinquens *cap. infames* 3. *quæſt.*7. item furtum Anchar. *in reg. ea, quæ* 112. *quæſt. de reg. iur. in* 6. & inter enormia connumerat Farinac. *in d. q.*8. *num.*69. & quæ alia dicantur enormia, tam de iure ciuili, quàm canonico, habes per Ioann. Mariam Bellet. *in præcit. loco* §.7.*n.*5 qui paulò ſuperiùs *in eod.* §. nonnulla requiſita refert, ad hoc vt clericus ſe enormibus immiſcens, à Iudice ſæculari puniri poſſit.

Quod intellige, ſi in ſacris non ſint conſtituti, ſecùs ſi ſint in ſacris conſtituti: nam priùs requiritur degradatio ſecundum veriorem opinionem, & magis tutam Farinac. *d. quæſt.*8. *num.* 57. *verſ. declara tamen*, Bellett. *in d.* §. 7. *num.* 5. *verſ. quartum*, *vt priùs degradetur.*

Et quid ſi clericus in ſacris conſtitutus inquiratur de crimine læſæ maieſtatis humanæ, an per Iudicem ſæcularem poſſit inquiri, & puniri, vide per Ioan. Franciſcum de Pont. *dec.* 9. & per Gaſpar. Theſaur. *quæſt. forenſi* 22. *lib.* 4.

Supradictus Michsël obiit in carceribus, & non fuit deciſus articulus.

## ARGVMENTVM.

*Clericus coniugatus, qui dimiſſo habitu duxit uxorem vnicam, & virginem, ſi poſtmodum illum reaſſumpſerit, an gaudeat fori priuilegio? Clericus, tam coniugatus, quam non coniugatus, qui per plures annos negotiis ſæcularibus incedens ſine habitu, & tonſura ſe immiſcuit, an, & quando fori priuilegio gaudeat.*

## SVMMARIVM.

1 *Clericus ſi duxerit vxorem vnicam, & virginem, dimittendo habitum, non prohibetur illum reaſſumere, & reaſſumendo fori gaudet priuilegio.*

2 *Clericus coniugatus in Regno per Regiam pragmaticam gaudet fori priuilegio, tam ciuiliter, quam criminaliter, & quid de iure canonico.*

3 *Hanc autem exemptionem habebit, ſi tonſuram, & veſtes deferat clericales, & Eccleſiæ ab Epiſcopo deputata ſeruiat.*

4 *Secùs ſi veſtes, & tonſuram clericalem non deferat.*

5 *Vnde clericus coniugatus, ſi de clericatu excipiat, articulare, & probare debet, quod tempore delicti, & captura incedebat cum habitu, & tonſura.*

6 *Clericus coniugatus in habitu laicali delinquens, in eoque deprehenſus, & negotiis ſæcularibus ſe immiſcens, atque Eccleſiæ ſibi ab Epiſcopo deſtinata non deſeruiens, an, & quando gaudeat fori priuilegio, &* num 7.

8 *Clerici coniugati priuilegium clericale leniùs amittunt, quam non coniugati.*

9 *Clericus & ſi non coniugatus in minoribus ordinibus conſtitutus propter laxationem pro alio delicto Eccleſiæ non deſeruiens, & ſine habitu, & tonſura incedens, an fori priuilegium abſque alia monitione amittat, & quid deciſum.*

10 *Clericus miles effectus an fori priuilegio gaudeat.*

11 *Clericus non coniugatus ſi ſæuis, atque enormibus delictis ſe immiſcuit, & in iis diù perſeuerauit, an ad hoc, vt fori priuilegium amittat, requiratur*

*requiratur trina monitio, & quando dicatur ſatis ſe immiſcuiſſe, ac in iis diu perſeueraſſe, & n.12.*

13 *Clericus coniugatus non poteſt impedire ſcriudicationis ſententiam per præſentationem Bullæ primæ tonſuræ, non probans requiſita neceſſaria, attentis Fiſci probationibus non inceſſiſſe in habitu, & tonſura, & exercuiſſe officia contraria, & ita deciſum.*

14 *Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus an fori priuilegio gaudeat, ſi deſeruiat alicui Eccleſiæ ab Epiſcopo non deſignatæ.*

## DECISIO XIV.

1 CLericus ſi duxerit vxorem vnicam, & virginem, dimittendo habitum, non prohibetur poſtmodum illum reaſſumere, & reaſſumendo gaudet fori priuilegio iuxta communem opinionem, de qua per Ioann. Ant. de Nigris *in repet. extrauag. vnic. de vita, & honeſt. cler. in ver. habitum num. 27. verſ. iuxta prædicta quæro*, vbi multis rationibus, & authoritatibus hanc ſententiam ſuſtinet, & contrariis reſpondet: vxores clericorum vtrum, & quando priuilegio gaudeant fori eorumdem, & quid ſi ſint vxores clericorum Græcorum, & an eorumdem filij, Auguſt. Barboſ. *iur. Eccleſ. vniuerſ. de priuileg. cler. cap. 39. §. 2. à n. 62. lib. 1.* & Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 47. n. 2.* Philipp. Paſchal. *de iur. patr. poteſt. p. 4. c. 2.* cuius dicta videntur aduerſari ſententiæ Sanch. & Aug. Barboſ. item poſita per Dian. *in tract. reſolut. moral. tract. 8. reſol. 6. tom. 6.* de vxoribus Equitum D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, qui dicit, Sanch. ſe retractaſſe in *opuſc. tom. 2. lib. 6. c. 2. dub. 3. n. 2.* ſed aduertatur, quod opuſculum fuit impreſſum poſt mortem authoris, & non eſt recedendum ab opinione Sanch. & Barboſ. optimis mediis, & authoritatibus fundata.

2 Et in Regno per *Regiam pragmaticam primam ſub tit. de cleric. ſeu diaconis ſaluat.* criminaliter, aut ciuiliter pro delicto ad Iudicem ſæcularem trahi nequaquam poteſt; in cauſis autem ciuilibus non eſt exemptus à iuriſdictione Iudicis ſæcularis, & tenetur ſoluere onera, gabellas, & functiones fiſcales, vt per Couar. *in cap. 31. pract. quæſt. à n. 7. verſ. prima igitur conſtituatur interpretatio*, qui omnino videndus eſt in hac materia, Foller. *in cap. iuſtitiariis, &c. de Epiſcop. & cleric. n. 20.* Rouit. *in pragm. 1. de clericis, ſeu diaconis ſaluat. n. 1. & 2.*

3 Prædictam autem exemptionem habebit, ſi tonſuram, & veſtes deferat clericales iuxta Bonifacij Conſtitutionem *in cap. 1. de cleric. coniug. in 6. & prag. citatam*, & Eccleſiæ ab Epiſcopo deputatæ ſeruiat, provt ſtatutum eſt per S. C. Trid. *in ſeſſ. 23. cap. 6.* loquens de clerico coniu-
4 gato, ibi, *modò hi clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati eidem Eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent*: ſecùs ſi veſtes, & tonſuram clericalem non deferat Aufr. *de poteſt.*
5 *ſæcul. in Eccleſiaſt. perſonas 7. limit.* nam non eſt remittendus clericus coniugatus propter eius crimen captus ad Iudicem Eccleſiaſticum, niſi
7 doceat ſe contraxiſſe cum vnica, & virgine Rut. *dec. 230.* Aufret. *de poteſt. Iudicis ſæcularis contra Eccleſiaſt. perſon. in 4. reg. 20. fallent. verſ. aduerte inſuper 3.* & quod tempore delicti incedebat in habitu, & tonſura, & quod deſeruiat Eccleſiæ ſeruata forma decreti Conc. Trid.

Vnde ſi in habitu laicali deliquerit, vel in 6
habitu laicali apprehenſus fuerit, nulla monitione præcedente, vti laicus per Iudicem laicum puniendus erit Guid. Pap. *q. 138.* & quod 7
clericus coniugatus non deferens habitum, & tonſuram ſua priuilegium amittat, etiam quod non ſit monitus, probat multis rationibus Farin. *in quæſt. 8. de inquiſit. numer. 6.* & eam communem refert, & tales clerici vxorati, ſi tonſura dimiſſa negotiantur, vt laici, perdunt priuilegia, & alia clericalia, Iſer. *in* 8
*Conſt. apoſtatantes verſ. & ſi tabernam exerceat*, nam leuiùs amittunt priuilegium clericale clerici coniugati Ioann. Monac. *in Conſtit. Bonifacij de cleric. coniug. in 6.* vide Farin. *part. 1. tom. 1. quæſt. 8. num. 69 in fin.* refert ex eo ſolo, quod clericus coniugatus bipartitas caligas duorum colorum habebat, fuit laicus reputatus, & pro crimine tanquam laicus condemnatus, & laqueo ſuſpenſus Toloſæ teſte Aufrer. *deciſ. Toloſ. 227. & 252.*

Reliqui verò clerici in minoribus ordinibus 9
conſtituti, & non vxorati ſemel habitum clericalem dimittentes, non dicuntur priuilegio clericali priuati, ſi tamen tempore delicti in habitu incedebant Couarr. *in d. cap. n. 8.* ſed ſecundum Caſtellion. *in conſ. 3. num. 9.* neceſſaria eſt tanta perſeuerantia, vt publicè exiſtimetur laicus, & tempus perſeuerandi fuit conſideratum per Decian. *in tract. crim. lib. 4. cap. 9. de cleric. & religioſ. num. 92.* qui Doctorum inter ſe diſſidentium opiniones concordando, tenet, quod vbicumque quis non incedit in habitu eo animo, vt non modò in illo tantum delicto, in quo deprehenſus eſt, haberetur pro laico, ſed generaliter in omnibus, quia nullo tempore volebat haberi pro clerico, puta quia per annum, & vltra ſemper commoratus eſt, & vixit, & negotiatus eſt palam vti laicus, tunc per Iudicem laicum venit puniendus, refert, & ſequitur Tap. *in Conſt. Regn. de perſonis num. 24. verſ. Quintò limita in clerico*, facit doctrina Ioann. Andr. *in c. perpendimus de ſent. excom.* vbi clerici hiſtriones, & ſcurræ illam artem per annum exercentes, perdunt omne priuilegium clericale; quam adducit Boſſius *in tit. de foro compet. n. 139. verſ. & magis*, Ioan. Andr. & Dec. *in d. cap. 9. num. 86.* & faciunt dicta per Aufrer. *de poteſt. ſæculari in Eccleſ. perſ. 10. fall. reg. prima*, vbi clericus, qui relicto ordine clericali, & habitu ſuo in apoſtaſia, tanquam laicus conuerſatur, ſi in crimine apprehenſus fuerit, per Eccleſiam non liberatur, ergo videtur per Iudicem laicum poſſe puniri, vbi Boſſ. *in add. affert Conſt. Leon. X.* (vt diximus *in præced. n. 14.*) qui contra tales clericos ordine clericali, & habitu relicto in apoſtaſia tanquam laici ambulantes, & in crimine deprehenſos ſtatuit, quod ij per Iudicem ſæcularem capi, inquiri, & diſtringi debeant, & ibi vetat omnibus Iudicibus ordinariis, ne quouis modo directè, vel indirectè Iudices ſæculares in eo impediant ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, cuius Bullæ non fuit immemor Caſſan. relatus per Boſſ. *loc. cit.* & ita per M. C. & Sacrum Conſilium iudicatum fuit de menſe Iulij 1617. contra Ioannem Carolum de Rentio; qui

reaſſumpſit clericatum cum benedictione Epiſcopi, verum per plures annos ſine habitu, & tonſura inceſſit, exercendo officium Notarij, & adminiſtrationis Vniuerſitatis, quæ clericis ſunt in Regno interdicta per *Conſtitutionem in locis demanij noſtri in titulo de Iudicibus, & Notariis*, & per *pragmaticam primam de Eccleſiaſticis perſonis*; acta ſunt in banca Groſſi penes Paraſcandolum.

10 Et quid ſi effectus ſit miles, idem Aufrer. *in d. prima reg. 20. fallent verb. & idem in clerico in minoribus conſtituto*, Ioannes Franciſcus de Ponte *conſ.* 24.

11 Quod idem obſeruatum fuit in clerico in minoribus ordinibus conſtituto, quamuis ſe excuſauerit, quia latitabat pro alio delicto, & ideò Eccleſiæ non ſeruiebat, & ſine habitu incedebat: nam reſpondit vnus ex Dominis, quod & ſi Eccleſiæ ſeruitio vacare non poterat propter latitationem; attamen poterat habitum deferre, ſi animum dimittendi clericatum non habuiſſet arg. text. *in l. mulcta teſtamento 6. §. ſi ſeruos ff. de condit. & demonſtr.* & ſic fuit determinatum in M. C. in cauſa Ioan. Laurentij de Mauro, nam trina illa monitio, quæ de iure communi requiritur, ad hoc vt clericus non coniugatus fori priuilegium amittat, iuxta *cap. in audientia de ſent. excomm in 6.* de qua latè per Farin. *in pract. crim. in titul. de inquiſit. quæſt. 8. num. 60. verſ. ac ſecundum magis communem locum* ſibi non vendicat in Regno per *extrauag. vnicam de vit. & honeſt. clericorum, quæ eſt Clem. VII.* & per ea, quæ refert Campagn. *in d. extrau. in verbo monitione num. 458. verſ. ſecus ſecundum iſtam extrauag.* Marta *in tract. de iuriſd. cap. 133. part. 4 cent. 2. num. 9. verſ. confirmari poteſt, & ex decreto* Sacr. Concilij Trident. patet, ſublatam fuiſſe monitionem, cum de forma per dictum decretum requiratur habitus, & tonſura, alias non gaudet fori priuilegio, vt aduertit Mart. *præcitato loco in fine, & latè in ſequenti deciſ.* quod eo magis hoc in caſu procedit, in quo talis clericus ſæuis, atque enormibus delictis ſe immiſcuit, diù in his perſeuerando, temporis namque diuturnitas idem operatur, quod trina monitio, ſi in enormitatibus fuerit deprehenſus, vt in caſu noſtro; ita Anchar. *in cap. ea, quæ in 12. quæſtio. verſ. quandoque dimittit de reg. iur. in 6.* Aufrer. *de poteſt ſecul. in Eccleſiaſt. perſon. fall. 19.* Vinc. de Franch. *deciſ. 463. num. 6.* quæ videtur communis ſecundum Boſſium *in pract. crim. tit. de foro compet. num. 139.* & Farinac. *in d. q. 8. d. num. 60. in d. verſ. ac ſecundum magis communem opin.* & alios, quos refert Caball. *reſolut. crim. caſu 60. num. 9.* alios quoque affirmantes hanc tanquam magis communem opinionem ſeruandam, atque ab ea tam in conſulendo, quam in iudicando minimè recedendum fore refert Pet. Ficar. *in recoll. commun. opin. loco primo tit. 13. cap. 13. de clericis habitum, & tonſuram minimè deferentibus in verſ. clericus non coniugatus, il ſecundo circa medium*, & ſi Marta aliud voluerit *in d. cap. 135.*

12 Quando autem dicatur ſæuis, & enormibus ſe immiſcuiſſe, & in iis diù perſeueraſſe, vide per Capyc. *in deciſ. 161.* Decian. *in pract. crim. lib. 4. tit. clericat. & ordines, ac religio tribuunt iuriſdictionem n. 107.* & per Farin. *in d. q. 8. ſub lim. 6. n. 59.* & eſt dictum latè ſupra *in præced. dec.*

Ex dictis ſupra *n. 3. 4. 5. & 6.* fuit iudicatum 13
per M. C. non impediri ſententiam foriudicationis per præſentationem Bullæ primæ tonſuræ cum fide matrimonij, cum declaratione remanere clericum coniugatum, attentis fiſci probationibus non inceſſiſſe in habitu, & exercuiſſe actuariatum in ſua patria, & non fuiſſe probatum cum vnica, & virgine matrimonium contraxiſſe, quæ probatio requirebatur tanquam de forma, & ita deciſum ſub die 2. Martij 1658. in cauſa Regij fiſci cum Carolo Siniſcalco.

Clericus in minoribus ordinibus conſtitu- 14
tus inſeruiens alteri Eccleſiæ, quam illi, cui ex mandato Epiſcopi fuit aſcriptus, an fori priuilegio gaudeat, & an ſeruitium requiratur cum frequentia, vide infra in *cap. 245.* vbi latè.

## ARGVMENTVM.

*An per matrimonium inualidum clericus beneficiatus amittat beneficium ipſo iure, & an requiratur ſententia declaratoria, & an ſit proferenda per Iudicem Eccleſiaſticum.*

### SVMMARIVM.

1 *An per matrimonium nulliter contractum ipſo iure vacent beneficia, vel eis per ſententiam beneficiatus ſit priuandus? plurimum ſanè controuerſa, & agitata quæſtio in qua Doctores in quatuor ſe ſe diſtribuunt claſſes, & num. 4. 6. & 7. ea tamen vltimo loco relata magis arridet, quæ indiſtinctè ponit, per matrimonium nulliter contractum, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ſiue bona fide, ſiue mala, beneficium ipſo iure vacare.*

2 *Tacita renunciatio non poteſt eſſe maioris virtutis, quam expreſſa.*

3 *Expreſſa renunciatio non inducit beneficij vacationem, niſi fiat in manibus Epiſcopi, vel ſuperioris.*

5 *Renunciationis ceſſante ratione tacitò quoque debet ceſſare ipſa renunciatio.*

8 *Vbi eadem ratio viget, idem quoque ius ſtatui debet.*

9 *Magis peccans non debet eſſe melioris conditionis.*

10 *Ex ſuo dolo nemo commodum reportare debet.*

11 *An ipſo facto amittatur beneficium, ſi matrimonium contrahatur ſine Parocho, & teſtibus contra formam Concilij Tridentini remiſſiuè.*

12 *Sententia declaratoria neceſſariò eſt ferenda ſuper beneficij vacatione, etiam ipſo iure inducta per matrimonium nulliter contractum. Per quem autem Iudicem ea erit proferenda declaratur, num. 18. & quid deciſum num. 26.*

13 *Sententia, quæ declarationem inducat regulariter in pœnis etiam ipſo iure ſtatutis, eſt neceſſaria.*

14 *Sententiam*

*14 Sententiam declaratoriam, ſinè ipſo iure, ſinè non vacet beneficium, neceſſariam eſſe propter poſſeſſionem auocandum declaratur.*

*15 Ea tamen lata retrotrahitur ad tempus matrimonij contracti.*

*16 Si clericus beneficiatus in fauorem alterius renunciauerit beneficium ante ſententiam, poſt contractum matrimonium de iure inualidum, renunciatio non valet.*

*17 Porrò ſententia declaratoria in facto notorio, quod nulla tergiuerſatione celari poterit, ex communi DD. ſententia non erit interponenda.*

*19 Dubium merè ſpiritualia concernens per Iudicem Eccleſiaſticum terminari debet, & ita deciſum num. 16. Iudex enim laicus de ſpiritualibus, nec principaliter, nec incidenter poteſt ſe intromittere num. 23. Quinimò nec de eo, quod eſt ſpiritualibus annexum num 14.*

*20 Verùm ſi ſuper facto ſit quæſtio, incidenter poterit Iudex ſæcularis de ea cognoſcere. Et teſtes ſuper ipſo facto recipere.*

*21 Quando autem quæſtio dicatur eſſe facti remiſſiuè.*

*25 Iudex ſæcularis, & ſi ſuper beneficij amiſſione directè pronunciare non poſſit, per modum tamen cauſæ poterit.*

## DECISIO XV.

VIncentius Bucinus inquiſitus de tonſione monetæ declinatoriam fori oppoſuit vti clericus beneficiatus.

Pro fiſco adducitur matrimonium contractum poſt collationem beneficij licet inualidum ob affinitatem in primo gradu, quæ apud contrahentem non latebat.

Fuit de pluribus dubitatum.

Primò, an per matrimonium inualidum clericus hic beneficiatus amittat beneficium ipſo iure.

Secundò, an ſi amittit, neceſſaria ſit ſententia declaratoria.

Tertiò, an hæc ipſa ſententia ſit proferenda per Iudicem Eccleſiaſticum.

1 Quoad primum aliqui Doctores tenuerunt, per matrimonium nulliter contractum ipſo iure non vacare beneficia, ſed per ſententiam beneficiatum eſſe priuandum, in horum numero ſunt Card. *in clem. gratia de reſcriptis num.* 10. Butr. & Imol. *in cap.* 1. *de clericis coniugatis in* 6. Bormond. *de public. concub. fol.* 404. quem ſequitur Iul. Clar. *in §. final. quæſt.* 73. *num.* 4. quando non eſt ſequuta copula carnalis, congerit Garz. *in tract. de benefic. cap.* 8. *part.* 11. *num.* 5. & nouiſſ. Sanchez, qui id optimis fundat mediis *in tract. de matrim. in diſput.* 43. *lib.* 7. *num.* 3.

Inter cætera fundamenta illud potiſſimum affert Sanchez *prænotato loco*, quia aut hic be-
2 neficiatus amittit beneficium in pœnam delicti & tunc exigitur ſententia; aut ex tacita renunciatione habita ratione ſtatus incompatibilis aſſumpti, & tunc etiam non amittit, quia taci-
3 ta renunciatio non poteſt eſſe maioris virtutis, quam expreſſa, vt probauit idem Sanchez *eod. lib. diſp.* 37. *num.* 34. at renunciatio expreſſa non inducit beneficij vacationem, niſi fiat in manibus Epiſcopi, vel ſuperioris *cap. niſi cum pridem cap. admonet, cap. quod in dubiis de renunciat.* vel tandem ex tacita renunciatione cum aſſumptione ſtatus incompatibilis, & hoc etiam non habet locum, quia verè non aſſumitur ſtatus incompatibilis, nec voluntas aſſumendi quantum in ſe eſt, & proindè dimittendi beneficium ſufficit, ſicut nec renunciatio expreſſa non facta in manibus ſuperioris legitimi ſufficeret.

Alij verò diſtinxerunt, tunc vacare beneficium 4
ipſo iure, quando clericus hic beneficiatus matrimonium contraxerit ignoranter nullum, ſecus verò ſi ſcienter, huius opinionis fuerunt Imol. *in relata clem. gratia num.* 25. *de reſcriptis*, Capr. ibid. *in ſua repet. num.* 45. Decius *in conſ.* 366. Prob. add. ad Monac. *in relat. cap.* 1. *num.* 15. *&* 16. *de clericis coniugatis in* 6. & Diaz *in ſua pract. crim. canonica cap.* 81.

Horum fundamentum præcipuum illud eſt ex diſparitate rationis deſumptum: quoniam tota ratio, cur per matrimonij contractum vacent beneficia, ea eſſe videtur, vt omnes fatentur, quia matrimonium contrahendo, videtur quis habere animum commutandi ſtatum, ſimulque recedendi à clericatu, vt Sanchez mox allegatus dicit; hæc autem ratio videtur ceſſare in eo, qui ſcienter contrahit matrimonium nulliter, quia hic talis non hunc videtur habere animum, nec incompatibilem aſſumit ſtatum, 5
ſed potius videtur hoc facere animo deludendi atque decipiendi mulierem ipſam, Quare cum renunciationis tacitæ ceſſet ratio, debet quoque ceſſare ipſa renunciatio argumento, *l. adigere §. quamvis ff. de iur. patron.*

Garz. verò *in dicto tract. de beneficiis cap.* 8. 6
*par.* 11. *n.* 8. relatis aliorum opinionibus in ea reſidet ſententia præcedenti ea diametro contraria, quippè qui exiſtimat, contrahentem matrimonium in gradu prohibito ignoranter, atque bona fide beneficium non amittere, cuius oppoſitum cenſet eſſe retinendum in caſu, quo matrimonium ſcienter, & mala fide fuerit contractum, vt taliter contrahens amittat beneficium.

Nonnulli tandem Doctores indiſtinctè per 7.
matrimonium nulliter contractum, ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter, ſiue bona fide, ſiuè mala beneficium ipſo iure vacare arbitrati ſunt; in hanc deſcenderunt ſententiam, Gregor. Lopez. Couarr. Salaced. & Cæuall. *in recollect. commun. opin contra commun. quæſt.* 147. *num.* 5. *verſ. ſed contrariam opinionem*, & hæc opinio fuit in foro recepta, & ſecundùm eam iudicatum, & per Rotam Romanam approbata fuit opinio, quod ipſo iure inducatur vacatio beneficij teſte Farinac. *deciſ.* 8. *poſt conſilia collecta de anno* 1606.

Hæc ſententia ea nititur ratione: quoniam non ex eo, quod clericus hic beneficiatus matrimonium nullum ſcienter contraxerit, videtur in eo defuiſſe conſenſus contrahendi, ex traditis per Couarr. *in epit. in* 4. *lib. decret. in* 2. *part. cap.* 3. *§.* 7. *num.* 2. Petr. Ledeſm. *de matrim. q.* 55. *art.* 9. *circa fin. & in summ. de matrim. cap.* 15. *concluſ.* 15. *vltim. diffic.* Thom. Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſput.* 37. qui alios refert, Suarez 5. *tom. diſput.* 23. *ſect.* 5. *num.* 19. contra Nauarrum *in man. cap.* 22. *num.* 43. Armill. *in verb. matrimonium num* 44. Vega 2. *part. cap.* 34. *caſu* 58. 59 *&* 84. & alios relatos per Thomam Sanchez ibi, quos refert Garz. *in citat. cap.* 8. *num.* 7. & ſic, ſiue ſcienter, & mala fide, vel ignoranter, & bona

fide matrimonium fuerit contractum de iure In-
ualidum, amittitur beneficium ipſo iure, ipſo-
que facto, cum in vtroque caſu eadem militet
renunciationis ratio matrimonium contrahen-
do, ſiue ſcienter, ſiuè ignoranter, ſemper vide-
tur habere animum mutandi ſtatum, ſimulque
recedendi à clericatu, ergo idem quoque ius
8 ſtatuendum, nec enim eſt ignotum, vbi eadem
ratio viget, idem quoque ius ſtatui debere, *l.
illud ff ad l. aquiliam cum concord.*

Confirmat quoque hanc ipſam ſententiam
argumentum ab abſurdo vitando ductum, illud
autem eſt, ſi ille tantum, qui matrimonium igno-
ranter contraxit de iure inualidum eo ipſo, quod
contraxit, ſtatim amitteret beneficium, & per
conſequens ipſo iure nulla expectata hominis
ſententia, in hoc caſu, qui ſcienter contraxe-
rit, totum oppoſitum conſtitueretur, hunc ſci-
licet beneficium ipſo iure non amittere, ſeque-
9 retur magis peccantem eſſe melioris conditio-
nis contra tex. *in cap. cum, qui de prabendis in
6.* hoc autem videtur maximum abſurdum ex
vulgata iuris regula dictante neminem ex ſuo
dolo commodum reportare debere, ne ergo hoc
10 ſequatur abſurdum, & vt illud videtur, neceſſa-
riò dicendum, non ſolum eum, qui ignoranter
& bona fide, ſed etiam qui ſcienter & mala fide
matrimonium contraxit de iure inualidum, in
vtroque caſu ipſo iure beneficium amittere.

11 Vtrum autem ipſo facto amittatur benefi-
cium, ſi matrimonium contrahatur ſine Paro-
cho, & teſtibus contra formam Concilij Tri-
dentini? hanc ponunt controuerſiam, atque
reſoluunt Gatz. *in d. c. 8. n.* 13. & Ric. *in praxi fori
Eccleſ. dec.* 240. *n.* 2. hactenus de primo dubio.

Quoad ſecundum vtrum admiſſa pro vera
hac quam ſuſtinemus, ſententia, per matrimo-
nium de iure inualidum à clerico beneficiato
ſcienter, ac mala fide contractum beneficium
ipſo iure vacare, vtrum, inquam: vlterius ſen-
tentia ſuper hoc facto requiratur declaratoria?
12 In hoc ſecundo capite exiſtimo, ſententiam
declaratoriam eſſe neceſſariam ex Arcbid. *in
cap. felicis de pœnis num.* 13. *verſ. verumtamen
neceſſaria erit*, quem ſequitur *eodem in loco* Ioan.
Andr. *num.* 2. *verſ. putat. Arcbid.* quod quoad
pœnas, vnde frequentiſſimo ferè omnium con-
ſenſu receptum eſt à Doctoribus, ſententiam
regulariter In pœnis etiam ipſo iure ſtatutis
13 neceſſariam eſſe, quæ declarationem indueat, vt
eſt videre per Couarr. *in* 3. *relectionis parte in
cap. alma mater* §. 2. *num.* 9. *verſ. his etenim in le-
cis de ſententia excomm. in* 6. & eſt tex. expreſſus
*in capit. cum ſecundum leges de hareticis in
6. pract. Genuenſ. cap.* 7. *num.* 8. & Andr. *quo
14 temp. mil. inueſt. cap.* 1. §. *ſancimus verſ. damnetur*,
dixit, quod ſiuè ipſo iure, ſiue non, ſemper eſt
neceſſaria ſententia propter poſſeſſionem auo-
15 candam, verùm lata ſententia declaratoria re-
trotrahitur ad tempus matrimonij contracti ex
dictis per Andream *in pracit. loc. paulè inferius in
verſ. hoc eſt dicere eo conuicto, & probata culpa*,
faciunt adducta *infra cap.* 218.

16 Et ſi in fauorem alterius beneficium renun-
ciaſſet antè ſententiam poſt contractum matri-
monium, renunciatio ipſa non valeret ex dictis
per Cæuall. *in d. q.* 147. *num.* 6. ſecus ſi non eſſet
priuatus ipſo iure per eundem loco cit.

17 Quod tamen limitatur ex communi DD. ſen-
tentia in facto notorio, quod nulla tergiuerſa-
tione celari poterit: hoc enim caſu non requi-
ritur ſententia declaratoria, ita Felin. *in cap.
cum non ab homine num.* 10. *verſ. limita primo de
iudiciis*, Iſern. *in vſibus feudorum in cap.* 1. §. *ſan-
cimus il ſecondo num.* 2 *verſ quid ſi eſſet notorium,
quo tempore mil. inueſt. per deb.* Couarr. qui com-
munem eſſe teſtatur *in d. cap. alma mater in* 3.
*relectionis parte* §. 2. *num.* 9. *verſ. & tamen.*

Quoad tertium, per quem Iudicem Eccleſia- 18
ſticum, vel laicum ſit proferenda hæc ſenten-
tia declaratoria, quam hactenus oſtendi neceſ-
ſariam eſſe; tametſi ipſo iure vacet beneficium,
dubitari poteſt ex eo, quia ſæculari Iudici non
eſt prohibitum pronunciare ſuper competentia,
quando pronuntiat incidenter per modum cau-
ſæ; nam etſi directò pronuntiare non valeat ſu-
per amiſſione beneficij; attamen poterit per
modum cauſæ ſuper declinatoria fori illam
non competere: quia per matrimonium vacat
beneficium, ita Bal. *in auth. ad hoc C. de las. li-
ber. sell.* Barb. *in l. Titia num.* 23. *verſ. item quam-
vis ff. ſolut. matr.* Capyc. *deciſ.* 7. *num.* 4. Gutierr.
*canon. quaſt. cap.* 34. *num* 47.

His non obſtantibus tenenda eſt opinio, eam
per Iudicem Eccleſiaſticum eſſe proferendam,
quia quando aliquid dubij eſt circa ea, quæ
ſpiritualia ſunt, indubitatiſſimum eſt apud om 19
nes illud per Iudicem Eccleſiaſticum terminari
debere, ſed ſuper facto ſit quæſtio, & inciden
ter, poterit Iudex ſæcularis de ea cognoſcere 20
Bar. *in l omni innouatione C. de Sacroſ. Eccl.* vbi
etiam tradit exempla, Doctores *in l. Titia ff. ſo-
lut. matrim*, vbi præ cæteris Barboſ. *n.* 23. notat,
quando quæſtio dicatur eſſe facti Capyc. *d. de-* 21
*ciſ.* 7. Vinc. de Franch. *deciſ* 512. Menoch. *de re-
cuperan. poſſeſſ. remed.* 15. *n.* 338. *& de retinenda
remed.* 3. *num.* 428. Farinac. *in tit. de inquiſitione
quaſt.* 8. Villalub. *in tract. commun. opin. verſ. Iu-
dex ſecularis, practica Genuenſ in cap.* 7 *num.* 8. *in
fine*, & reliqui adducti per Pettam. *in addit. ad
relatam* Capyc. *deciſ.* 7. & teſtes poteſt recipere
ſuper ipſo facto iuxta notata per Caball. *in ſuis* 22
*reſolutionibus criminalibus caſu* 98. *num.* 31. *verſ.
poterit talis Iudex laicus*, at in caſu, de quo agi-
tur, quia ſententia declaratoria venit interpo-
nenda ſuper re ſpirituali, non poterit interponi
per Iudicem ſæcularem, qui in ſpiritualibus, 23
nec principaliter, nec incidenter poteſt ſe in-
tromittere *cap. tuam de ordine cognit. cap. lator,* 24
*qui ſilij ſint legitimi*, quinimò nec de eo, quod
eſt ſpiritualibus annexum *cap. quanto extra de
iudiciis*, Caball *in ſuis reſolutionibus criminalibus
cent.* 3. *caſu* 224. *num.* 38 *&* 39 ergo ſententia hæc
declaratoria per Iudicem Eccleſiaſticum erit 25
proferenda. Non obſtat, quod per modum cau-
ſæ, quia vt ſupra fundatum fuit, eſt neceſſaria
ſententia declaratoria, quæ per indirectum ex-
cluderetur.

Sub die . . menſis Octobris 1618. per Re-
gium Conſiliarium Rouitum delegatum ſuper
fabricatione monetæ in cauſa Vincentij Bocci-
ni inquiſiti de tonſione monetæ; quia notorium
erat præfatum Vincentium Boccinum clericum
beneficiatum ſcienter, & malafide contraxiſſe
matrimonium de iure inualidum ob affinita-
tem in primo gradu, quam ipſe contrahens
non ignorabat, conſequenter non erat neceſ-
ſariò interponenda ſuper notorio ſententia de-
claratoria, fuit dictum, eſſe procedendum per
Iudicem ſæcularem, habita pro vera & abſolu-

ta

ta ſententia illa, quæ ponit propter matrimonium nulliter, & in gradu de iure prohibito contractum, ſiuè ignoranter, & bona fide, ſiuè ſcienter, & mala fide ipſo iure beneficium vacare.

Sub die 3. Iulij 1619. introducta cauſa in Collaterali Conſilio ad relationem eiuſdem Conſiliarij Rouiti votantibus Dominis Regentibus, videlicet Marchione Corleti, Ioanne Baptiſta Valenzuela, Iordano Vrſino, & Camillo de Marra Proregente fuit confirmatum decretum prædictum, & ſi aliqui ex eis ad Iudicem Eccleſiaſticum eſſe remittendam pronunciationem, an vacet beneficium per matrimonium nulliter contractum ipſo iure data varietate opinionum ſuper articulo merè ſpirituali, nihilominus maior pars in illam deſcendit ſententiam.

26 Sub die 22. Octobris 1619. in reclamatione interuenientibus Regentibus Marchione Corleti, Ioan. Baptiſta Valenzuela, Iordano Vrſino, Conſiliario Scipione Rouito, adiunctis Marchione Sancti Angeli Præſ. S. C. Conſiliariis Ioanes Baptiſta Moriore, & Ferdinando Brancia ad relationem eiuſdem Conſiliarij Rouiti fuit reuocatum decretum prædictum, & prouiſum; quod articulus, vtrum vacet beneficium per matrimonium, remittatur ad Iudicem Eccleſiaſticum.

## ARGVMENTVM.

*Confugiens ſupra tectum, turrim, ſeu campanile Eccleſia gaudet illius immunitate.*

### SVMMARIVM.

1 *Confugiens in Eccleſiam, poteſt in ea citari, & contra eum non comparentem, vt contumacem procedi, modò per talem ſententiam citato aliqua ſanguinis pœna, vel corporalis non inſtigatur.*

### DECISIO XVI.

COnfugiens quoque ſupra tectum Eccleſiæ gaudet immunitate, Ital. *de immunit. Eccl. lib. 1. cap. 4. §. 9. in fin. num* 24. & quoad hanc immunitatem comprehenduntur tectum, & tota Eccleſiæ fabrica, turris, & campanilia Suarez *de relig. cap. 9. num. 8. lib. 3. verſ. ſed quid ſi quis,* Ioan. Mar. Bellett. *diſquiſ. clerical. part. 1. de fauor. cler. real. num. 32. §. 4.* & ita deciſum fuit in M. C. de menſe Februarij 1619. in cauſa Octauij Mutarelli, qui ſupra tectum, ſeu aſtracum Eccleſiæ confugit, & à loco non religioſo milites acceſſerunt, & apprehenderunt, fuit iudicatum eſſe in Eccleſia reſtituendum, & ſi deinde immunitate non fuit gauiſus, ex quo delictum fuit compertum fuiſſe proditorium.

## ARGVMENTVM.

*Cauſa conſiſtens in mero iuris articulo an abſque termino ſit decidenda.*

### SVMMARIVM.

1 *Scribentes in hoc articulo in duas contrarias abierunt opiniones.*
*Recenſentur primo loco DD. qui opinati fuerunt eſſe omnino dandum terminum, nec non determinatio conformis.*
*His contrarij ſubjiciuntur num. 2. & ita nouiſſimè pariter deciſum. num. 3.*

### DECISIO XVII.

PRo opinione negatiua facit: quia terminus in qualibet cauſa, & exceptione, omnino eſt concedendus, Inn. *in cap. cum veniſſet, de teſtib.* Reg. de Pont. *conſ. 62. num. 7. lib. 2.* Muta *dec. 99. num. 33.* & ita obſeruatum teſtantur Regnicolæ, & præ cæteris D. de Franch. *dec. 221. & 162. in fin.* Anna *ſingul.* 470. qui refert, fuiſſe datum terminum ſuper mero iuris articulo, an legato feudo debeatur æſtimatio, Capiblan. *in prag. 8. de Baron. num. 5.* & in artic. iuris intricati, qui æquiparatur quæſtioni facti, altiorem indaginem requirit, ita tenet Capyc. *deciſ.* 10. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 536. num. 19.* 1

At contraria opinio fundatur authoritate eiuſdem Inn. *in cap. cum inter*, & Bald. *in cap. conſtitutus, de elect.* cum cæt. adductis per Annam filium *in d. ſingul.* 470. ea ratione: quia quando illud, quod in iudicio deducitur, conſtare poſſunt ſine probationibus facti ſunt per iura, ne partes fatigentur laboribus, & expenſis, ſtatim de illo iudicandum eſt, cum iura ſint nota, & liceat ſupplere de iure, hanc rationem affert Inn. *vbi ſupr.* idem fundat D. Reg. Capyc. Galeota *lib. 2. controu. 44. n. 17.* 2

Et ita deciſum fuit per S. C. ſub die 5. Nouembris 1640 in cauſa Ill. Comitis Conuerſani cum Magnificis Gubernatoribus Montis quondam Iuliæ Catacciolæ in banca Borrelli, quod petito termino non obſtante procedatur ad expeditionem cauſæ. 3

Sub die 23. Auguſti 1641. inſtante Regio fiſco petente virtute Regiarum literarum procedi ad venditionem planitiei Surrenti oppoſita exceptione prag. editæ Thori per Ciues Ciuitatis Surrenti petentes dari terminum, fuit in Collaterali Concilio ordinatum, quod procedatur ad venditionem non dato termino, exceptio enim pragm. editæ Thori determinari ſolet abſque termino ex dictis per D. de Cort. *in diuerſ. iur. feud. libro primo in cap. incip. declarata igitur num.* 53. ſicque deciſum refert Reg. Salern. *dec.* 37. & ſub die 4. Iul. 1641. in cauſa Eccleſiæ Sancti Nicolai de Bario vtilis domini iuriſdictionis ciuilis S. Nicandri, petentis præferri in venditione criminali iuriſdictionis cum Franciſco Griſone, per Collat. Conc. fuit deciſum abſque termino eſſe procedendum ad expeditionem cauſæ, & confirmatum decretum in cauſa reclamationis ſub die

die 2. Octobr. 1641. de hac prælatione fuit dictum ſupra *deciſ.* 100. 106. & 107. Ex his arbitrium Iudicis multum in hoc verſatur.

## ARGVMENTVM.

*Patet ex Summario*

### SVMMARIVM.

1 *Confugiens ad Eccleſiam non dum perfectè conſtructam an illius gaudeat immunitate, & num. ſeq.*

## DECISIO XVIII.

1 CApius fuit quidam in Eccleſia nondum
perfectè conſtructa, fuit dubitatum, an ſit
reponendus, vti captus in loco, in quo gaudet
immunitate Eccleſiaſtica, & fuit iudicatum ſub
die 22. Auguſti 1618 in cauſa Andreæ de Amendola
eſſe reponendum, dummodo ſit authoritate
Epiſcopi ædificata, Bellet. *diſquiſit. cleric.
part prima de fauor. cler. real.* §. 4. *num.* 87. & iuxta
diſtinctionem Italiæ *de immun. lib.* 1. *cap.* 4. §.
3 *num* 15. per text. *in cap. Eccleſia, de immun Eccleſ.*
per Abb. Boic. & Felin. quos refert. Italia
*in d. loco*, ea quidem ratione: quia cum primus
2 lapis authoritate Epiſcopi poſitus ſit, talis Eccleſia
eo ipſo manet perpetuò dicata diuino obſequio,
nec poteſt ad profanos vſus conuerti
*cap. ad hoc, de releg. domib* quam rationem conſiderauerunt
Abb. *in d. cap. Eccleſia num.* 5. &
contrariis reſpondet ſecundum eum Suar. *de relig. cap.* 9. *de immun. Eccl. num.* 2. *verſ. minor. patet.*

## ARGVMENTVM.

*Immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragatur patrantibus homicidia, & mutilationem membrorum in ipſis Eccleſiis, eorumve cœmeteriis. Cæterum controuertitur an eodem priuilegio gaudeat atrium Eccleſiæ.*

### SVMMARIVM.

2 *Immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragatur committentibus homicidium, & mutilationem membrorum in ipſis Eccleſiis, eorumvè cœmeteriis, & de ratione, & num ſeq.*
*Sed quæſtionis eſt, an eodem priuilegio potiatur atrium Eccleſiæ, n.* 2. 3. & 10.
4 *Diſpoſitio prædicta an ſit fauorabilis, & latè interpretanda, vel è contra, & quando diſpoſitio dicatur odioſa, vel fauorabilis numer.* 12.
5 *Eccleſia nomine venit locus cum illa coniunctus.*
6 *Quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt.*
7 *Reus confugiens ad atrium Eccleſiæ, illius gaudet immunitate.*
8 *Fruſtra legis auxilium inuocat, qui in legem committit.*
9 *Delinquens in locis, in quibus gaudet immunitate, ſi in eiſdem locis homicidium committat, vel membrorum mutilationem, an gaudeat immunitate, & quid deciſum, & num.* 10.
11 *Dictio in, appoſita loco, an requirat tactum loci.*

## DECISIO XIX.

ECcleſiaſtica immunitas non ſuffragatur iis 1
qui homicidia, & mutilationem membrorum
in ipſis Eccleſiis, eorumvè cœmeteria
committere non verentur, ſunt verba Bullæ
Gregorij IX. *in cap. final. de immunitate Eccleſiæ.*

Dubitatur, an appellatione Eccleſiæ, & cœmeterij 2
veniat atrium, quod eſt ante Eccleſiam
intra parietem, ita vt ſi quis in eo homicidium,
ſeu mutilationem membri commiſerit,
& poſtmodum in clauſtrum Monaſterij confugerit,
immunitate gaudeat.

Priuandum eſſe immunitate, ſuſtineri poteſt, 3
quia iſta Pontificis declaratio, vt non ſuffragetur
immunitas iis; qui delinquunt in Eccleſia,
eſt inducta in fauorem Eccleſiæ, vt debitus honor
Eccleſiæ deferatur, Rebuff. *art.* 1. *gloſſ* 1. *in
tract. de immun. Eccleſ. num.* 3. & ea verbis eiuſdem
Bullæ fundat Mat. Ital. *in tract. de immunit.
Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 5. *in* §. 3. *in verſ. ſatis colligitur
noſtram communem*, ne ſcilicet domus Dei fiat
ſpelunca latronum, & ne immunitas, quæ ad
bonum finem fuit introducta ob reuerentiam 4
Eccleſiarum, tribuat malum, & delinquendi
incentiuum contra tex. *in cap. iniuſta* 24. *q.* 4. & 5
ſic tanquam in fauorem Eccleſiæ latè interpretanda
eſt, cum fauores ampliari conueniat *cap.
odia de reg iur. cum concord.* & nomine Eccleſiæ
locus cum illa coniunctus venit Suarez *l.* 3.
*cap.* 9 *in tit. quæ Eccleſia propria gaudeat immunitate
num.* 5. & quæ religioſis adhærent, religioſa 6
ſunt *l. quæ religioſis ff. de rei vend.* vnde de 7
atriis Eccleſiæ extrahere non licet, ibique
reus gaudet immunitate *cap. ſi quis contumax
17. q. 4. cap. id conſtituimus eadem cauſa*, Bar. *in
l. præſenti C. de his, qui ad Eccleſiam confug.* Suarez
*loco citato.*

Pro hac opinione eſt tex. *in cap. ſi quis in atrio Eccleſiæ* 17. *q.* 4. vbi ſi in atrio quis homicidium committat, ſoluit pœnam violatæ immunitatis Eccleſiæ, & ſtatutum puniens vulnerantem in Eccleſia, comprehendit vulnerantem iuxta Eccleſiam, ita ex authoritate Guidonis de Suz. tenet Ioan. Andr. ad Specul. *in tit. de immunit. Eccl. in fin.* refert & ſequitur Alex. *conſ.* 146. *in fin. num.* 14.

Inſuper attenta alia ratione tradita *in dict.* 8
*cap. fin. de immun. Eccleſ.* quæ eſt, quod indignum
ſe fecit, cum fruſtra legis auxilium
inuocet, qui committit in legem, concordantes
adducit Boër. *deciſ.* 110. *in princ.* at cum immunitate
gaudeat delinquens in atrio Eccleſiæ, 9
vt ſupra fundatum eſt, indignum ſe fecit, ſi in
ipſo atrio deliquit, in omnibus igitur locis, in
quibus gaudet immunitate, ſi in iis delinquat
immunitas ei non ſuffragatur, & ita fuit obſeruatum
in diœceſi Auerſana in anno 1625.

Sed his non obſtantibus per M. C. fuit iudi- 10
catum, eſſe reponendum in Eccleſia Ioannem
Ottiæ inquiſitum de homicidio rixoſo, qui eſt
expreſſus

expreſſus caſus *in d.c.vlt.de immun. Eccl.* nempe vt homicidium,ſeu mutilatio membrorum committatur in Eccleſia, vt non gaudeat immunitate, ibi: *homicidia, ſeu mutilationem membrorum in ipſis Eccleſiis, eorumvè cœmeteriis committere non verentur*, quæ dictio, *in*, ſignificat in loco, & reqoirit tactum loci, *l. 1. §. in*
11 *flumine ff. de flumin.* cum concordan. adductis per Cæpoll. *in tract. de ſeruit. vrb. præd. num. 7.* & intrinſecitatem in loco, quando iungitur ablatiuo, & ita ex vi dictionis, *in*, cenſuit Barboſ. 131.*num.* 11.& ſuſtinuit Ital.*in d.lib.1.cap.5. §.1.num.4. verſ.nam per illam prepoſitionem in*, perpendunt quoque vim pronominis *ipſis* qualificantem reſtrictiuè, hanc probant, & explicant Alex.Peregr. *tract de immun. Eccleſ. cap.6. num 32.* Gambacort.*lib 4 de immun. cap.11.n.14.*
12 dum odioſam eſſe diſpoſitionem, non fauorabilem dicunt, quamvis in fauorem Eccleſiæ, ideóque reſtringendam:nam ad cognoſcendum vtrum aliqua diſpoſitio ſit odioſa, aut fauorabilis,inſpicitur, ſeu attenditur id, ſuper quo principaliter intendit prouidere. vt *in l. qui exceptionem*, per Bart. *ff. de condict. indeb.* Capyc. *decis.62.num.7.*at cum intendit Iudex prouidere ad excluſionem immunitatis, & ad puniendum reum, videtur eſſe odioſa.

Cùm in anno 1638. accidiſſet caſus in Prouincia Barij, fuit fundata opinio per meum Nepotem tunc Regium Auditorem, per quem allegata ſequuntur.

Ioannes Græcus Barienſis accuſatus de occiſo Nicolao Antonio Tario in vna ædium, quæ in Atrio Diui Nicolai columnt, inſequutus ab apparitoribus, aduolauit ad templum Princeps, ibique vinctus,& armato ſatellite vallatus immunitatis clypeo an ſit tutandus, ambigitur; mei inexpoliti ingenij facinus non eſt cothurnato ſtylo trutinare omnes omnium ſententias? quippè meis viribus impar,ſed meam, quatenus mea intereſt, vix in medium proferre; non eſſe ſcilicet immunitatis ſubſidio indignum.

Fundamentum à priori ſit Gregorianum ſtatutum *in c.fin.de Immun.* cuius hæc verba,*homicidia,& mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis,earumvè cœmeteriis committere non verentur*, ex his deducitur deciſio vltra caſus enarratos cæteros, & præcipuè noſtrum ſub generalitate Immunitatis aſſeruari, incluſionem enim vnius eſſe excluſionem alterius, & exceptionem firmare regulam in non exceptuatis, vulgata ſunt iuris axiomata, *l. nam quod liquidè § finali ff. de penu.legat.l.tribus §.vltim. ff.de milit.teſt.cap.Dominus 32.quæſt.7.*eò fortiùs cum ſimus in odioſis, in quibus non datur extenſio *cap. odia de reg. iur.in 6.* ſed rationibus non eſt morandum, ne aliena hic tranſcribam, cum pleniùs per Iuris Interpretes adducantur.

Et primò per Mar Ital.*de immun.lib.1. cap.4. §.7.à num.11.vſque ad 27.& cap 5.§.3.à num.4. vſque ad 7.*qui in quæſtione propoſita & authoritatibus, & rationibus ſcitiſſimè diſſerendo noſtris annuit dictis; optimè ad hæc faceſſit *dec.* Maſtrill. 221 nempè ſtatorum puniens delinquentem in Eccleſia non animaduertere in delinquentem in oſtio Eccleſiæ, ad Noſtrates pertranſeundo non abſona videtur *decis.* Vinc. de Franc.402.arguentis, an indulgentia conceſſa delinquentibus exceptis ſacrilegiis gaudeat delinquens in oſtio Eccleſiæ, qui articulus licet non fuiſſet deciſus; ex rationibus tamen ibi congeſtis affirmatè videtur; oſtium enim eſt de Eccleſia, non autem in Eccleſia, vt ait Ricc. *add.ad deciſionem* ſupra narratam, in cuius calce examinando articulum immunitatis vtitur his verbis: *Hinc Conſtitutio diſponens,delinquentem in Eccleſia non deberè gaudere eius immunitate, non habet locum in delinquente in oſtio Eccleſia,quia cùm ſtatutum vtatur dictione in, comprehendit locum interiorem, non exteriorem Eccleſia*, allegat Bar.*in l. Gallus §. ille caſus ff. de lib.& poſthum.* demum incidi in Viſcont.add. ad Vinc.de Franch. *decis.709* cuius iuuat hic dicta referre, ſic ait 1 *In cauſa Epiſcopi Melitenſis contra illos de Raganato, & Menetiis inquiſitos de homicidio in perſonam Franciſci Carati de Poliſtena commiſſo in dormitorio Sanctiſſimi Roſarij dicta Terra; & per Collaterale Concilium, & Scriptorium fuit ordinatum non eſſe extrahendos, ſed gaudere immunitate prædicta, quia dictum homicidium non fuerat commiſſum in Eccleſia, vel cœmeterio ſecundum Bullam prædictam, & conſequenter non poſſe extendi*, hæc ille; nec ſub ſilentio prætereundi Farinac. *conſ.76. num. 14.* & Peregr. *in ſuo tract. de immunit. Eccleſia cap.6 num.30 31.& 32.* qui ad dicta Farinac. *loc.ſup.cit.* hæc ſubnectit *n.32.* *Qua opinio procedit date, quod homicidium,vel mutilatio membri ſit facta in locis priuilegiatis non extra, ſed propè Eccleſiam, vt intra ſpatium quadraginta, vel triginta paſſuum circum circa Eccleſiam, intra clauſtum ſupra tectum Eccleſia vel in loco ſubterraneo,& ratio eſt:quia nomen Eccleſia ſumitur quandoque ſtrictè, quandoque largè, quando tractatur de pollutione Eccleſia ſumitur ſtrictè.Vndè campanile,& atrium, & ſimilia loca non veniunt nomine Eccleſia in dicto caſu, quia non ſunt principaliter Deo dicata, ſed in quandam conſequentiam,& ſi ſanguis humanus iniurioſè effundatur in dictis locis, non polluitur Eccleſia*, vt docet Suarez *de relig. tom.1.tract.2.lib.3.cap.9. num.7.* *quando verò tractatur de priuilegio immunitatis, tunc ſupradicta loca veniunt nomine Eccleſia*, vt docet Suar.*in loco præallegato, vnde cum per ſupradictam tertiam exceptionem reſtringatur immunitas Eccleſia,propter nomen Eccleſia, vel cœmeterij ſtrictè ſumendum eſt.*

Addo ego Ambroſ. *de immun. & libert.Eccleſ. cap.5.num.4 verſ.nec ſubſiſtunt*, *Barboſ.iur. Eccleſ. vniuerſ. de immunit.cap. 3. num. 117.* & perſpicaciſſimum Donat.Ant.de Mar.*reſol.quot. cap.179.num.9.cum ſeq.* et cap. 170 to. 6°

*D.Ioſeph Maria Sanſelicius.*

## ARGVMENTVM.

*Vtrum vulnerans clericum gaudeat Eccleſiaſtica immunitate?*

### SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *In obiecta difficultate Doctores in varias abierunt ſententias.*
*Et negantium fundamenta, & rationes primò recenſentur, & num. ſeqq.*

Ambroſin. *diſtinctio vti not. obſeruatur.*

3 *Notarius clerici percuſſor, quando ſit ab Eccleſia expellendus.*

4 *Clericus repreſentat Eccleſiam.*

*Eccleſia ſatisfactio fieri debet de iniuria in clericum irrogata.*

*Fori electio non minùs Eccleſia, quàm clerico pro iniuria ſibi illata competit, & ita praxis forenſis inualuit.*

Marr. Ital. *vti parùm diligens in hoc notatur.*

DD. *qui affirmatiuas ſuſtinent partes referuntur ibid. in fine.*

5 *Nunc commemoratur ratio ſuper qua fundatur affirmatiua, & ſic contraria opinio.*

*Necnon celebris diſtinctio* Bonif de Vital.

*Et ad extremum traditio* Farin. *ſuſtinentis, etiam clerici homicidiam, nedum illum vulnerantem eadem gaudere immunitate.*

6 *Propter commemorata DD. diſſidia contraria prolata ſunt deciſiones, quæ hic referuntur.*

## DECISIO XX.

1 MAſillus Pepe clericum vulnerauit dolo ex propoſito; & indiciatus de mandato alterius confugit ad Eccleſiam, à qua extractus fuit. Dubitatum fuit, an ſit ad eam reponendus.

2 Et pro negatiua adducebantur infraſcripta.

Primò, quia confugiens ad Eccleſiam, ſi ex eodem delicto, pro quo ad eam confugit, ipſo facto ſit excommunicatus, vt in præſenti facti figura, tunc non gaudet præfata immunitate, ex adductis notiſſimè per Ambroſ. *in tract. de immunit. cap. 8. in fin. verſ. & minus obſtat*, & ante eum hoc voluit Decian. *in tract. crim. lib. 6. cap 26. de caſibus, qui reſpiciunt perſonam n. 3. in fin. & n. 11.*

3 Hinc ex concordi DD. conſenſu notorius clerici percuſſor vti excommunicatus ab Eccleſia expellendus venit tempore celebrationis diuinorum officiorum, etſi expelli non poteſt, omittenda ſunt officia, ſic ex Couarr. Sayr. Tab. Sot. Nauar. & aliis tenet Emanuel Sà *in aphoriſ. confeſſar. in verbo excommunicatus n. 34. iuncto n. 40.* & ideò, cum tempore, quoad Eccleſiam confugit, diuina celebrabantur officia, rectè ex hoc videbatur extractus, tanquam excommunicatus, & licitè captus poſt extractionem in loco non immuni.

4 Inſuper eadem opinio, & hac iuuatur ratione, quia dictus Maſillus commiſit in Eccleſiam dum percuſſit dictum clericum, qui Eccleſiam repreſentat, Decian *in dicto lib. 6 cap. 28. n. 11.* vnde iniuria facta clerico dicitur facta Eccleſiæ *cap. 2. §. fin. de foro competenti, cap. accuſatio ſecunda quaſt. 7.* & ideò requiritur ſatisfactio Eccleſiæ *cap. deſideros § fin. de ſententia excommunicationis*, ex quibus fuit pluries iudicatum, & in dies obſeruatur, quod ſicut competit electio fori Eccleſiæ, ita pariter clerico pro iniuria ſibi illata ex traditis per vtrumque Annam *in allegatione 146.* quod non animaduertit Italia *in tract. de immunit. cap. 5 §. 3. num. 80. verſ. & cum hac diſtinctione concordare videtur*, qui in ſacrilego ad locum tantum reſtrinxit. Et hoc argumento, quia clericus repreſentat Eccleſiam, tenuit vulnus infligentem clerico non gaudere immunitate Eccleſiaſtica Bobadil. *in polit. 3 tom lib. 21. cap. 14. num. 46. in fin. verſ. però ni es que le hyrio*, eadem ſequitur Villadieg *in politica cap. 3. dell'immunità Eccleſiaſtica numero 212 verſ. tan poco gozara* hanc etiam opinionem tenet Riccius *in praxi variarum reſol. 309.*

At pro affirmatiua, quod gaudeat immunitate, adducebatur hæc ratio, quia non reperitur de iure, nec ex tenore Bullæ Gregorij prohibita immunitas in hoc caſu, nec per excommunicationem illa priuatur, quando confugit ad Eccleſiam, vt corpus ſaluet, vel membra ſua, nam tunc non eſt extrahendus inuitus, ſed deſiſtendum à celebratione miſſarum, ſecus quando cum ſua proteruia ſtat, impediendo illarum celebrationem, ita diſtinguit Bonif. *de vital. in repetione Clement. grauis num. 23 verſ. præterea aliud extrahere de ſententia excommunicationis*; nam excommunicatus gaudet immunitate Eccleſiæ, ex adductis per Farinac. *de carceribus, & carceratis q. 28. n. 39.* 6

Qui amplius *in tit. de immunitate Eccleſiæ cap. 7. num. 114.* ſuſtinuit, vulnerantem, imò occidentem clericum gaudere immunitate, quia Conſtitutio hunc caſum non excipit.

Denique ex hac ancipiti controuerſia duæ ortæ ſunt deciſiones inuicem, & ex diametro contrariæ in propoſito caſu ſub die 5. Aprilis 1619. per S. C. fuit deciſum D. Pepe non gaudere Eccleſiæ immunitate, & in reclamatione fuit confirmata deciſio, deinde in anno 1621. ſub die 8. Nouembris per M. Cur. delegatam fuit iudicatum eſſe reponendos in Eccleſia Ioannem Baptiſtam, & Ioannem de Ruffis inquiſitos de homicidio in perſonam Sacerdotis Theſaurarij, & Viceprioris Eccleſiæ Sancti Nicolai in Ciuitate Barij, acta ſunt in banca Frauli in M C. & decretum confirmatum per Collaterale Conſilium.

## ARGVMENTVM.

*Filius, & famulus an gaudeant priuilegio patris, & domini quoad fori declinatoriam, & quæ requiratur.*

## SVMMARIVM.

1 *Exercitium, & deſcriptio matriculæ requiritur, vt competat cognitio Curiæ artis lanæ & ſerici.*

2 *Deſcriptio in matricula patris & Domini operatur etiam in beneficium filiorum, & famulorum quoad competentiam Iudicis, & ita deciſum.*

3 *Familia quando gaudeat priuilegio Domini & quid in familia Epiſcopi, & clerici, & in famulis Eccleſiæ remiſſiuè.*

4 *Et quid ſi tempore delicti erat de exercitio, poſtea autem illud dereliquit, an tempus iudicij attendatur, & proinde puniendus ſit per Iudicem ordinarium, vel remittendus ad Iudicem artis, & quid è conuerſo, & quid de pœna, & modo procedendi remiſſiuè.*

### DECISIO XXI.

1 EXercitium,& deſcriptio in matricula requi-
runtur ad hoc, vt cognitio ſpectet ad Cu-
riam artis ſerici, & artis lanæ, de quibus ha-
bes per Præſid. de Franch. *deciſ.* 481. & ſuffi-
cit deſcriptio patris, ſeu Domini, vt dicatur
competens in cauſa filij, ſeu famuli, cùm priui-
legium ſit conceſſum ratione profeſſionis, ſeu
2 exercitij Io. de Plat. *in l. in filiis n.4. C. de decur.*
*lib.* 10. cuius verba hæc ſunt, *Si autem priuile-*
*gium ſit conceſſum alicui ratione profeſſionis offi-*
*cij, vel exercitij, quod gerit, vel cui deſeruit, hoc*
*priuilegium tranſit ad filios exiſtentes in ſeruitio*
*illius, & quandiu ille viuit, & morte illius extin-*
*guitur, ſicut extinguitur exercitium, quod erat*
*priuilegij cauſa*, & ita firmat idem Io. de Plat.
*in l. viros C. de comit. conſiſtor. lib.* 12. *& in l. ne*
*ad diuerſa 4. C. de ſilent. lib.* 00. *& in l. eos, qui 6.*
*C. de fabricenſib. lib.* 10. & iudicatum fuit de anno
1587. in cauſa Cæſaris Mangiapia famuli Seba-
ſtiani Marcheſij artis ſerici, & in cauſa Tyberij
Cammayoli filij Michaëlis Cammayoli ſub die
9. Decembris anno 1545. & in cauſa Franciſci
Antonij Paterni exercentis artem ſerici ſub pa-
tre matriculato de menſe Nouembris 1598. Et
in cauſa Ioanis alias Ioannelli Cammayoli filij
Pompeij Cammayoli ſub die 3. Decembris
1640. reuocando ſententiam M.C. quæ aliter iu-
dicauerat, & in cauſa reclamationis confirmata
ſub die 9. Martij 1605. Et nouiſſimè de anno
1611. ita obſeruatum per M. C. in cauſa Fran-
ciſci de Amore.
3 Et quando familia gaudeat priuilegio Do-
mini quoad forum vide Capyc. *deciſ.* 12. & quid
in familia clerici, & Epiſcopi, & ibi Adden-
tes, & Marta *in tract. de iuriſdict. part.* 4. *cen-*
*tur.* 2. *caſ.* 3. & Theſaur. *deciſ. Pedem.* 22. & latè
ſunt tradita ſupra *in cap.* 1. vbi etiam quid de
famulis Eccleſiæ.
4 Et quid ſi tempore delicti erat de exercitio,
poſtea autem dereliquit exercitium, an tempus
iudicij attendatur & ſit puniendus per Iudicem
ordinarium, vel remittendus ad Iudicem artis,
vide Vinc. de Franch. *dec.* 417. & per Caball.
*caſ.* 147. vbi etiam quid è conuerſo, & quid de
pœna, & modo procedendi.

### ARGVMENTVM.

*An ad fiſci inſtantiam ſint recipiendi teſtes*
*poſt publicationem contra inquiſitum*
*accuſatore exiſtente in iudicio.*

### SVMMARIVM.

1 *Ex officio poſſe Iudicem publicatis atteſtatio-*
*nibus nouos recipere teſtes, adſtruitur, &*
*ita practicatur, & n.* 3.
2 *Quod extenditur in omni eo, quod Iudex*
*ex officio faceret, vt publicatio ipſum non*
*impediat.*
3 *Vſus forenſis inoleuit cauſas ſuperſederi etiam*
*in limine expeditionis ſub prætextu nouo-*
*rum teſtium.*
4 *Et tam ſi pro inuenienda innocentia, quam*
*ſi pro maleficio detegendo procedatur, &*
*num.* 6. *&* 9.
5 *Et in quacunque iudicij parte.*
7 *Non enim impunita debent remanere delicta.*
8 *Neque innocens puniri.*
10 *Locum quoque obtinebit hæc noſtra particulà-*
*ris aſſertio in fiſco, ac inquiſitionis promo-*
*tore à Principe deputato, vt ad eius in-*
*ſtantiam pro reperiendo maleficio ad ſen-*
*tentiam vſque teſtes recipere Iudex tenea-*
*tur, & in cauſa ſuperſedeatur, & n.* 13.
11 *Etenim in fiſci procuratore calumnia, vel ſub-*
*ornationis omnino ceſſat præſumptio, cum*
*commodũ, & incommodum ad ipſum mini-*
*mè ſpectet, & ex officij neceſſitate procedat.*
14 *Quæ officij neceſſitas à præſumpta excuſat ca-*
*lumnia, & fiſci procurator publicata teſtium*
*dicta apud ſe ſemper habet.*
15 *Fiſcus admittitur etiam poſt publicationem ad*
*confirmandũ teſtium fiſci dicta, eaque fo-*
*uenda, teſtes producere.*
16 *Quod quando locum ſibi vendicet, exemplifi-*
*catur.*
17 *Vnde ad probationem indirectè contrariam*
*poſt publicationem, tam actor, quam reus*
*admittitur ad confirmanda dicta teſtium*
*examinatorum ante publicationem.*
18 *Directè probatio contraria quando dicatur*
*remiſſiuè.*
19 *Accuſatore exiſtente, quando fiſcus, ſeu Iudex*
*ex officio ad offenſam reorum poſt publi-*
*cationem teſtes producere poſſit.*
20 *Moderamen obſeruandum in tali receptione*
*& ita deciſum num.* 21.
22 *Accuſato existente an cenſeatur fiſcus inhære-*
*re appellationi iuxta Regiam Pragmaticã.*
23 *Accuſatore appellante, & deinde renunciante,*
*an fiſcus poſſit proſequi.*
24 *Teſtes an & quando poſſint repeti in ſecunda*
*inſtantia.*
25 *Teſtes non benè repetiti ex errore Actuarij,*
*ſeu iudicis, poſſunt repeti etiam publicato*
*proceſſu, & termino dato ad repetendum.*

### DECISIO XXII.

POſſe Iudicem ex officio publicatis atteſta- 1
tionibus, nouos recipere teſtes tenuerunt
Doct. Regnicolæ, Follet. *in pract. crim. in*
*rubr. fiat publicatio in fin.* dicens, quod publi-
catio non ligat Iudicem in eo, quod ex offi-
cio faceret, affert doctrinam Bald. *in l. data* 2
*opera C. qui accuſ. non poſſ. col.* 11. *verſ. item nota*,
& ſic practicatur, & idem Bal. *in l. Presbyteri la*
*prima C. de Epiſc. & cler. num.* 8. *verſ. ſed in cri-* 3
*minali ſiquidem eſt*, Crauit. *rit.* 69. *in fin.* qui
teſtatur, vidiſſe ſeruari cauſas in limine expedi- 4
tionis ſuperſederi prætextu nouorum teſtium,
nam ſicut pro inuenienda innocentia, ita etiam
pro reperiendo maleficio Iudex poteſt in qua- 5
cunque iudicij parte ex ſuo officio teſtes reci-
pere Afflict. *in Conſt. terminum vita num.* 44. 6
*verſ ego ſemper tenerem*, dixit tam ad defenſam 7
quam ad offenſam ex officio, Iudicem poſſe 8
poſt publicatum in cauſa teſtes recipere, ne de-
licta remaneant impunita, vel ne innocens pu-
niatur, & inferiùs in verſiculo inde dicit An-
gel. de Aret. hoc procedere, ſiue agatur per viam 9
inquiſitionis, ſiue accuſationis aſſerit, & Bo-
nacoſſ. *in recoll. com. opin. loc.* 9 *cap.* 4 *in fin. verſ.*
*teſtes ad defenſam recipi poſſunt per viam inqui-*
*ſitionis, ſiue accuſationis*, erit ergo concluſio,

quod ad defenſionem inquiſiti, & per Iudicem ex officio, ſiue quandocunque poſt publicationem ante ſententiam poſſunt recipi teſtes, Affl. *loc.cit.ver.ſed in cauſa criminali*, Vrſill. *ad deciſ.* Affl.216.*n*.3.

10 Et etiam ad fiſci inſtantiam pro maleficio reperiendo ad ſententiam vſque teſtes recipere tenetur, & in cauſa ſuperſedetur Balat. ad Iul. Clar. *quæſt.61.verſ.ibi quinimò ſecundum aliquos*, Theſ. *deciſ.* 262. *in prima ampl.* Farinac. *q.* 77.
11 *num*.413. vbi communem refert. Quia cum fiſci procurator ex officij neceſſitate procedat, nec ad eum commodum, vel incommodum pertineat, non præſumitur in eo calumnia, vel ſubornatio, vt tradunt Cyn. & Bal. *in l. ſancimus C.de*
12 *iudis*. neceſſitas enim officij excuſat à præſumpta calumnia, vt *in l.2. C. de calumniator.* ſicut ergo Iudex admittitur ad recipiendos teſtes vel ad repetendum; ita & promotor inquiſitionis
13 à Principe deputatus, Aret. *in cap.cum clamor num.6.verſ. vnde nos poſſumus dicere, & melius*
14 *deteſt.* ea enim ratione, quia ceſſat ſubornationis timor, & fiſci procurator habet apud ſe publicata teſtium dicta, quod conſiderauerunt Ioann. Andr. & Felin. *in d. cap. cum clamor*, & Marian.Soci *in repet.cap. qualiter, & quando num.* 1084.*verſ.quoniam Iudici inquirenti ex mero officio. ext.de accuſ.*

15 Eò maximè ad confirmanda, & fouenda dicta teſtium fiſci, vt in caſu, de quo agitur, ex dictis per Innoc. *in d.cap.cum clamor, de teſti.* vbi Innoc. ponit exemplum, videlicet, Probaui
16 per duos teſtes me emiſſe die tali, aduerſarius probauit, me alibi fuiſſe, poſſum poſt publicationem atteſtationum alios producere teſtes ad confirmandum, & fouendum dicta meorum teſtium, ſcilicet, quod eadem dia fui præſens, & emi, quem referunt, & ſequuntur Bal. Abb. & Anch. *in alleg.cap.cum clamor*, & ita iudicatum fuit in Conciſtor. Panor. vt teſtatur Mar. Giurb. *deciſ.*73. *in fin.* pro quo faciunt
17 dicta per Capyc. *deciſ.* 62. vndè ad indirectè contrariam probationem admittitur, tàm actos, quam reus poſt publicationem, & in caſu præ-
18 dicto exemplificat directam Imbrian. *in tract.de repulſa conſid.2.n.160.& num.ſeqn. verſ. at indirectè.*

Remanet tantum dubium, an accuſatore exiſtente poſſit Iudex ex officio teſtes ad offenſam
19 examinare.

In qua quæſtione variè DD. loquuti ſunt, ita quod tàm affirmatiuam, quàm negatiuam ſententiam communem referunt moderni, quos congerit Farin. *in tract.de teſt.quæſt.*77. *num* 414. *in 6.ampliat.* & ſi negatiuam communiorem aſſerat, eam tamen inferius *num.* 418. *verſ. quid dicendum*, reſtringit, quando Iudex eſſet certus, nullam adeſſe ſubornationem, & *in fin.d. quæſt. num.*430. in praxi autem affirmatiua eſt recepta, & ſecundum hanc iudicauit Senat. Pedemon. teſte Theſauro *deciſ.*261. Affl. qui in iudicando in Sacro Conſilio plurimum vacauit, eandem tenet *in d.Conſt.terminum vita num.*44.*verſ.inde dicis* Angel.de Aret.Iul. Clar. *quæſt.* 61. *num.* 3. *verſ.ſi verò delictum eſt tale, pro quo etiam ex officio procedi poteſt.*

Quæ opinio ſeruanda eſt cum aliquibus
20 circumſtantiis, ſcilicet abſque interuentu, & notitia accuſatoris ex dictis per Affl. & Iul. Clar. *relatis in locis*, & ex cauſa, vbi non adeſt falſitatis ſuſpicio iuxta ea, quæ aduertunt Iul. Clar. & Farin. *vbi ſup.* & his circumſtantiis adhibitis ſublata remanent omnia, quæ pro contraria parte adducuntur.

Et iuxta prædicta obſeruatur in M.C.

Item accuſatore exiſtente, & eo appellante, 21
non cenſetur fiſcus inhærere appellationi, & 22
hoc caſu ceſſat diſpoſitio *Reg.pragmat.*8 *de appellat.* Vincent. de Franch.*deciſ.*467.*in fin.* Reg. de Pont. *in tract.de poteſt.Proreg.tit. de elect. official.*§.1.*num.*33.Rouit.*in d.pragm.* 8. vnde poteſt in præiudicium fiſci renunciari, idem Dom. de Franch. *deciſ.*658. & ita reſolutum fuit per M.C. vti delegatam in cauſa Franciſci Antonij 23
Dauid Ducis Caſtelutij de menſe Nouembris 1625. nam dum accuſator reclamaſſet à decreto liberatorio renunciata reclamatione, fiſcus proſequi poſſe prætendebat, fuit per M. C. denegata proſequutio: obtinuit à Prorege abſque voto Collateralis Conſilij reſcriptum, quod reuideatur cauſa accedente conſilio cuiuſdam Regij Conſiliarij, qui mecum alloquutus, dicebat, quod ſicut accuſatore, vel denunciatore deſiſtente Curia ex officio procedit per authoritates adductas per Carau. *in rit.*203. *num.*1.*&* 233.*num.*14. ita deſiſtente in cauſa reclamationis iuſtè per Principem mandari poterit proſequutio ad fiſci inſtantiam.

Et redeundo ad materiam receptionis teſtium 24
poſt publicationem fuit de menſe Septembris in anno 1627. per Magnam Curiam reſolutum eſſe repetendos teſtes in ſecunda inſtantia, qui fuerunt pro repetitis habiti in prima inſtantia à procuratore non habente poteſtatem, pro quo facit tex. *in Clem. teſtibus iuncta gloſſ. in verb. rite de teſtib.* & dicta per Afflict. *in Conſt. Iuris peritorum num.*6. & in terminis Vincent. de Franch. *deciſ.*668. fuit etiam per M. C. iudicatum concordi ſententia, & confirmatum per S. C. eſſe repetendos teſtes poſt publicationem in cauſa examinatos in alma vrbe in cauſa 25
ibi vertente, per quorum depoſitiones fundabatur delictum in genere, & elapſo termino dato ad repetendum ad inſtantiam fiſci, nulla habita ratione de diſpoſitis *in pragm.* 3. *de citat.* quia per errorem actuarij non fuit tranſmiſſa copia teſtium, qui erant repetendi in cauſa vertente in M. C. ſed penitus diuerſa, pro quo faciunt *dec.* Guid. Papæ 124. Vinc. de Franch. *deciſ.*371. & adducta per Vinium *in Silua com. opin.opin.*914. teſtes nulliter recepti; in cauſa Ducillæ Sermonetæ, & Caroli Caracciulo cum Octauio Carbone.

## ARGVMENTVM.

*Vocata cauſa fiſco inaudito, non dum prolata ſententia ob paritatem votorum, an ſit ei prohibitum nouos producere teſtes.*

### SVMMARIVM.

1 *Vota prolata, fiſco inaudito nulla ſunt.*
2 *Poteſt fiſcus nouos producere teſtes votata cauſa ipſo inaudito, maximè cum vota non operantur effectum ſententiæ, num. 3. & ita iudicatum.*

DECISIO

## DECISIO XXIII.

FIſcus vſqoe ad ſententiam admirtitur ad nouas probationes, vt ſuprà eſt fundatum in præced deciſ.n.10.

Sed quid ſi fuit vocata cauſa,& Iudices fuetuns in pari,voto,non audito fiſco,an teſtes producti pro parte Regij fiſci ad probationem delicti, antequam cum adiuncto ſententia profeſator, ſint recipiendi, & dandus terminus ſuper nouis reo.

Pro fiſco dicebatur, nulliter fuiſſe prolata vota prædicta ipſo inaudito iux.tex.*in l.ſi fiſcus ff.de iur.fiſci*, ibi, *quare ſi ſine fiſci Aduocato*
1 *pronunciatum ſit, Diuus Marcus reſcripſit, nihil eſſe actum, & ideo ex integro cognoſci oportere*, idem diſponitur per *Reg. prag.* quo actu an-
2 nullato poteſt fiſcus iuxta dicta in proximè præcedenti deciſione nouos producere teſtes.

3 Eò maximè cum vota non operentus effectum ſententiæ ex dictis der Affl. *in deciſ. 303. num. 2. verſ.omnibus fuit viſum.*

Ex quibus per M.C. coram Regente Marchione Corleti, qui ibi ſeperiebatur pro viſitatione carceratorum ipſo approbante fuit admiſſa probatio, & datus terminus ſuper nouis ſub die vltimo Martij 1618. in cauſa

quod in S.C.ſub 10. Maij confirmatum fuit.

## ARGVMENTVM.

*Teſtium depoſitio in tormentis an egeat ratificatione.*

### SVMMARIVM.

1 *Teſtis conuictus negans ſubijciendus eſt quæſtionibus.*

2 *In tortura contra teſtes conuictos, vel negantes an procedatur abſque diſputatione, & non data copia indiciorum, & proceſſus.*

3 *An teſtis confeſſi in tormentis dictum operetur abſque ratificatione, & de obſeruantia num.6.*

4 *Teſtis tortus an ex interuallo dictum ſuum ſpontè corrigere poſſit, & num.6.*

5 *Confeſſio rei in tormentis emanata metu tormentorum ſuſpecta dici poteſt, ideoque ex ea reus ipſe vti confeſſus, niſi in ea perſeueret, puniri non poteſt.*

## DECISIO XXIV.

1 TEſtis conuictus negans ſubjiciendus erit quæſtionibus iuxta ea, quæ traduntur per Bart.*in l.vnius §.Index in fine, in l. ex libero in princ. num. 1. col. 1. verſ. ſecundus ſi conuincitur, & in l. is. cui ff. de quæſt.* Boſſ. *in tit de tortur. teſt.num.*8. Iul.Clar.*lib.5.q.25. num. 8. verſ. torquentur etiam teſtes*, Gomez *in tit. de pœnis cap.13.num.29.*& alios, quàm plurimos DD.ad hoc congeſtos per Farinac. *de teſtib. in tit. de oppoſ.contra examen teſt. quæſt. 74. num. 20. cum*
2 *ſeqq.* & proceditur abſque diſputatione non data copia indiciorum, & proceſſus ex dictis per Bartol.& Marſil. *in d.l.vnius §.Index in fine ff. de quæſt.*quam opinionem communem refert Iul Clar. *in d.q.25.num.9 verſ.ſolet dubitari*, & latiſſimè Scac.*in tract.de Iud.cauſ. ciuil. & crim. in cap.100 poſt n.16.verſ.ſi non ſugillat, reprehendo opin.*Far n.*de indic.& tortur.quæſt.39. num. 116. lim.c.7.*affert allegationes Aduocatorum pro vtraque opinione, & diſtinguendo quæſtionem determinat *num.148.verſ ſublimitanda videtur.*

Id autem in controuerſiam venit, an ſi teſtis 3
confiteatur, eius dictum abſque ratificatione operetur, Doctores alij affirmatiuam, alij verò negatiuam tenuerunt.

Qui affirmatiuam ſequuti ſunt, nimirum teſtem de maleficio per alium commiſſo deponentem cum tortura probare abſque eo, quod poſteà ex interuallo extra tormenta confirmet, & ratificet dictum ſuum, ea nixi ſunt ratione: 4
quoniam teſtis tortus non poteſt ex interuallo dictum ſuum ſpontè corrigere, vt *in cap. præterea extra de teſtib.* ideoque nulla in eo requiri perſeuerantiam aſſeuerant, ita concludunt aliqui DD. è quorum numero ſunt Bal. *in l. fin. num.2.verſ. in ea gloſ.* ibi *contra ſe C. de quæſt.* Aug. de Arimin. & Onofr. Camaian. Baldo ſe ſubſcribentes à Caball. relati, qui in eandem defendit ſententiam in ſuis reſolutionibus criminalib.*cent.1.caſu 33. in princ.*

Negatiua verò ſententia, quæ habet, teſtis torti dictum abſque ratificatione ſubſequente nullius roboris, atque probationis eſſe, neque 5
aliquid operari, eo fundatus argumento, nam confeſſio in tormentis emanata metu tormentorum ſuſpecta dici poteſt, ad tex. *in l. prima §. quæſtioni,& §.ſi quis vltro in princ.de quæſt. in l. 2.*iuncta gloſſ.*in verb. ſed admiſſe C.de cuſtod. reorum*, quam ob rem ex ea reus vti confeſſus, niſi in ea perſeueret, puniri nequaquam poteſt Accurſ. *in l.prima §. diuus Seuerus reſcripſit in verb.pro exploratis ff.de quæſt.*Foller. *in pract. in verb.& ſi confitebuntur num. 81. verſ. 25. requiritur.* At verò hæc ipſa ratio ita locum ſibi vindicat, cum in caput ſuum quis confitetur, ſicut cum in caput alterius, imò fortiùs, cur ergo in hoc ſecundo capite nulla alia poſteà teſtis torti ratificatio, & perſeuerantia extra tormenta requiri non debet? ſi ne dum eadem, quæ in ipſo principali, in reo inquam, ſed imò maior, atque fortior in eo viget ratio, & hoc argumento hanc ſectatur opinionem Gomez *var.reſ.in tit de pœnis cap.13 num 29.*& ante eum Boſſ.*in tit. de confeſſis per tortur. num. 7.* cæterique adducti per Baiard. *eandem ſententiam amplectentem in addit.* ad Iul.Clar.*relatu quæſt. 25. num.4.verſ.item adde,quod torturæ teſtium.*

Et ſecundum hanc iudicare tutius eſſet ex dictis per Caball. *in d.caſu 33.in fine*, & firmiori fundamento fundatam, & poſſet reſponderi ad fundamentum contrariæ opinionis, quod tunc teſtis dictum ſuum corrigere non poteſt, niſi incontinenti, quando non ad eſt dubium,quod metu tormentorum dixit, quæ ſuſpicio tollitur 6
per perſeuerantiam, ſeu per ratificationem, verùm iuxta primam opinionem obſeruatum fuit per D. Reg. Rouit. tunc Regium Conſiliar. vti delegatum contra tondentes, & fabricantes falſam Monetam.

## ARGVMENTVM.

*An remiſſio aſſertorum coniunctorum defuncti non probata coniunctionis gradu ſufficiat ad ſuſtinendam gratiam impetratam?*

### SVMMARIVM.

1 *Remiſſio aſſertorum coniunctorum defuncti non probato coniunctionis gradu ſat non eſt ad ſuſtinendam gratiam impetratam, ſed eſt neceſſaria probatio, quod includi poſſit intra gradum ſucceſſionis, & quod proximior non adſit, & ita iudicatum, n.9.*

2 *Actio remittendi per* pragmaticam 8.de compoſit. *quibus competat.*

3 *Quoties aliquis vult vti aliqua diſpoſitione, ſiue ſtatuto, quod requirit certam qualitatem, ad hoc vt ſtatutum, ſiue diſpoſitio locum habeat & verificari poſſit, debet agens ex illa, probare qualitatem illam, nec ſufficit actum ſine qualitate probare.*

4 *Conſanguinitatis gradus qua modo ſint probandi. A quo autem ſit qualitas hæc probanda à reo, vel à fiſco, declaratur num.6. & 8.*

5 *Decretum præambuli iuxta rit. M. C. non interponitur, niſi ad inſtantiam filiorum, & deſcendentium, ad inſtantiam verò aliorum, qui ſunt ex linea tranſuerſali, nequaquam, niſi (quod difficile eſt) probetur, non adeſſe proximiorem.*

7 *Ex antiqua obſeruantia tam in Magna Curia, quàm in aliis Italiæ locis non valet gratia, priuſquam à M. C. ſeu à magiſtratu, vbi pendet inquiſitio, ſit decretum ſuper eius exequutione interpoſitum.*

10 *Qualitas proditionis non expreſſa vitiat gratiam ſuper homicidio proditoriè patrato.*

### DECISIO XXV.

IN S.C. ad relationem M. C. fuit dubitatum
ſuper nullitate gratiæ impetratæ per Vitalianum de Andria, an remiſſio aſſertorum con-
1 iunctorum defuncti non probato gradu coniunctionis ſat ſit ad ſuſtinendam gratiam impetratam quam fiſcus impugnabat ex eo, quod
actio remittendi competit his, quibus competit
2 ſucceſſio per *pragmat. 8.de compoſit.* & ſic non
ſufficit remiſſio; ſed eſt probanda hæc qualitas, quod remittenti competit ſucceſſio; nam
quotieſcunque aliquis vult vti aliqua diſpoſitio-
3 ne ſiue ſtatuto, quod requirit certam qualitatem,
ad hoc, vt ſtatutum ſiue diſpoſitio locum habeat, & poſſit verificari in caſu ſuo, debet agens
ex illo probare qualitatem illam, nec ſufficit ac-
4 tum ſine qualitate probare Maſcar. *de probat. concluſ. 1254. num 9. verſ. cum igitur probanda ſit qualitas.* Imò neceſſe eſt probare ſigillatim ſingulos conſanguinitatis gradus, & clara computatione diſtinguere, vt de teſtibus ſuper conſanguinitate deponentibus dicit tex *in cap. licet ex quadam verſ teſtes autem*, & ibi Panor. *colum. vlt. de teſtib.* nam non omnis coniunctus admittitur; ſed his tantum, qui poteſt ſuccedere ſi eſt omnium proximus; aſſerendo igitur, & probando ſimpliciter, ſe eſſe conſanguineum ſine certa graduum computatione, incerta eſt probatio, quæ poteſt includi, vel non includi intra gradum ſucceſſionis, ideò non releuat *cap. in præſentia de probat* late Tiraquell. *de retract. lignag. §.1. gloſſ.16.n.4.*

Vnde decretum præambuli iuxta *ritum M.* 5
*C.*178.non interponitur, niſi ad inſtantiam filiorum, & deſcendentium; ad inſtantiam verò aliorùm, qui ſunt ex linea tranſuerſali, nequaquam: nam neceſſe eſſet probare gradum, & non adeſſe proximiorem, quod cum ſit difficile nemo ſe ponit in hoc, prout dicit Carauit. *in rit, 281.n.4.verſ.aduerte tamen.*

Hoc ſine dubio obſeruandum erit, quando 6
reus petit exequutionem gratiæ in M. C. nam
ex antiqua obſeruantia non priùs valet gratia,
quàm ſi à M. C. ſeu à magiſtratu, vbi pendet 7
inquiſitio, ſit interpoſitum decretum ſuper exequutione, ſicut etiam obſeruatur in aliis Italiæ locis, teſte Theſaur. *deciſ.* 21. *in princ.* cum id ſit fundamentum ſuæ intentionis.

At quando iam reperitur interpoſitum de- 8
cretum ſuper exequutione gratiæ, & fiſcus agit ad annullandam gratiam, tunc erit fundamentum fiſci agentis probare alios adeſſe, quibus ſucceſſio competit: quia præſumitur pro Iudice ex dictis per Alciat. *præſumpt. 9. reg. 1.* & quia eſt in poſſeſſione libertatis propter gratiam, & eſt conuentus, ſecùs verò quando agit dicens velle gaudere gratia: quia plenè probare debet requiſita ad validitatem gratiæ, ita Abb. diſtinguit in cauſa liberali *in cap. auditis n.30. in fin. verſ. in cauſa tamen liberali.*

Cui incumbat onus probandi qualitatem adfuiſſe, vel emiſſam fuiſſe pro validitate, ſeu inualiditate gratiæ, dum allegatur Alciat. eſt regula 3. *præſumpt. 9.* adde Batt. *in l. matrem, C. de probat.* Abb. *in cap. auditis, n.30. in fin. verſ. in cauſa tamen liberali de præſcript.*

In M C.V. ſub die 15. Octobris 1619. in cauſa 9
Ferdinandi Blaſchi fuit iudicatum, remiſſionem auunculi, non probato, quod ſit proximior, non ſufficere ad exequendam gratiam, in qua aderat clauſula, *dummodo Patris remiſſionem habeat.*

Secundò, fuit oppoſitum, non fuiſſe expreſ- 10
ſam qualitatem proditionis; ſed tantum homicidium, & ſuper tali aſſertione conceſſam gratiam, quo caſu non prodeſt gratia, non expreſſa proditione, Seſ. *in tract. inhibit. & magiſt. cap. 1. §.5. n.60. verſ. imò quod plus eſt*, Theſaur. *d. deciſ.* 21. *num. 2.*

## ARGVMENTVM.

*Vxor an admittatur ad necem viri deferendam, & an requiratur eius remiſſio pro obtinenda compoſitione, ſeu gratia.*

### SVMMARIVM.

1 *Vxor ad necem viri defendendam an admittatur, eiuſque remiſſiã pro compoſitione, vel gratia obtinenda neceſſaria ſit, quæritur & ſeq.*

2 *Vxoris remiſſionem neceſſariam non eſſe argumẽta oſtenditur, contrariã tamen obſeruatã*

*& deciſum fenetur, & num. 25.*

3 *Vxori non defertur ſucceſſio, niſi agnatis, & cognatis, cæteriſque tranſuerſalibus vſque ad decimum ſucceſſionis gradum deficientibus.*

4 *Vxorem ex iuris communis diſpoſitione de nece viri accuſare poſſe non dubitatur quamuis non ſit mariti hæres, & n. 7.*

5 *Itidem de morte ſoceri.*

6 *Socer vxori coniungitur mediante perſona mariti.*

8 *Ritus M. C. illos ad accuſandum tantum admittit, qui ſuam, vel ſuorū proſequuntur iniuriam.*

9 *Vxor in vlciſcenda viri necem ſuorum appellatione continetur.*

10 *Ideò ſuam proſequitur iniuriam, dum viri necem vindicat.*

11 *Vxor vna caro cum marito dicitur, & quomodo hoc pronunciatum intelligatur, declaratur, & num. 17.*

12 *Explicatur* pragm. 8. de compoſit.

13 *Declaratur* lex item apud Labeonem §. ſi quis virgines ff. de iniuriis.

14 *Iniuriam facere dicitur, qui ſe iniuriam facere non ignorat,*

15 *Iniuriantis affectus conſiderari debet.*

16 *Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*

18 *Declaratur* rit. M. C. 191. *ſecundum ordinem Carauit.*

19 *Statuta extenſiuam non recipiunt interpretationem, nec ad fictum extenduntur caſum, niſi caſus fictus expreſiè ſpecialiter exprimatur, & num. 22.*

20 *Interpretari ad caſum fictum, & improprium extentionem importat.*

21 *Fictio in ſtatutis locum ſibi non vendicat.*

23 *Vxor orbata viro inter miſerabiles, vt vidua recenſetur.*

24 *Titium occidere volens, & Sempronium occidens, quamuis animum non habuerit occidendi Sempronium, adhuc Sempronij remiſſio neceſſaria erit.*

## DECISIO XXVI.

1 PRo opinione negatiua adducuntur verba *pragmatica 8. de compoſit.* ibi, *La volontà noſtra è, che s'ottengano le remiſſioni predette da tutti li parenti di detti occiſi più proſſimi, o più congionti, alli quali ſi deferiſce la ſucceſſione*
2 *del morto.* At cum vxori non deferatur ſucceſſio exiſtentibus agnatis, ſequitur ius accuſandi, & remittendi non habere, niſi deficientibus agna-
3 tis, & cognatis, cæteriſque tranſuerſalibus vſque ad decimum gradum ſucceſſionis ex dictis per Foller *ſuper prag fin. de compoſit. n. 31. verſ. ampliate modo vos veramque materiam*, notiſſimè Hier. Ferdinandez de Otero lucubrat. Roman. *diſp. 27.* adductis pro vtraque opinione argumentis in ea reſidet, attento iure communi, vxorem admittendam eſſe, tam ad vindictam necis mariti, quam ad compoſitionem, & remiſſionem illius; attento verò iure Regni Neap. eandem admitti ad accuſandum ex traditis per Carauit. non autem ad remittendum, concurrentibus aliis conſanguineis, & ſucceſſoribus hæreditariis ex diſpoſitione *Reg. pragmatica.*

4 Pro affirmatiua adducuntur diſpoſitiones iuris communis, & ritus. De iure igitur communi nemo eſt, qui dubitet, vxorem accuſare poſſe de nece viri, quod probat Bart. *in l. 2. num. 12 ff.*
*de accuſat.* ſumpto argumento à maiori, nam ſi 5
poteſt accuſare de morte ſoceri, vt *in d. l. 2. iuncta l. lege Iulia ff. de teſtib.* qui ſocer ſibi coniungitur mediante perſona mariti, multò magis 7
poterit accuſare de nece ipſius mariti, quamuis non ſit mariti hæres Roman. *in l. prima §. potuiſſe ff. ad ſyllanian.* & hanc multi DD. ſequuntur, & communem referunt, vt per Farinac. *in tit. de accuſat. part. prima, quaſt. 13, num. 14.* Andr. de Iſern. & Affl *in Conſt. ſummo periculo per ritum M. C. V. 191.* ſecundum ordinem Carauitæ 8
diſponitur, ad accuſandum illos tantum admitti, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur, & inter hos connumeratur vxor, non ſolum quia ſuorum appellatione venit Carauit. *in d.* 9
*rit. 191. num. 6. verſ. quod ſic dicunt*, ſed etiam, 10
quia ſuam proſequitur iniuriam, ſuumque damnum metitur, adducit text. *in l. item apud Labeonem § ſi quis virginem in verſ. tenetur ff. de iniuriis*, Gloſ. *in Conſtitutione ſummo periculo in verb. mater verſ. ſed quid de vxore*, Foller. *in d. prag. 8. de compoſit. n. 24. verſ. 3. d. Reg. prag.* Tartaglia ibid *n. 3* Vulpell. *in tract. de pace quaſt. 11.* ex quo eſt vna caro cum marito, & propter 11
magnum amorem adinuicem afficiuntur Gloſſ. *in l. ſi cum dotem §. ſi maritus in verbo participem ff. ſolut. matr. cap. gaudemus §. quia verò de diuortiis, Geneſ. 2.* & iuxta illud Propertij,

*Omnis amor magnus, ſed apertè in coniuge maior,*

Ex his præfati DD. & Regniculæ præſertim indubitanter, & ius querulandi, & ius remittendi competere affirmauerunt.

Nec obſtat pragmatica prædicta, quæ tan- 12
tum ſuos declarauit, vt ex verbis eiuſdem pragmaticæ colligitur ibi, *Et hauendoci queſta gran Corte fatta inſtantia per dichiaratione da che grado congionti li offeſi, &c.* nec de iis loquuta fuit, quibus ſuam iniuriam proſequi eſt permiſſum.

Verum qui negatiuam ſuſtinuerunt, reſ- 13
pondebant ad text. *in l. item apud Labeonem §. ſi quis virgines*, ibi Vulp. dat actionem comiti, quando in iniuriam ipſius comitis fuerit commiſſum homicidium, quod patet ibi *in verſ. abduxiſſe videtur*, ibi, *vt comes cum ea non eſſet*, & paulò inferiùs, *qui perſuaſit comiti, vt eam deſereret*, at quando animus fuit tantum vlciſcendi in virum, non occidit, vt vxorem deſereret, nec conſiderata vxoris perſona; ſed odio ipſius viri, tunc nulla iniuria dicitur illata vxori, cum nemo iniuriam faciat, niſi qui ſcit ſe iniuriam fa- 14
cere, *l. illud §. ſanè cum ſi, & l ſequenti ff. de iniur.* & affectus iniuriam facientis conſiderari debet 15
*l. cum, qui §. ſi iniuria ff. eodem*, vnde maleficia 16
voluntas, & propoſitum committentis diſtinguunt *l. qui iniuria ff de furtis.*

Itemque ad id, quod dicebatur, eſſe vnam 17
carnem cum marito, & quod dicatur perſona, & pars corporis, cum id dicatur impropriè, & fictè, & ritus admittens eum, qui ſuam iniuriam proſequitur, intelligendus eſt ſecundùm veritatem, non ſecundum fictionem, & hoc illa ratio- 18
ne, quia ſtatuta non recipiunt interpretationem 19
extenſiuam, ſed interpretari ad fictum, & im- 20
proprium eſſet extendere, verba ſunt Bart. *in l ſi is, qui pro emptore num 33 ff. de vſucap.* vnde fictio non habet locum in ſtatutis, latè Ioann. 21
Bapt. Conſt. *in tract. de retrotractu. regul. 5. c. 12.*

22 nec ſtatota extenduntor ad caſum fictum, niſi expreſsè ſpecialiter exprimatur caſus fictus Ann. *alleg. 70. num. 7. & ſeq.*

23 Ad quæ poterit reſponderi, quod damnum fuit illatum vxori, quæ orbata viro remanſit miſerabilis. Et inter miſerabiles connomeratur vt vidoa Innocent. *in cap. ſignificantibus de off. deleg. l. vnica C. quando Imperator inter vid. & pupill.* & quamuis non habuerit animum occidens offendendi vxorem, adhuc eius remiſſio erit neceſſaria ratione damni illati, ſicut dicitur in eo, qui volens occidere Titium, occidit
24 Sempronium, quamvis animom non habuerit occidendi Sempronium, nihilominus eius remiſſio requiritur Iulius Clar. *in §. homicidium num. 4. verſ bene veram eſt.*

25 Et ſi de anno 1605. fuit iudicatum, non eſſe neceſſariam vxoris remiſſionem, de qua deciſione teſtatur Viſcont. add. *ad dec.* Io. Vinc. de Franc. 382. attamen contrarium poſtmodum fuit ſeruatum, & iudicatum, & nouiſſimè in M. C. in cauſa Io. Garzilli de menſe Aug. 1619.

## ARGVMENTVM.

*Ius vindictæ, & ſuceſſiuè ius faciendi pacem an ſanguinis, vel hæreditario iure deferatur. Pragmatica 8. in ordine ſub tit. de compoſitionibus vario modo expeditur.*

### SVMMARIVM.

1 *Fæmina an in Regno ſit excluſa à iure vindictæ, & quid ſi renunciauit, & num. 6.*
2 *Vna pars orationis alteram declarat.*
3 *Ius vindictæ competit iure ſanguinis non iure hæreditario.*
4 *Vnde ius faciendi pacem competit proximioribus conſanguineis etiam quod hæredes non ſint.*
5 *Iura ſanguinis non poſſunt tolli ſtatuto.*
7 *Statutum ſi excludat filiam dotatam non dicitur excluſa per maſculum tantum; ſed propter dotem, & tunc non dicitur excluſa à iure vindictæ, ſecùs ſi excludat ſimpliciter, ſubdens, quod debeat dotari.*
8 *Intellectus Conſtitutionis Regni in aliquibus, quoad excluſionem fæminarum.*
9 *Dos, & paragium eſt portio filiæ.*
10 *Intellectus Conſuetud. Si moriatur circa excluſionem fæminarum.*
11 *Dos de paragio ſuccedit loco legitimæ*
12 *Filiæ in Ciuitate Neapolis ſi congruo tempore non dotentur, ſuccedunt vti maſculi.*
13 *Ius vindictæ, & ſuceſſiuè faciendi pacem iure ſanguinis, & non ratione ſucceſſionis bonorum, & conſequenter proximioribus ſanguinis etiam quod hæredes non ſint de iure communi ex communi DD. ſententia competit, & n. 26. 27 & 66.*
14 *Dilatatur hæc communis ſententia, vt locum obtineat etiam in fæminis proximioribus occiſi, quæ ſicut & ipſæ accuſare poſſent, ſic & ipſæ pacem facere debeant, quando ſuam ſuorumque iniuriam exequuntur, licet ſecus ſit de iure Longobardo, quod locale eſt, & in Longobardis tantum viget.*
15 *Quin etiam fæminam per ſtatutum à ſucceſſione excluſam, aut per renunciationem ad pacem faciendam admitti debere probatur cum inter maſculos, & fæminas nulla ſit differentia.*
16 *Prædicta autem an locum ſibi vendicent etiam de iure Regni attentis* Regiæ pragmaticæ verbis 8. in ord. ſub tit. de compoſit. *vt etiam ſorori à ſucceſſione bonorum excluſa, vel per ſtatutum, vel per renunciationem ius vindictæ, & ſucceſſiuè pacem faciendi competat, vel nè, latiſſimè diſcutitur, & num. 17. 18. 19. 20. & a n. 28. cum pluribus ſeqq. & per tot.*
17 *Statutum vbi diſponit homicidia componi non poſſe, niſi prius ab hæredibus occiſor pacem habuerit, an ſit neceſſaria aditio hæreditatis, vel ſat ſit remiſſio, ſeu pax facta ab eo, qui hæreditatem adiuit, vel etiam neceſſaria ſit eius, qui ab hæreditate per renunciationem abſtinuit, vel illam repudiauit, vel incapax ſit, quippe qui monaſterium ingreſſus fuerit, & num. 37. 38. 46. 48. & 56. cum plurib. ſeqq.*
18 *Hæres ſanguinis, qui pro remiſſione facienda pecuniam habuit, pro illa creditoribus hæreditariis non tenetur, neque per talem pecuniæ receptionem hæreditatem bonorum adire dicitur.*
19 Deciſio Vincentij de Branchis 661. *expenditur, & à num. 63. cum ſeqq.*
20 *Et an cum maſculi in eodem gradu hæredes bonorum, & ſanguinis remiſerint, excludatur eorum ſoror à ſucceſſione excluſa, à tali iure vindictæ tam de iure communi, quàm de iure Regni contrariæ inter ſe opiniones enunciantur, & n. 40. cum ſeq. & n. 62.*
21 *Proregis onus eſt diſcordias ſedare, odia deponi facere, omniaque pacare.*
22 *Pax deſideranda eſt, velut neceſſarium bonum, & plura de pace memoranda.*
23 *Superior ad publicam quietem poteſt Partes ad concordiam inducere.*
24 *Maximè Princeps.*
25 *Præcipuè vbi timor adeſt, ne partes ad arma deueniant.*
29 *Succeſſoris appellatione iuris vniuerſi ſucceſſor ſignificatur, non particularis.*
30 *Emphyteuſis ſi recepta ſit pro ſe, & ſucceſſoribus filia etiam, ſi in re certa fuerit inſtituta, dato vniuerſali hærede, ad illam non vocatur.*
31 *Diſpoſitio in beneficium liberorum, vel coniunctorum hæredum facta, vltra ſanguinis coniunctionem hæreditariam etiam qualitatem requirit.*
33 *Hæres defuncti perſonam repræſentat.*
34 *Hæres pecuniam acceptam pro remiſſione ad creditorum commodum in inuentario deſcribere tenetur.*
35 *Verba ſtatuti vbi non conueniunt, ibi & eius diſpoſitio ceſſare debet, & n 55.*
36 *Statutum vbi duas exprimit qualitates, omnes interuenire debent.*
39 *Filia per renunciationem à numero liberorum excluditur, & pro mortua reputatur.*
41 *Hæreditas delata dicitur, quam quis adeundo conſequi poteſt, atque poteſt dici delata, ſi nullo iure illam conſequi poteſt, & n. 65.*

42 *Verba*

42 *Verba maſculini ſexus, quibus vtitur* Reg. pragm. 8. de compoſit. *licet ad fœminas quandoque trahantur, id tamen non ex ſermonis proprietate, ſed extenſiua interpretatione procedit.*

43 *Quo caſu fœmina non veniunt, vbi materia non ita fœminæ, prout maſculo congruit.*

44 *Vindicta materia, à qua pax regulatur, non ita fœminis, prout maſculis congruit.*

45 *Maſculinum non continet fœmininum, vbi ſtatutum adeſt fœminarum excluſiuum, tunc enim maſculi tantum cenſentur vocati fœminis excluſis.*

47 *Filio in patris poteſtate conſtituto*, qui per l. 12. *tabular neceſſarius fiebat hæres, prætoris beneficio ab hæreditate ſe abſtinere permittitur.*

49 *In his tamen, quæ filij fauorem reſpiciunt, remanet hæres, & remanet exiſtentia ſui hæredis.*

50 *Exiſtentia ſui hæredis tabulas confirmat pupillares, non obſtante, quod pupillus ab hæreditate ſe abſtinuerit.*

51 *Quod in fauorem inductum eſt, in odium retorqueri non debet.*

52 *Prætor legem condere non poteſt, idque nec efficere poteſt, vt qui per legem neceſſarius eſt hæres deſinat ipſo iure hæres eſſe.*

53 *Frater extraneus dicitur, ipſoque iure hæres non efficitur, niſi volens.*

54 *Ratio legis vbi ceſſat, & eius diſpoſitio ceſſare debet.*

55 Deciſio Vincentij de Franch. 100. ſub n. 8. & ſeq. *expenditur, & num. ſeq.*

57 *Vindictam iudicialiter animum exhibere indecorum inter nobiles reputatur.*

58 *Negligere is videtur, qui in nihilo ſe ingerit etiam vocatus.*

59 *Actus cum alio geſtus non dicitur repudiatio quæ ſolo repudiantis conſenſu effici poteſt, ſed potius liberatio, & ſic paciſcendo, & remiſſionem faciendo quis cenſetur prius acquiſiuiſſe, & poſtea finem, & remiſſionem feciſſe.*

60 *Filius familias quis præſumitur, niſi emancipatio probata fuerit.*

61 *Filiusfamilias hæredem non habet.*

64 *Eccleſiæ hæredi inſtitutæ ius vindictæ non competit.*

66 *Quæ certam ſemper habuerunt interpretationem mutanda non ſunt.*

## DECISIO XXVII.

AN extantibus maſculis admittantur fœminæ ad querelandum, earumque remiſſio requiratur in conceſſione gratiæ, Clar. *in quæſt. 58. num. 34. verſ. benè verum eſt*, Regens de
1 Ponte *in tract. de poteſt. Prorog. de prouiſ. ſuper ſolitis §. 4. à num. 18.* & poſt eum Molfeſ. *in conſ. 10.* poſito poſt comment. *ad Conſuet. Neapol.* à iure vindictæ in Regno excluſas eſſe filias fœminas ſuſtinuerunt, horum fundamentum fuit *ex pragm. 8. de compoſit.* per quam duo copulatiuè requiri tenuerunt, ad hoc vt ius iſtud competat, proximitas ſcilicet gradus, & ſucceſſionis delatio, vnde cum alterum deficiat, à iure vindictæ excluduntur, & ita deciſum refert Reg. de Pont. in cauſa Ill. Marchioniſſæ Buegentiæ cum Ill. Duce Sanctæ Agatæ, de qua meminit etiam Reg. Rouit. *ad pragmat. 8. de compoſit. num. 80.* & Reg. Tap. per Rouitum allegatus, verùm ex eiuſdem pragmatic. verbis dubia redditur hæc opinio, mens enim ſtatuentis *in d. pragm. 8.* fuit gradus proximitatem attendere, & quod de ſucceſſione poſtmodum ſubiunxit ad declarationem gradus poſuit, nam dum in principio ponit inſtantiam M. Cur. per hæc verba, *Et hauendoci queſta gran Corte fatto inſtantia per dichiaratione da che grado congionte all'offeſi, s'hà da ottenere d'all'inquiſiti per farſeli bona la gratia, ò compoſitione, che da noi otteneſſero per loro delitti, dubitando alcuni, ch'in virtù di detto lettere foſſe neceſſario ottenerſi remiſſione da tutti li parenti delli morti, oltre quelli, che ſono più proſſimi, & in precedenti grado congionti, alli quali ſi deferiſce la ſucceſſione, & hereditá delli morti; Ci è parſo declarare, ſiccome per la preſente declaramo, che la volontà noſtra è, che s'ottengano le remiſſioni predette da tutti li parenti di detti occiſi più proſſimi, ò più congionti, alli quali ſe deferiſce la ſucceſſione del morto*, & ſic de gradu coniunctio-
nia tantum fuit dubitatum, & ad gradum reſ- 2
pondit, & pro declaratione gradus ſubiunxit
ſucceſſionis exemplum: vna enim pars orationis alteram declarat *l. qui filiabus ff. de leg. 1.* & per præcedentes aſſertiones declaratur diſpoſitio Bal. *in l. prima § quibus C. de non. cod. facien.* declarat igitur proximiores per gradus ſucceſſionem, nil diſponens quoad ſucceſſionem, quæ
non conſideratur in iure vindictæ, quod iure 3
ſanguinis competit iuxta deciſ. S. C. de qua per Præſ. de Franch. *deciſ. 611.* vnde ius faciendi pacem proximioribus conſanguineis competit etiam, quod non ſint hæredes ſecundum com-
mun. opin. de qua per Farinac. *in tit. de accuſ.* 4
*quæſt. 14. n. 19.* ſufficit ergo, quod ſint in gradu ſucceſſibili de iure, & ſi per renunciationem, ſeu vt conſeruentur bona in familia à teſtato ſint excluſæ à iure ſanguinis, quod ſtatuto tolli non poteſt *l. iura ſanguinis ff. de reg. iur. cum concord.* adductis per Tartagl. qui hanc opin. defen-
dit *in d. prag. 8. n. 20.* & bona eſt interpretatio ſe- 5
cundum ius comm. *cap. cauſam, quæ de reſcript.*
Sed dato, quod ſucceſſionis delatio requira- 6
tur, adhuc dico, poſſe dici non eſſe excluſas à ſucceſſione fœminas in Regno, & paragium eſſe earum portionem, ideò ponderanda ſunt ſtatutorum verba tam *Conſtitut. In aliquibus*, &
*Conſuetud. Neap. Si moriatur* iux. diſt. Paul. de 7
Caſtr. *in l. Titio centum § Titio genero ff. de condit. & demonſtr. num. 7.* quam communem refert Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. par. 4. q. 17. n. 17. in fin.* quod aut ſtatutum dicit, quod filia dotata extante maſculo non ſuccedat, quo caſu non excluditur tantum propter maſculum; ſed etiam propter dotem: quia ſi non eſſet dotata, non excluderetur, aut dicit extante maſculo filia non ſuccedat; ſed ſi non eſt dotata, debeat dotari, & hoc caſu excluditur propter ſolam exiſtentiam maſculi, etiã ſi dotata non eſſet, primo caſu non eſt ſimpliciter excluſa à ſucceſſione, & ex conſequenti à iure vindictæ, ſecundo verò caſu ſic; deueniendo ad verba ſtatutorum, & primo ad
Regni *Conſtit.* vocat enim fœminas, & maſcu- 8
los ad ſucceſſionem parentum, ſubdit poſtea *Præferri volumus maſculos fœminis, dum tamẽ ſorores, aut amitas, fratres, aut nepotes pro modo*

*facultatum ſuarum*, *& filiorum ſuperſtitum numero ſecundum paragium debeam maritare*, dictio hæc, dum tamen, ſiue pro modo, ſiue pro conditione accipiatur, importat, vt non præferatur maſculus, niſi dotet Iſern. *in d. Conſt. In aliquibus ſ. col. verſ. totum hoc eſt diſputare*: non enim excluditur ſolum propter exiſtentiam maſculi; ſed etiam propter dotem Afflict. *latè in d. Conſt. num. 18. verſ. quinimò nota ex* text. oportet ergo, vt ſit excluſa, fuiſſe
9 doratam, & habuiſſe totum, quod pro dote debet habere, quaſi dos, & doris paragium ſit pars ſua Iſern. *in vſib. feud. cap. 1. col. 5. de nat. ſucceſſ. feud. verſ. oportet ergo ſororem*, ex quibus verbis patet ſecundum præfatam diſtinctionem Paul. de Caſtr. non poſſe dici in totum eſſe excluſas à ſucceſſione, & ita ponderando verba dictæ *Conſt.* tetulit Molfeſ. *in d. quæſt. num. 50.* in quæſtione an filia fœmina faciat partem in legitima in beneficium fratrum.

10 *Conſuetudo ſi moriatur* vocat maſculos, ſubdens, *& tenentur maritare ſorores*, *& amitas ſecundum paragium*, *& facultates*, & ſi Antonius de Alexandro ibidem in *primo verſ.* ponderando verba, tenuit ex verbis Conſuetudinis prædictæ eſſe excluſas fœminas ob exiſtentiam maſculorum iuxta præfatam diſtinct. Paul. de Caſtr. nihilominus in hac materia idem dicendum erit, quod diximus in caſu Conſtitutionis, cum ex eadem Conſuet. debeatur de parentum bonis paragium ſororibus, vnde ius ſuccedendi transfuſum fuit in paragium, ita Napod. *in d. Conſuet. in verb. & tenetur verſ.*
11 *ſatis videtur*, & ipſa dos de paragio ſuccedit loco legitimæ, latè Molfeſ. *in d. quæſt. 17. n. 53.* & in tantum non dicuntur excluſæ, quod ſi congruo tempore non ſint dotatæ, admittuntur ad portionem, ſicut maſculi, patet *ex ſeq.*
12 *Conſuet. Eas autem*, quæ autem ſit differentia, quando ſimpliciter eſt fœmina excluſa, ſoluta tantum dote, vel ſub conditione nempe ſi non dotetur, ſuccedat, aduertit optimè Molfeſ. *in d. quæſt. num. 56.* tam igitur ex verbis *Conſt.* quam *Conſuetudinis* patet, non eſſe ſimpliciter excluſas à ſucceſſione iuxta prædictam Paul. de Caſtr. diſtinctionem, & ex conſequenti à iure vindictæ, & quod dicitur per Reg. de Ponte de deciſ. in cauſa Illuſt. Ducis S Agathæ cum Marchioniſſa Burgentiæ, aduertendum eſt, quod fuit deciſum per M. C. non autem per S. C. in quo non fuit relata cauſa, quamuis in proceſſu adeſſet regium decretum ad preces Marchioniſſæ, quod M. C. verbum faceret, & cum alias accidiſſet caſus, fuit dubitatum, & vſque ad huc non deciſum, quæ autem allegata fuerunt in prædicta cauſa pro vtraque parte, patent inferius.

*Quæ adducuntur pro Reg. fiſco ſunt ſeq.*

13 Quod ius vindictæ, & ſucceſſiue ius faciendi pacem competat iure ſanguinis, non iure hæreditario bonorum, & ſic, quod ius faciendi pacem competat proximioribus ſanguinis, etiam quod non ſint hæredes, de communi ſententia, à qua non ſit recedendum, ampliſſimè probat Farinac. *in tit. de accuſat. quæſt. 14. num. 19 & 20. cum multis ſequentibus*, quia ius vindictæ, & ſucceſſiuè faciendi pacem non eſt hæreditarium, ſed in ſanguine conſiſtit, qui Farinacius multos copioſè allegat de communi teſtantes, quam Farinacium, ne tranſcribam, quos allegat, videri rogo, qui adducendo etiam pro hac communi ſententia Clar. *in quæſt. 58. verſ. quæro nunc pone*, reſpondit, quod illa obſeruantia, quam ipſe Clar. dicit obſeruari in Ducatu Mediolani ſcilicet quod in ipſo Ducatu non eſt ſolitum admitti pacem ab hæredibus ſanguinis, niſi etiam habita eſſet ab hærede bonorum, non obſtat dictæ communi ſententiæ, à qua non eſt recedendum, tum quia illa obſeruantia haberet locum in ipſo ſolo Ducatu, non in aliis Regnis, tum etiam, quia dum dicit, quod bonum eſt habere pacem ab hærede ſanguinis, & bonorum, non ex hoc excludit, quod hæres ſanguinis non poſſit concurrere in ſimul cum hærede bonorum, nec probat, quòd hæres ſanguinis poſſit excludi ab hærede bonorum.

Et idem Farinac. *loco prædicto num. 25.* pro 14
bat, hanc communem ſententiam procedere, etiam in fœminis proximioribus occiſi, quæ ſicut, & ipſæ accuſare poſſent, ſic & ipſæ quoque pacem facere debeant, quando ſuam, ſuorumque iniuriam proſequuntur, & quod licet aliqui contrarium dixerint, loquuntur de iure Longobardo quod locale eſt, & in Longobardis ſolum viget.

Et probat Farinac. *loco prædicto num. 26.* 15
quod licet aliqui dixerint, fœminam excluſam à ſucceſſione per ſtatutum, tanquam dotatam ad pacem faciendam admitti non debere, hoc non eſſe verum per illam veram, & naturalem rationem, quod ius faciendi pacem competit iure ſanguinis, & non hæreditario bonorum, & ſic, quod inter maſculos, & fœminas nulla ſit differentia.

At quia tota difficultas iſtius quæſtionis de 16
pendet à *Reg. pragm. num. ſixati de compoſitionibus*, quæ vult, quod remiſſio, ſeu pax ſufficiat à proximioribus, quibus occiſi hæreditas defertur, & cum in caſu noſtro pacem fecerint maſculi fratres, quibus occiſi hæreditas deferebatur, cum ſoror, de qua hodie tractatur, per eius renunciationem à ſucceſſione prædicta ſit excluſa, quod hæc ſola remiſſio maſculorum ſufficiat, & ſoror prædicta ad accuſandum admitti non debeat.

Reſpondet fiſcus, hanc quæſtionem parti 17
culariter habere deciſam, Doctores ponunt caſum, quod ſi extat ſtatutum mandans homicidas componi non poſſe, niſi prius ab hæredibus occiſorum pacem habuerint, prout in Italia communiter obſeruatur, an filio, qui ab hæreditate ſe abſtinuit, quia renunciauit, ei competat ius faciendi pacem, vel ſufficiat ſolummodò remiſſio, ſeu pax facta ab aliis veris hæredibus, & determinant, & pro communi probant dicto filio, licet ſuccedere non poſſit, & ſe ab hæreditate per renunciationem abſtinuerit, competere quoque ius faciendi pacem, & non ſufficere pacem ab aliis hæredibus factam, quia ius faciendi pacem eſt ſanguinis, non hæreditaria bonorum, vt in terminis Octauian. Vulpell. *de trequ. & pac. quæſt. 11.* quem probat, & ſequitur Farin. *loc. prædicto num. 20. in fine*, & expreſſiſſime tenet, & probat Tartagl. *ſuper d. pragm. de compoſit. num 20. & 21.* reprobato Luc. Foller. qui voluit tenere contrarium *in ead. pragm n. 46.*

At cum ſint duo DD. ad inuicem ſibi aduerſantes ſuper *d. pragmat.* de qua diſceptamus, eſt videndum,

videndum, quem ſequi debeamus, & non dubium, quod Tartagl. reprobato Foller. ſequi debemus.

Primò, quia Follerius ſuam probat opinionem per argumentum, ſcilicet, quod cum filius renunciaſſet hæreditati, tollit ſe de medio, & ſicut ſe tollit de medio quoad ſucceſſionem, videtur etiam ſe tollere de medio quoad iura faciendi pacem, & quod propterea non requiritur eius pax, ſeu remiſſio, quod argumentum non procedit, quia ius faciendi pacem non eſt hæreditarium bonorum, ſed ſolummodò ſan-
18 guinis in tantum, quod ſi hæres ſanguinis pro remiſſione facienda haberet pecuniam illam, non diceretur hæreditaria, nec pro ea creditoribus hæreditariis teneretur, nec ipſe hæres per talem pecuniæ receptionem, hæreditatem bonorum adire diceretur, vt per DD. omnes communiter tenentes ius faciendi pacem competere iure ſanguinis, & non hæreditario bonorum, taliter quod diuerſum eſt tollere ſe à medio, quoad ſucceſſionem bonorum à ſucceſſione ſanguinis, & ſic eum tantum *in dicta pragmatica* teneatur, & probetur ius faciendi pacem competere ſorori, non obſtante, quod à ſucceſſione bonorum fuerit exclusa per ſtatutum, aut per renunciationem propter illam rationem naturalem, quod ius faciendi pacem competit iure ſanguinis, & non hæreditario, ipſum Tartagl. ſequi debemus.

19 Secundò, quia d. Tartagl. deciſionem in indiuiduo pro communi probat per DD. vt ſupra diximus, de qua non poteſt eſſe dubium, cum nouiſſimè in terminis dictæ noſtræ pragmaticæ fuerit per S. C. iudicatum, vt per D. de Franch. *deciſ.* 611. *in 4. volum.* quem rogo videri, in qua deciſione, dum apparet fuiſſe iudicatum ius vindictæ competere iure ſanguinis, & non hæreditario bonorum, & quod propterea fuit admiſſus nepos occiſi ad faciendam pacem in iudicio, non obſtante, quod occiſus alium inſtituerit hæredem; remanet indubitata deciſio Tartagl. quod requiratur etiam remiſſio ſororis, licet hæreditati renunciauerit, vel à ſtatuto à ſucceſſione bonorum ſit excluſa.

20 Et non obſtat, quod hæredes maſculi feciſſent remiſſionem, & ſic, quod videtur illam ſolam ſufficere debere, tum quia ſunt maſculi, tum quia ſunt plures, & ſucceſſiuè præferendi, quia ſi vera eſt deciſio, prout veriſſima eſt, quod ius faciendi pacem competit iure ſanguinis, & non hæreditario bonorum, & ſic eſt iudicatum in S. C. benè probat Farinac. *in d. q.* 14. *num.* 27. *vſq. ad* 28. quod ſi eſſent 1000. maſculi hæredes bonorum, & ſanguinis, non excluderent dictam eorum ſororem, quod etiam pro notabili obſeruauit Afflict. *in Conſtit. Iuſtitiarij nomen per calendas num.* 15. quem rogo videri adductus per D. de Franch. *deciſ.* 100. *num.* 8. 9. *&* 10. Cætera ſuppleant doctiſſimi Iudicantes.

*Hac vero pro inquiſito.*

21 Sedatis iam diſcordiis, odioque depoſito, quod iam diù inter Ducem Sanctæ Agathæ, cum coniunctis, quod Lelij Caraccioli vigeuerat, pacatiſque omnibus præuio Illuſtriſſimi Domini Proregis iuſſu, cuius hoc agendi onus erat *l. congruit ff. de offic. Præſid.* pacem enim deſiderandam, vel [illegible] bonum, inquit, Bal. per illum text. *de pace tenenda in princ. poſt num.* 3. hinc Cicero *de amic. nulla*, inquit, *Ci- 22
uitas tam firma, tamque ſtabilis, quæ non odiis Ciuium labefactetur, nec vllum tam grande Imperium, quod ciuilis diſcordia non euertat*, pluraque memoranda Romanorum exempla congerit Valer. Max. *lib.* 4. *ſub rubr. de iis, qui ex inimicis iuncti ſunt amicitia, & neceſſitudine*, præludij loco inquiens, *nam ſicut placidum mare ex aſpero, Cælumque ex nubibus ſerenum hilari aſpectu ſentitur, ſic bellum pace mutatum plurimum gaudij affert, & odij acerbitas depoſita candida relatione celebranda eſt*, & plura tradit Guiliel. de Bened. *in cap. Raynutius part.* 2. *in verb. mortuo itaque teſtatore il prime num.* 228. *&* 229. & aliqua per Boſſium *in tit. de pace.* Hinc ad pu- 23
blicam quietem poteſt ſuperior partes ad concordiam inducere, quod tradit Bart. *in d. l. congruit in fine ff. de offic.* Præſid. Bal. *in l. omnia in §. quies per illum text. ff. de offic. præfect. verb.* maximè in Principe, cui hoc facilius permittitur 24
*cap. cum inter R. de elect.* ibique Innoc. *in princ.* & Felin. qui latè materiam proſequitur *in rubr. de tregu. & pace in* 2. *limit. n.* 3. Belug. *in ſpecul. princ. rubr.* 27. *n.* 49. nec vidi aliquem diſſentire, 25
vbi timor adeſt, ne ad arma partes deueniant, quod præ cæteris tradit Claud. Seiſell. *in l* 1. *§. & poſt operis num.* 4. *ff. de oper. noui nunciat.* Adde Fuluium Lanat. ad Ioan. Anton. Lanat. *in repet. §. ſed & res, col.* 3. *f.* 319. vbi voluit, quod quando in communione adſunt contentiones, & diſcordiæ, poſſunt, & debent bona diuidi, ex *l. in re communi*, & ibi gloſſ. *in verb. contentiones, ff. de ſeruit. vrban. præd.* & fortius pro bono pacis poteſt cogere ad vendendum feudum, reliqua pro bono pacis permiſſa, & à Principe obſeruata ſunt poſita infra *dec.* 142.

Nouiſſimè ad tanti boni deſtructionem, & ad Principis deludendam (ſi ita loqui fas eſt) authoritatem comparuit Ill. Marchioniſſa Burgentiæ defuncti ſoror, petens ipſam aduerſum Ducem audiri, & contra ipſum ſententiam foriudicationis proferri, hoc ius ſibi competere aſſerens, non obſtante, quod fratres, quibus hæreditas fuit delata, remiſerint, & quod Ill. Marchioniſſa à ſucceſſione repellatur, nedum ex huius Ciuitatis ſtatuto per exiſtentiam maſculorum, ſed etiam ex propria ipſius renunciatione, & dotatione; nihil aliud agens, niſi odium iam depoſitum, ac bellum iam extinctum per viræ inſufflationem reuiuiſcere, quod ex eo forſan ipſius defenſores probare nituntur, quod ius vindictæ non hæreditario, ſed 26
ſanguinis iure deferatur, ideoque etiam non hæredi tale ius competere, *l. quæſitum ff. de ſepul. viol.* Bart. per illum text. *in l. pro hærede §. fin. ff. de acquir. hæred. & in l. damni infecti §. Subitus num.* 2. *in fine ff. de damn. infect.* Felin. & Dec. *in l. in præſentia de prob. ille num.* 60. *iſte num.* 115. & Paris *de ſyndic. in verb. compoſitio cap.* 8. *in cap. vltimo circa prædicta num.* 8. quod videtur decidi ex traditis per Bart. *in l. ſi filius, qui patri in fin. ff. de vulg.* cum quo magis communiter DD. ibi pertranſeunt, & per D. Præſ. de Franch *deciſ.* 100. *n.* 9 *&* 10 *& dec.* 611.

Re tamen diligenter perpenſa, diuerſam ſententiam, & iuri magis conformem, ac Doctorum opinione ſubnixam, rerumque iudicatarum authoritate roboratam facilè ex infra dicendis apparebit, & quæ in contrarium afferuntur,

runtur, diuerſa non aduerſa eſſe conſtabit,
27 quicquid commoni iure inſpecto dicendum
ſit, quo iure non hæreditaria, ſed ſanguinis
qualitas attendi videtur *d. l. quaſitum*, *& d. l.*
*pro herede §. finali*, attentis tamen *Pragmati-*
*ca* verbis olim in anno 1567. ſub die 15. Octo-
bris conditæ, quæ extat ſub titulo de compo-
ſitionibus *pragm.* 8. aliud dicendum eſt, cum
dicatur ibi, *Declaramo che la volontà noſtra è,*
*che s'ottenghino le remiſſioni predette da tutti li*
*parenti di detti occiſi più proſſimi, e più congionti,*
*alli quali ſi deferiſce la ſucceſſione del morto*, &
iterum ſubdit, *Tutti quelli, che ſono nel medeſimo*
28 *grado alli quali ſi deferiſce la ſucceſſione.* Duo
itaque à ſtatuto requiruntur ad hoc, vt legiti-
ma ſit remiſſio, alterum, quod remittens ſit in
gradu proximior, alterum verò, quod ſucceſſio
deferatur: ſucceſſoris autem appellationis iu-
29 ris vniuerſi ſucceſſor ſignificatur, non particu-
laris, *l. quadam §. nihil intereſt ff. de edendo*, Bal.
*in l. emptorem n 8. Cod. loc* inferens Bald. ad em-
30 phyteuſim receptam pro ſe, & ſucceſſoribus
non vocari filiam, etiamſi in re certa fuerit In-
ſtituta, dato vniuerſali hærede.

31 Eſt autem exploratiſſimi iuris, quod vbi ali-
quid diſponitur in beneficium liberorum, vel
coniunctorum hæredum, requiritur vltra ſan-
guinis coniunctionem hæreditaria etiam qua-
litas, Andr. *in cap. 1. §. hoc quoque num. 7. de*
*ſucceſſio. feudi in cap. 1. num. 9. verſ. ſed quid*
*ſi acquiſitiuis de alienat. feud. pater*, & plures re-
ferunt Addentes ad Andr. *in d. §. hoc quoque in*
*ver. ſibi*, *& hered. verſ. ſi dictum eſt*, præcipuè
Pinell. *in l. 1. part. 3. n. 84. verſ. omnium tamen*,
ibi, *non facta mentione heredum n. 86. in fin. verſ.*
*cum feuda*, vbi in omni materia hoc procede-
re aſſerit, & clarius *num. 90. verſ. inde etiam in-*
*fertur*, Camer. *in cap. 1. num. 21. 22. & 23. an*
*agnat* Regens Lanar. *conſ.* 80. *num.* 10. *& ſeq.*
Soc. iun. *conſ. 76. num. 75. & ſeq. vol. 1.* Pariſ. latè
*conſ. 48 n. 9 & 10. vol. 4.*

32 Et omiſſis generalibus, quæ communibus in
locis latè cumulantur, ad rem propiùs deue-
niendo, quod vbi ſtatutum qualitatem hære-
ditariam exprimit, ſit habenda pax ab eo, qui
hæreditatem adiuit, non autem ab eo, qui il-
lam repudiauit, tradunt Crot. *in repet. §. Catol.*
*4. ff. de verbor. oblig. num. 150. in prima repet. &*
*num.* 158. vbi patet, quia, ſi non eſſet hæres
33 occiſi, ipſius non haberetur conſideratio in
hac pace facienda, & inibi Socin. iun. *num.* 168.
Aleiat. *num.* 226. *verſ ſed reſpondo*, idemque
firmat Ruin. *in prima repet. num. 87. verſ.* Ale-
xand. verò, *& num. 88. verſ. & quod ſtatutum in*
*Bononienſi impreſſione*, *in Lugdunenſi verò ſub*
*num. 98. verſ.* Alex. verò, *& ſub n. 100. verſ. &*
*ſic quando ſtatutum*; quibus aſſentire videtur
Sbl Buttigella *poſt n.* 178. inquiens mentionem
qualitatis hæreditatiæ cenſeri à ſtatuto habi-
tam, quia per hæredem defuncti perſona re-
præſentatur *in auth. de iureiur. à mor. praſt. in*
*princ.* quæ ratio ceſſat in filia, quæ ſtatuto, vel
renunciatione à ſucceſſione excluditur, & eum
prædictis firmat etiam Phanut *de Inuent. part. 6.*
*num.* 57. ex hoc inferens, quod ſi aliquid hæ-
34 res pro facienda pace receperit, tenetur in in-
uentario deſcribere ad creditorum commo-
dum, idemque tradit Iaſ. *in l. cum filiofam.*
*num. 98. verſ. 2. cum num. 99. & 100. verſ. ſex-*
*tò facit*, verba enim ſtatuti fœminæ à ſucceſ-
ſione excluſæ non conueniunt, ideoque ceſſa- 35
re debet quo ad eas ſtatuti diſpoſitio *l. 4. §. to-*
*tius ff. de damn. infect. l. hos accuſare §. omnibus*
*ff. de accuſat.* Dec. *conſ.* 444. *poſt num.* 16. Ber-
tran. *conſ. 11. in fin. conſ. 66. num. 3. & conſ. 98.*
*num. 10. volum. 1.* & vbi duæ qualitates per ſta- 36
tutum exprimuntur, omnes interuenire de-
bent, *l. ſi heredi plures ff. de cond. inſt. §. ſi plu-*
*res inſtit. de hered. inſt.* & plura per Dec. *conſ.*
453. *num.* 6. & quamuis dicatur, *Alli quali ſi*
*deferiſce la ſucceſſione del morto*, adhuc tamen
idem dicendum eſt, cum illi dicatur delata hæ-
reditas, qui poteſt ipſam adeundo conſequi, *l.*
*delata ff. de verb. ſignif.*

Et ne particularis deſit authoritas, adduco
Foller. *in commento eiuſdem pragmatica col. mihi*
12. *verſ. ſed hac de liberis, & verſ. 2. limitate*, vbi in
terminis illius *pragmatica* bis caſum decidit.

Primò, ad excluſionem filij, qui monaſte- 37
rium fuerit ingreſſus ſucceſſionis incapax, ſic
formaliter inquiens, *cum capax non ſit ſuc-*
*ceſſionis, non erit eius habenda remiſſio*, *cum non*
*ſuccedat ſecundum verba dicta Regia Pragmatica.*

Secundò, idem punctualiter decidit in filia 38
per renunciationem excluſa iuxta text. *in cap.*
*quamuis de pact. in 6.* ex cuius ſententia, nec eo
caſu talis remiſſio eſt neceſſaria, poſtquam ſtan-
te renunciatione expreſſa non ſuccedit, &
fuit de medio ſublata, excluditur enim filia
per renunciationem à numero liberorum Na 39
pod. *in Conſuetud. Si moriatur num.* 31. & pro
mortua reputatur, vt tradit poſt alios Regius
Conſiliarius de Anna *conſ. 92. n. 58.*

Secundò principaliter, & ſi hæreditaria qua-
litas non eſſet neceſſaria, cuius contrarium
apertiſſimè ex præmiſſis probatur, adhuc di-
cendum eſſet, ſororem eſſe excludendam eum
maſculi in eodem gradu, in quibus, & ſan- 40
guinis, & hæreditaria qualitas concurrit, re-
miſerint, eo enim caſu etiam attenta iuris
communis diſpoſitione (quod eſt fortius) non
attenditur fœminæ contradictio, cum non poſ-
ſit leuare faydam ideſt inimicitiam, Ita tradit
Angel. *in d. l. 4. §. Cato n. 18. verſ. ſaluo, niſi* ibi-
que poſt alios Claud. Seiſell. *n.* 40. inquiens, iura
in contrarium per Roman. allegata nihil face-
re Crot. *n.* 110. inquiens, quia ad eam non per-
tinet, facere pacem, idemque ſequitur Iaſ. *n.* 57.
*verſ. vel niſi in maiori* poſt Angel. *de maleſic.*
*in verb. comparent dicti inquiſiti*, *& quilibet eo-*
*rum in termino defenſionis n. 7. verſ. quid autem, ſi*
*ſtatutum*, & Flurian. *in l. per fundum in fin. ff. de*
*ſeruit. ruſtic. prædior.* Dec. *in cap. in præſentia*
*n. 219. & 220. de probat.* & plures eiuidem opi-
nionis recenſet Ioan. Steph. Lamb. *in tract. de*
*contract. eorum in gloſ. 1. n.* 540. Ruin. *in d. §. Cato*
*n 98. in fin.* hoc ſanè intelligens, vbi mulier non
ſit hæres, vt in caſu propoſito.

Nec dicatur, præmiſſa procedere inſpecto
communi iure, ſecus autem in Regno, vbi om-
nium pax requiritur; nam reſolutio eſt facilis,
licet enim omnium proximiorum pax requi-
ratur, tamen ſubdit *Reg pragmat.* quibus ſuc-
ceſſio defertur, delata autem hæreditas dici- 41
tur, quam quis adeundo conſequi poteſt *d. l.*
*delata*, hic autem cum ex conſuetudine, tum
etiam ex renunciatione à ſucceſſione fœ-
mina repellatur, idcóque hæreditas ipſi

non

non defertur, ſed maſculis, qui iam remi-
ſerunt.

Secundò aduertendum, quod Regia prag-
matica vtitur verbis maſculini ſexus, quæ li-
cet ad fœminas quoque trahantur, illud tamen
42 non ex ſermonis proprietate, ſed ex extenſi-
ua interpretatione procedit l. pronunciatio ff.
de verbor. ſignif. l. in adoptiuis verſ. qua in fi-
lio C. de adopt. gloſ. in l. prima ff. de verbor. ſigni-
ficat. ibique Bart. circa fin. verſ. quadam & Aleiat.
ibidem in princ. Dec. in l. 2. num. 93. ff. de regul.
43 iur. ideoque non veniunt fœminæ, vbi materia
non ita fœminæ, prout maſculo congruit, vt
poſt alios tradit Dec. in d. l. fœmina num. 91. verſ.
44 locus ergo; materia autem vindictæ, à qua pax
regulatur, ſecundum Clar. in pract. crimin. q. 58.
column. 7. verſ. viſum eſt in fine, non ita fœmi-
nis, prout maſculis congruit, vt per Angel.
45 in d. §. Cato, cum aliis ſupra relatis, hinc etiam
maſculinum non continet fœmininum, vbi ad-
eſt ſtatutum excluſiuum fœminarum, tunc enim
maſculi tantum cenſentur vocati, fœminis ex-
cluſis Iaſ. in l. ſi quis id, quod num. 18. ff. de iu-
riſd. Dec. in d. l. fœmina num. 92. verſ. & iſta ra-
tione, Aleiat. in d. l. prima verſ. fœminas. & non
requiri eo caſu ſororum remiſſionem, bis in fa-
cto ſeruatum teſtatur Clar. d. q. 58. col. antepen.
verſ. bene verum eſt.

Supereſt contrariis reſpondere, ex quorum
reſolutione præcedens concluſio ſolidior ap-
parebit.

Non obſtat itaque, quod tradunt Doctor.
in d. l. ſi filius, qui patri in fin. nam ſi rectè eo-
rum dicta ponderentur, ſatis probant Ducis
iuſtitiam, & quæſtionem in terminis in eius fa-
46 uorem apertiſſimè decidunt, ponunt enim quæ-
ſtionem in ſtatuto diſponente, quod exban-
niti non poſſint ad Ciuitatem reuerti, niſi ha-
buerint pacem ab hæredibus occiſi, prout eſt
caſus, de quo agimus, ſi filius in patris pote-
ſtate conſtitutus ab hæreditate ſe abſtinuerit,
quod prætoris beneficio permittitur, cum per
47 legem duodecim tabul. neceſſarij hæredes fie-
rent §. ſui inſtitut. de hæred. qualit. quæritur,
48 an poſſit remittere, Aliqui, quod non, vt Aret.
& alij pauci; ſed magis communis cum Bar.
vt poſſit, ratio per eos aſſignatur, quia in
49 his, quæ reſpiciunt filij fauorem, remanet hæ-
50 res, & remanet exiſtentia ſui hæredis, ita Bart.
ibi in fine per illum text. vbi exiſtentia ſui hæ-
redis confirmat tabulas pupillares, non ob-
ſtante, quod pupillus ab hæreditate ſe abſti-
nuerit, & hoc ne prætoris beneficium in fa-
51 uorem filiorum inductum in odium retorque-
retur, vt per Alber. ibi in fin. ibi, remanere,
aliamque rationem tradit Caſtr. ibi colum. fin.
inquiens, non potuiſſe prætorem legem con-
dere, ideoque nec efficere potuiſſe, vt qui per
legem neceſſarius erat hæres, defineret ipſo
iure hæres eſſe, & vt hoc addam, lege duo-
decim tabul. his verbis diſponebatur, Iuris diſ-
ceptator, qui priuata iudicat, iudicarique iubeat,
Prætor eſto, iuris ciuilis caſtos eſto, ideoque in l. 1.
ff. de ferius dicitur, prætoris factum iuri dero-
gare non oportere, & in l. cum ſponſus §. ſi vas
ff. de public. in rem act. ibi, ne contra leges faciat,
quod pluribus (ſi locus pateretur) comproba-
rem, cum Bart. etiam Alexand. ibi n. 14. Socin.
in finul. verb. & D. Raynerius in repet. d. l. n. 53.
vbi in fine inquit, quod cum filius remanſerit

hæres de iure ciuili, verba ſtatuti ſibi adaptan-
tur, & Rip. in d. §. cato n. 101. verſ. & ſic ſtatutum,
& in fine eiuſd. num....

Cum itaque in propoſito agatur de fratre 53
occiſo, qui dicitur extraneus l. vn. §. accedit
verſ. extraneum C. de rei vxor. act. qui ipſo iure
hæres non efficitur, niſi volens §. cæteri in-
ſtitut. de hæredum qualit. certè ceſſat ratio Do- 54
ctorum, ideoque diſpoſitio cap. cum ceſſante
de appellat. & vbi verba ſtatuti non conue-
niunt, nec eius diſpoſitio d. l. 4. §. toties ff. de 55
damn. infect.

Nec obſtat deciſ. D. Præſidis 100. num. 8. &
ſeq. imò pro nobis facit, dicitur enim ibi poſt
Saly. fœminæ non competere ius vindictæ, 56
exiſtente maſculo, quod tamen limitatur ibi
non procedere, vbi maſculus eſſet negligens;
hæc limitatio non poteſt ad caſum applicari,
conſtat enim fratres interfecti nullatenus ne-
gligentes hac in re fuiſſe, imò defuncti vindi-
ctam extraiudicialiter (vt ad tam nobilem pro-
geniem conueniens erat) longo temporis in- 57
teruallo procuraſſe: iudicialiter enim vindi-
cem animum exhibere non congruum inter
nobiles reputatur, ideoque illud non poſſe di-
cuntur l. nepos proculo ff. de verb. ſignif. & me-
lior text. in l. filius ff. de condit. inſtit. negligere 58
autem is videtur, qui in nihilo ſe ingerit, etiam
vocatus, bonus text. in l. de vnoquoque in fin. ff.
de re iudic.

Ex alia cauſa dici poteſt, maſculos negligen-
tes non fuiſſe, immò ius vindictæ ad ipſos ſpe-
ctans agnouiſſe, quod ex eo probatur, quia per
pactum cum aduerſariis initum remiſſiones fe-
cerunt, qui actus cum alio geſtus non dicitur
repudiatio, quæ ſolo repudiantis conſenſu effi- 59
ci poteſt, ſed potius liberatio, & ſic paciſcendo,
& remiſſionem faciendo cenſetur priùs acqui-
ſiuiſſe, & poſtea finem, ac remiſſionem feciſſe,
ita poſt Bald. & Caſtrenſ. declarat Ruin. conſ.
170. num. 8. & 9. volum. 1. cum itaque maſculi
ius ipſis delatum remittendo agnouerint, non
poteſt dici, maſculos ceſſare, ideoque ius fœ-
minæ deferri, cum illi eſſent, & agnouerint; ex
quibus omnia, quæ in contrarium audio alle-
gari, penitus reſoluuntur.

Secundò reſpondetur, ibi interfectum fuiſ- 60
ſe filium familias, quod præſumitur, l. ſi eman- 61
cipati, ibi, ſeque emancipatum probatum fuerit C.
de collat. qui hæredem non habet l. 1. & x. ff.
de caſtr. pecul. & ſic ceſſabat diſpoſitio ſtatuti
de hærede loquentis, & remanebat quæſtio ſub
diſpoſitione iuris communis l. ſi extraneus ff. de
cond. cauſa dati, quo inſpecto hæreditaria
qualitas non attenditur d. l. quæſitum ff. de ſe-
pul. viol.

Tertiò cum fœmina ibi nemo concurrebat,
hic autem maſculus, & hæres, qui ex omnium
mente eſt præferendus iuxtà ſuperius relata; 62
concurrit enim in eo duplex qualitas, ſcili-
cet maſculinitatis, & hæredis, ideoque fœmi-
næ præfertur, quod expreſsè tradit vterque
Imol. in d. l. ſi filius, qui patri, primus num. 16.
in fin. verſ. item quod dixit Angel. ſecundus ve-
rò poſt num 24. qui addit, hoc verum, extante
maſculo, alias videtur debere haberi rationem
ipſius filiæ.

Quartò illud animaduerto, quod illa non eſt
deciſio S. C. ſed potius partium allegationes
referuntur, quæſtio enim illa non fuit aliter
deciſa,

deciſa, vt ipſe teſtatur ibi poſt *n.* 18. & obſtaot omnia ſuperiùs relata, quotum ibi mentio nulla habetur.

63 Tandem non obſtat *einſdem deciſio* 611. ex præmiſſis enim facilè reſoluitur.

Primò agitur ibi de maſculo vindictam proſequente, nos verò in fœmina.

64 Secundò ibi hæres erat Eccleſia inſtituta, cui ius vindictæ non competit, vt habetur 23. *q.* 4 *in ſumma, & ferè per totum.*

Tertiò ibi nemo neque ad pacem, neque ad vindictam concurrebat, hic maſculi, & hæredes.

65 Nec obſtat, quod dicitur ibi, ius vindictæ competere iure ſanguinis: nam bene fateor, quod ius ſanguinis attenditur, ſed adhuc requiritur per ſtatutum hæreditaria qualitas, vt ſupra ex dictis omnium probaui, quæ qualitas ibi non attenditur, quia non aderat hæres; qui defuncti necem vendicare poſſet; hic ſecus, & Doctores ibi relati loquuntur de iure communi.

Quartò dicitur ibi, quod hæreditas erat nepoti delata, nec aperit, qua via, ſed forſan iure conſuetudinario, alioquin non poſſet dici hæreditas delata, ſi nullo iure illam conſequi poſſet *d. l. delata*, hic verò ſecùs.

66 Tandem non obſtat Farin. authoritas, qui *in prima parte practica criminalis tit. de accuſat. quæſt.* 14. *num.* 27. aſſerit, competere etiam fœminæ ius vindictæ, ipſamque cum maſculo admittendam.

Primò enim loquitur contra Doctores, vti conſtat ex relatis ibi *in principio*, & ex ſuperiùs deductis.

Secundò videtur, ſe reſtringere in fœmina in ſimul cum maſculo hærede, *vt* ibi *in fin. verſ. ideò.*

Tertiò loquitur attento iure communi, nos autem ſecundum *Regia pragmatica* diſpoſitionem, qua inſpecta ei ius remittendi competit, cui hæreditas defertur.

Cum itaque ex præmiſſis conſtet, authoritatem rerum iudicatarum Duci nullatenus obſtare, neque contrariam opinionem lege aliqua, ratione aut authoritate fundari, cum pro eo iura, rationes, & authoritates apertè afferantur, nullus videtur ſupereſſe dubitationi locus, maximè cum articulus iſte ſit pluries abſque tergiuerſatione in Ducis fauorem deciſus, cum ſtante renunciatione fuerit apertis verbis fœ-
67 mina excluſa, ideoque interpretatio hæc mutanda non eſt, *l. minimè de legib. l. filius ff. ad l. Corneliam de fal.* ibi, *ſic enim inuenio, Senatum cenſuiſſe*, maximè cum opinio hæc ad liberandum tendat *l. abſentem ff. de pœnit*, ideoque inſtanter petitur, decretum M. C. cum maxima cauſæ cognitione prolatum confirmari.

ARGVMENTVM.

*An poſſit deueniri ad inquiſitionem, & torturam non conſtito de corpore occiſo.*

SVMMARIVM.

1 *Non conſtito de corpore occiſi an poſſit deueniri ad inquiſitionem, & torturam.*

2 *Per inducia, & præſumptiones quando poſſit probari delictum in genere.*

3 *Viſus cum perſona, quæ non reperitur, iuncta fama, an poſſit torqueri.*

4 *In delictis, quæ habent etiam figuram non delicti, & quæ poſſunt euenire cum ſcelere, & ſine ſcelere, an, & quando poſſit deueniri ad torturam.*

DECISIO XXVIII.

PRo negatiua, tortura fit ad liquidationem 1
perſonæ, & non ad liquidationem facti, *l. a. §. item illud ff. ad Syll.* vndè liquidè de facto debet conſtare, antequam deueniatur ad inquiſitionem, & torturam Bal. *in l.* 3. *§. ſed & dui fratres in nona additione n.* 15. *verſ. nota, quod priùs debet conſtare ff. de teſti.* Angelus, & Auguſtinus Add. *in tract. de maleſic. in verb. quod fama publica præcedente n.* 108. *verſ. tu Iudex.*

Verum per indicia, & præſumptiones deli- 2
cti in genere in delictis occultis, & difficilis probationis poteſt procedi ad inquiſitionem, & torturam ſecundum communem Doctorum opinionem, quos recenſet Farinac. *in tit. de inquiſitione, quæſt.* 11. *num.* 12. *in prima limitatione*, & per Hortenſ. Caualc. *de brach. regio part.* 1. *n.* 211.

Vnde ſi poſtquam fuerit cum aliquo quis viſus, & per ſpacium temporis non apparuerit, fama exiſtente mortis, vel ſi aliqua alia indicia mortis concurrerent, poterit torqueri, facit text. *in l. & ſi certus §. ſi vnus ff. ad Senatuſconſult. Syllan.* vbi notat Bart. ſeruos poſſe torqueri non comparente Domino, & Iul. Clar. *in § fin. quæſt.* 4 *num.* 3. *ver. vide etiam, quod Senatus*, refert, per Senatum fuiſſe proceſſum contra quoſdam, qui ſimul viſi fuerunt cum eo, qui dicebatur interfectus, quamuis cadauer non fuiſſet repertum.

Et fuit obſeruatum in M. C. contra quendam Ioannem Camillum Mayorinum in anno 1585. inquiſitum de homicidio, non conſtito de corpore delicti, verum fuit probatum, fuiſſe viſum cum prætenſo occiſo, & poſtea diuulgatum ipſum occidiſſe ex cauſa adulterij cum vxore Ioan. Camilli, & in tortura fuit interro-
gatus, vbi reperitur N. cum quo fuit viſus, pa- 3
tet ex proceſſu in banca de Cuntio, & cum in anno 1613. idem contigiſſet, & imputatus quidam Antonius Accialus, fuit carceratus, & eidem datæ defenſiones per M C. & per Sacrum Conſilium fuit confirmatum decretum.

Et idem fuit obſeruatum de anno 1617. per Cæſarem Alderiſium vti delegatum, tunc Regentis Regiæ Cancellariæ officium gerentem contra Leonardum de Lauro, qui bis tortus fuit, proceſſus reperitur in M. C. penes Scipionem de Cuntio.

Secus verò ſi ſimplex aſſociatio eſſet probata, quo caſu non poſſe torqueri, iudicatum fuit per M. C. de menſe Decembris 1631. in cauſa Auguſtini Galli, qui inſimul cum eo, qui non reperiebatur, diſceſſit, & ab eo die poſt aliquot menſes non fuit viſus, nam fuit liberatus cum cautione in forma.

Et ſic etiam fuit iudicatum in crimine ne-
fando fidem Medici teſtificantis non poſſe ap- 4
parere ſigna in adoleſcente prouectæ ætatis eſſe ſufficientem pro probatione delicti in genere,

genere, concurrentibus indiciis ſufficientibus ad torturam, & ideò fuit bis tortus de menſe Octobris 1591. N. etiam ordine Sacri Conſilij, quia in delictis, quæ habent ſe etiam ad figuram non delictorum, & quæ poſſunt euenire, aut facto hominis, & ſic cum ſcelere, aut etiam natura, & ſic ſine ſcelere, ſufficit talis probatio pro delicto in genere.

## ARGVMENTVM.

*Pœna pecuniariæ ex corporalibus commutata per M. C. ſunt Baronis, ad quem ſpectat cognitio delicti.*

### SVMMARIVM.

1 *Pœna pecuniaria ſunt Baronis habentis iuriſdictionem.*
2 *Etiam ſi a Regio Tribunali fiat condemnatio.*
3 *Pœna pecuniaria ſunt Regis, quando cognitio delicti ſpectat ad Regem.*
4 *Vaſſallus non poteſt inuito Barone eligere Iudicem Regis.*
5 *Baro non poteſt vaſſallo inuito alteri eum delegare.*
6 *Priuilegium Baroni conceſſum extenditur ad vaſſallos.*

## DECISIO XXIX.

1 BAtonia Iudex exilij ſententiam tulit contra reum, quæ deinde per M. C. fuit in pecunia commutata, Baro prætendit ad ipſum pecuniam ſpectare, quia condemnationes pecuniariæ ſunt Comitis, & Baronis, cuius eſt iuriſdictio, Iſer. *in tit. de pace ten. in verſ. hæreditarum*, Frecc. *de ſubfeudis in 13. auth. Baron. in princ.* vnde prouentus iuriſdictionis ſunt Domini, qui eſt
2 ordinarius vaſſallorum, quamuis à Regio Tribunali fuiſſet facta condemnatio, vt in propriis terminis tenent Amod. de Pont. *in tract. de laudem. quæſt. 24. num. 13. verſ. vnde licet namque,* tunc enim eſſent Regis, quando cognitio ſpe-
3 ctaret ad Tribunal Reg. vt quia ſubeſſet Regis iuriſdictioni, & ita intelligunt text. *in l. mulctarum C. de mod. mulct. & in tit. quæ ſint regal.* at quando ſubeſt immediatè iuriſdictioni Baronis, ad eum ſpectant, Aluar. *in c. 1. §. qui vlt. col. in vlt. oppoſit. de pac. ten.* Capyc. *in inueſt. in verbo cum mulctarum, pœnarumque compendiis, & in dec. 185. n. 4.* niſi in contemptum ſupremi Principis deliquiſſet, vt quia vocatus ab ipſo Principe non comparuit, vel ſi commiſiſſet crimen læſæ Maieſtatis latè Natt. *conſ. 380. n. 6. & n. 14.* nam tunc pœna ſpectat ad eundem Principem, & an iuriſdictio, & pœnarum, ac emolumentorum perceptio ad vaſſallos feudatarios ſpectent, quando per illorum ſubditos generali Principis edicto contrauenitur, an verò Principi reſeruata cenſeantur, Gaſpar. Anton. Theſaur. *in addit. ad deciſ. Pedem. in reſponſo poſt addit. ad deciſ. 131. & in alio in fin. dicti operis.*

4 Nec aditus vaſſalli ad M. C. præiudicium Baroni afferre potuit, cum non ſit in eius poteſtate ſe eximere à poteſtate Baronis, Iacob. Rebuff. *in l. Ciues n. 3. verſ. ſi autem non appareant iuſta cauſa C. de incol. lib. 10.* Vinc. de Franch. *dec. 417. n. 2. dec. 541. n. 3.* qui alios cumulat.

Vnde quia Dominus, & vaſſallus non iudi- 5
cantur ad imparia, Iſern. *in c. 1. §. & ſi Dominus in fin. verſ. & ſicut vaſſallus condemnatur Domino de milit. vaſſall. qui contumax eſt*, latè Vinc. de Franch. *in prælleg. deciſ. 541.* ſicut vaſſallus non poteſt ſe eximere à poteſtate Baronis; ita Baro non poteſt vaſſallum ipſo inuito alij delegare, vel in alium transferre, Cynus *in l. prima C. de nouat. & deleg.* vbicunque enim intereſt vaſſalli non dari, non poteſt dari Iſern. *in c. Imperialem §. nec Dominus verſ. vbicunque ergo intereſt, de prohibit. feud. alien.* per Feder. & *in ſua paraphraſi* ibidem Loffred. & priuilegium conceſſum Ba- 6
roni extenditur ad vaſſallos, Ioan. Fab. *in l. reſtituenda C. de aduoc. diuerſ. Iud.* pluries in M. C. & S. C. & R. A. fuit coactus Baro recipere, & ius dicere in vaſſallum vaſſallo inſtante.

## ARGVMENTVM.

*Vxor domum ſcienter præbens ad viri necem, qua pœna ſit punienda? Et quid ſi de ſimplici necis viri ſcientia accuſetur?*

### SVMMARIVM.

1 *Vxor, quæ domum ſcienter præbuit ad ſui viri necem, qua pœna plectenda ſit, ambigitur.*
2 *Eamque plectendam eſſe eadem pœna, qua interfector puniendus veniret, quæ vltimi eſt ſupplicij, aſſeritur.*
3 *Domum ſcienter præbens, vt ſtuprum, adulteriumvè cum aliqua matre fam. vel cum maſculo committatur, cuiuſcunque ſit conditionis, tanquam adulter punitur.*
4 *Domum ſcienter accomodans ad faciendum tractatum de committendo homicidium, quod poſtea patratum ſit, eadem pœna cum principali delinquente puniendus eſt.*
5 *Domum præbens, vt ibi quis occidatur, vel de occidendo agatur, auxilium, & fauorem dare cenſetur, & mortis cauſam præbere videtur, ſicut qui ponit gladium in manu furioſi.*
6 *Delinquenti auxilium præſtans ante delictum, & in ipſo actu perpetrandi delictum, eadem pœna, qua delinquens, punitur.*
7 *Vxor ſubdita dicitur viro.*
8 *Cuius ſubiectionis ratione ſola vxoris ſcientia delicti perpetrationi æquiparatur.*
9 *Itemque coniunctionis ratione vxor etiam de ſcientia tenetur; ideoque prohibere, ac reuelare adſtringitur.*
10 *Vxor ſi de ſimplicis necis viri ſcientia accuſetur, de pœna maturiùs cogitandum relinquitur.*

## DECISIO XXX.

VXor domum præbuit ſcienter ad viri 1
necem, dubitatum fuit, qua pœna eſſet punienda.

Quod ſit punienda eadem pœna, qua veni- 2
ret puniendus interfector, quæ erit vltimi

ſupplicij, facit tex. *in l. qui domum ff. ad l. Iu-*
*liam de adult.* vbi ſcienter præbens domum, vt
3 ſtuprum, vel adulterium cum aliqua matre fami-
liàs, vel cum maſculo fieret, cuiuſcunque ſit
conditionis, tanquam adulter punitur, concord.
tex. *in l. auxilium in fin. ff. de minor. & in l. pri-*
*ma in fin. ff. de extraord. crim. & l. mariti §. hoc*
*quinquennium ff. ad l. Iuliam de adult.* Iſer. *in*
*vſib. feudorum §. turpiter luſerit in addit. verſ.*
*ſollicitantes etiam vt lenones, quibus mod. feud.*
*amit.* & Berous *in conſ.* 192. *per totum vol*
4 3. accommodantem ſcienter domum, ad fa-
ciendum tractatum de committendo homici-
dium, quod poſt: à ſit ſequutum, eadem pœna
cum principali delinquente, puniendum con-
ſuluit.

5 Inſuper præbens domum, vt ibi occidatur,
vel agatur de occidendo, auxilium, & fauorem
dare cenſetur, Bart. *in l. etſi amicis* § 1. *in fi. ff.*
*de furt. & in l. in furti §. ope num.* 2. *ff. de furt.*
& cauſam mortis videtur præbere; ſicut qui
ponit gladium in manu furioſi *ff. de ſicar. l. nihil,*
Iſer. *in § præterà verſ. videtur quidem cauſam*
*mortis præbere, quæ ſit prima cauſa benef. amit.*
6 & delinquenti præſtans auxilium ante delictum,
& in ipſo actu perpetrandi delictum, eadem pœ-
na punitur *iux. commun. opin.* de qua per Dec. *in*
*cap.* 1. *num.* 63. *de offic. deleg.* Menoch. *de arbi-*
*trar. Iudic. cent.* 4. *caſu* 349. Per. Caball. *in re-*
*ſolut. crim. reſol.* 192. *n.* 2.

7 Et fortiùs in caſu, de quo quæritur, cum ſit
coniux, quæ eſt ſubdita viro, Felin. *in cap. mulie-*
*res de ſentent. excom. & in cap. ex parte de ſponſ.*
8 Boër. *deciſ.* 262. *num.* 9. & ratione ipſius ſubie-
ctionis ſola ſcientia æquiparatur perpetrationi de-
licti, Bar. *in l. vtrum de parric.* ſequitur, & alios
congerit Boër. *in d. deciſ. num.* 9. Felin. qui alios
affert, tenentes hanc opinionem *in cap.* 1. *colum.*
2. *verſ. ſecundò fallit de offic. deleg.* ſubdens,
quod etſi Bald. Angel. & Salyc. contrarium dice-
rint, tamen in practica ſeruatur opinio Bartoli,
9 quia non inuenitur caſus deciſus de hoc in vxore,
quæ etiam ratione coniunctionis tenetur de ſcien-
tia; nam prohibere tenetur, & reuelare, Iſer.
*in d. §. præterà verſ. idem ſi pro coniunctis, vt*
10 *vxore, quæ ſit prima cauſa benef. amit.* verum
ſi de ſimplici ſcientia accuſaretur, eſſet cogitan-
dum maturiùs de pœna.

## ARGVMENTVM.

*Excuſator abſentis, an, [1] & quando admitta-*
*tur? Et, quæ dicatur iuſta abſentiæ*
*cauſa.*

### SVMMARIVM.

1 *Exceptio de malo aëre admittitur, propter quod citatus comparere non tenetur, & exemplificatur in gentibus de Aprutio, qui citati in M. C. de menſe Iulij, vſque ad menſem Septembr. comparere non tenentur.*
2 *Excuſator abſentis admittitur, ſi iuſtam rationem habeat.*
3 *Excuſator abſentiam allegans pro contumace, non auditur.*
4 *Excipiens de malo aere, & præter abſentiam aliis de cauſis excuſans cautionem præſtare, ac promittere tenetur de præſentando reum infra certum terminum.*
5 *Excuſator abſentiam allegans, non repellitur.*
6 *Imò terminus ad ipſum reum abſentem certio-randum ſtatuendus eſt, aliàs proceſſus redditur nullus, & ita iudicatum, & nu-mer. 9.*
7 *Iuſta abſentiæ cauſa quæ dicatur, explicatur.*
8 *Audientia, quæ contumaci denegatur, an banniro conceditur.*

## DECISIO XXXI.

FVit iniunctum Ill. Marchioni Piſcariæ man-
dato Excellentiſſimi Domini, quod non
diſcedat à Terra Guaſti ſub pœna duc. 20. m. ſe-
quuto poſtmodum homicidio Ill. Marchionis
Vriæ in Ciuitate Neap. quod per fiſcum de
mandato Ill. Marchionis Piſcariæ prætendebatur
commiſſum, perquiſitus Ill. Marchio non fuit
repertus in Terra Guaſti, fuit per delegatum con-
demnatus ad pœnam in mandato contentam, &
citatus ad informandum, & ad capitula pro ho-
micidio, comparuit excuſator, allegauit abſentiam
extra Regnum, & non poſſe accedere ſine vitæ
periculo propter aëris mutationem: nam vocati 1
de menſe Iulij, vſque ad menſem Septembris
comparere non tenentur, de qua obſeruantia me-
minit Scaglionus *in rit. M. C.* 163. *num.* 27. Foller.
*in pract. in verb. audiantur excuſatores,* Baiard. *ad*
*Clar. q.* 34. *num.* 31.

Fiſcus inſtabat, non audiri, & contumacem 2
reputari, nam admittitur excuſator abſentis, ſi iu-
ſtam rationem habeat, *l. pen. § ad crimen ff. de pu-*
*blic. iudic.* & cum Ill. Marchio contendendo man-
datum Principis diſceſſerit, non poteſt dici iuſta
cauſa, nec ei proderit exceptio, *l.* 2. *§. fin. l. ſed etſi*
*quis §. illud ff. ſi quis caut.*

Inſuper fuit, vti contumax, condemnatus 3
ad pœnam, & pro contumace non auditur ex-
cuſator, abſentiam allegans iuxta obſeruantiam
M. C. de qua per Foller. *in pract. in verb. au-*
*diantur excuſatores num.* 12. *verſ. & ſi opponere-*
*tur,* Carauit. *rit.* 266 *in fin.* quo ad exceptio- 4
nem de aëre malo dicebat, eſſe præſtandam cau-
tionem de ſe præſentando per viam expromiſ-
ſionis in menſe Septembris, nam præter abſen-
tiam excuſans aliis de cauſis tenetur promittere
de præſentando reum infra terminum certum,
Carauit. *rit.* 266. *num.* 6. *verſ. licet regulariter.*

Pro Ill. Marchione dicebatur, quod excuſa- 5
tor abſentiam allegans non repellitur, *l. ſeruum*
*quoque § publicè, & l. abſens ff. de procur. d. §. ad cri-*
*men. & decretum Reginale inter rit. M. C. in ordi-*
*ne* Carau. *rit.* 266. & ſtatuendus eſt terminus ad ip- 6
ſum reum abſentem certiorandum, alias proceſſus
redditur nullus, Farin. *p.* 1. *tom.* 1 *de inquiſ. num.* 52.
*verſ. quod ſi allegatur Iudici ſimpliciter, & latiùs*
*in* 2. *par. de var. & diuer. qq. q.* 89. *n.* 293. Guazz. *in*
*tract. ad defenſam inquiſitorum defenſ.* 12. *circa*
*excuſatores pro abſente cap.* 1. *num.* 4.

Tunc enim non dicitur iuſta cauſa abſentiæ, 7
quando culpa eſt ordinata ad caſum contingen-
tem, ideſt ad non comparendum, & non pa-
rendum citationi, ſeu mandato ad informandum;
ſecùs verò quando culpa non fuit ordinata
ad hunc caſum, ſeu effectum, vt comparere non
poſſit, nam tunc abſenti non eſt imputanda *l. ſi*
*vehenda*

*vehenda* §. 1. *ff. ad l. Rod. de iact.* *cum concord.* ita diſtinxit Bart. *in l.* 2. §. *fin. in fin. ff. ſi quis caut. verſ. item contra*, ſequutus fuit Io. Andr. ad Specul. *in tit. de accuſ.* quos affert, & ſequitur Io. Ant. Canar. *de excuſatore in tract. diuer. tom.* 11. *par.* 1. *partic.* 2. *num.* 8. *verſ. decimò ſextò quæro.*

8 Nec obſtat, quod ſecundò dicebatur pro fiſco, quia vti contumax fuit condemnatus, nam & ſi contumaci denegetur audientia, non denegatur damnato *d. l. ſed & ſi quis §. illud ff. ſi quis caut.*

Fuit per Regentem Henriquez, Conſiliarios Angulum, & Nieueſam vnà mecum delegatos
9 ſub die 20. Iulij 1623. prouiſum, quod remaneat contumax, verùm ſi comparuerit infra duos menſes, deleatur à contumacia, & ſic admiſſus excuſator, & conceſſa fuit dilatio. Act. aſſumptus Vincentius Migliaccius.

## ARGVMENTVM.

*Contumaci iterum citato, ſi tempore ſecundæ citationis ſint elapſi duo menſes à die delicti, an ſit danda dilatio ratione abſentiæ.*

### SVMMARIVM.

1 *Dilatio ob abſentiam allegatam non eſt concedenda, quando reus viſus fuit tempore delicti, vel ante, vel paulò poſt delictum commiſſum.*

2 *Secùs verò ſi poſt duos menſes abſens fuit, nam tunc ceſſat diſpoſitio cap. poſt commiſſum.*

3 *Dilatio ob abſentiam an ſit concedenda in beneficium contumacis (cui erat deneganda iuxta capitulum poſt commiſſum) citati poſtmodum pro eadem delicto, cum abbreuiatione termini vigore reſcripti Domini Proregis, poſt duos menſes.*

4 *Deciſio.*

5 *Comparitiones de ſero an præſentari poſſint per procuratorem, vel excuſatorem.*

## DECISIO XXXII.

1 Citatus fuit reus ad informandum, & ad capitula, non comparuit, fuit contumax reputatus, qui ob abſentiam excuſandus non erat, quia tempore delicti fuit reus ipſe viſus, & de recenti poſt commiſſum delictum diſceſſit, quo caſu denegatur dilatio ob abſentiam, poſt contractam contumaciam mandauit D. Prorex Regni, quod procedatur ſententiam foriud. non expectato anni circulo, fuit iterum reus citatus cum inſerta forma reſcripti, cũ abbreuiatione termini, elapſis duobus menſibus à die patrati delicti, comparuit excuſator, & allegauit abſentiam, inſtando pro dilatione, quia ſecunda
2 hæc citatio fuit expedita longè poſt delictum, quo caſu non eſt locus diſpoſit. *d. cap. poſt commiſſum* ex dictis per Præſ. de Franch. *dec.* 327. *n.* 5. & per Fuller. *in pract. in verb. audiantur excuſatores n.* 29. *verſ. pone, quod delictum*, & in hoc caſu, quia abſentia videbatur veriſimilis, ſub fiducia, quod habebat annum ad comparendum iuxta *Conſtit. Regni*, & ſic videbatur ceſſare præſumpta calumnia, quod conſiderauit Iſern. *in Conſt. pœnam eorum col.* 2. *verſ. ſed in particulari caſu fuit per S. C. conceſſa dilatio*, Vincent. de Franch. *decif.* 589.

Pro fiſco replicabatur, quod attenta ratione 3
expreſſa *in d. cap. poſt commiſſum* eſt, etiam denegganda dilatio in caſu, de quo agitur; ratio enim poſita *in d. cap. poſt commiſſum*, ea eſt, quia hæc abſentia proxima delicto latitatione fungitur, vel ſi veritati conſentiat propter timorem ſceleris fuga præſumpta rationabiliter comprobatur, quæ non tollitur per curſum temporis poſt contractam contumaciam, & illa latitationis, vel fugæ præſumptio non purgatur, niſi per præſentationem argumento *l. contumacia ff. de re iudicata*, nec poterat eſſe confiſus de anno, nam non datur annus ad comparendum, ſed ad purgandam contumaciam pro ſententia foriudicationis.

Ex quibus ſub die 20. Decembris 1617. in 4
cauſa Ioannis de Linfriſco fuit iudicatum per M. C. quod remaneat contumax, non obſtante abſentia allegata, & per S. C. confirmatum decretum proceſſus eſt in M. C. in banca Tartagliæ.

In hac materia excuſationis fuit dubitatum in 5
S. C. an ſit admittendus excuſator, ſeu procurator infra tempus purgandi moram, ideſt vſque ad primum ſomnum, præſentando pro citato comparitionem de ſero allegans, citatum reperiri infirmum, vel abſentem in loco, in quo poteſt accedere Iudex ante primum ſomnum, petendo Iudicis acceſſum, & fuit per totum S. C. ma tunc fiſci patrono inſtante interpoſitum infraſcriptum decretum, & fuit inſertum in volum. Pragmat.

Die 5. menſis Octobr. 1617. Neap. Audita inſtantia facta in S. C. per Magnificum V. I. D. Ioannem Franciſcum Sanfelicium Regium fiſci patronum cauſarum criminalium petentem declarari, quod comparitiones de ſero poſt rectam Curiam non admittantur in M. C. V. niſi præſententur per ipſosmet principales citatos, non obſtante infirmitate, ſeu alio quouis impedimento allegato in perſonam principalium, ſublato quouis abuſu petendi acceſſum Iudicis ad domum impediti.

Congregato in eodem Sacro Conſilio ordine Ill. Regentis Marci Antonij de Ponte Marchionis Sancti Angeli Regij Collateralis Conſiliarij, & Præſidentis Sacri Conſilij, Viceque prothonarij pro determinatione articuli prædicti interuenientibus præfato Ill. Marchione, & infraſcriptis Magnificis Regiis Conſiliariis declaratum eſt, comparitiones nuncupatas de ſero omnium citatorum in caſibus, in quibus tenentur perſonaliter comparere, qui in vltima contumacia non comparuerunt, Curia pro Tribunali ſedente, ſed per ritus M. C. V. admittuntur ad purgandam contumaciam, eodem die vſque ad primum ſomnum, non poſſe recipi per Iudices M. C. V. niſi perſonaliter compareant ipſi principales, contra quos fuit incuſata vltima contumacia, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, non autem per Procuratorem, neque ſub prætextu infirmitatis, ſiue alterius cuiuſcunque Impedimenti, etiam ſi petatur acceſſus Iudicis ad locum, vbi degit impeditus, hoc ſuum, &c. De Ponte Præſ. & Proth. Caſar Frezza, Marcus Antonius Morra, Pirrus Paganus, Didacus Salinas, Iacob. de Franch Aloyſ. Valcarcel, Io. Andr.

de Georg. Cæſar Alderiſ. Ferd. Brancio, Io. Bapt. Valenzuela, Io. Bapt. Meliot, Scipio Roult. Balthaſar Golinne.

## ARGVMENTVM.

*An à denegata dilatione ob abſentiam allegatam rei citati, ſeu à breuitate dilationis liceat appellare.*

### SVMMARIVM.

1 *Non eſt admittenda allegata abſentia, quando reus fuerit viſus tempore delicti.*
2 *Appellatio an admittatur à denegata abſentia, vel à breuitate termini, & n. 5. & 7.*
3 *Abſentem defendere, & cauſam abſentiæ allegare pro reo capitalis criminis quibuſlibet eſt permiſſum.*
4 *Defenſionis ſpecies eſt excuſationem proponere.*
6 *Appellatio eſt ſpecies defenſionis.*
8 *Practica Regiæ decretationis, quando appellatur à breuitate dilationis ob abſentiam conceſſa, vel denegata.*
9 *Stylus, & obſeruantia facit legem, & n. 10.*

## DECISIO XXXIII.

1 DEnegatur dilatio ob abſentiam allegatam pro parte coniuncti, ex eo, quod tempore delicti fuit reus ipſe viſus, quia excuſatio non admittitur, ſi præſumatur malitioſè proponi iuxta diſpoſita *per ritum M. C. 266. in ordine* Carauitæ.

Et malitioſè præſumitur, ſi de recenti poſt commiſſum delictum ſe abſentauit per *Capitulum Regni poſt commiſſum*, de quo per Præſ. de Franch. *deciſ. 237.* quod exemplificat Foll. ſi infra duos menſes poſt commiſſum delictum abiit *in pract. crim. in verb. audiantur excuſatores num. 20.*

Itemquè quando ex aliis Iudici videbitur calumnioſa, vt ſi diſceſſit de recenti, ſiue ante citationem, ſiue poſt citationem, dubitans de citatione, quia tunc eius abſentia præſumitur in fraudem, facit *cap. de conſultationibus de offic. deleg.* & ibi Felin. faciunt dicta per Bald. *in l. quoties C. de rei vend.* vbi dicit, quod ſi eſt vocatus ad iudicium, vel ſi eſt timor, quod de proximo citabitur, iſta eſt coniectura, quod in fraudem vendiderit, & ſequitur Felin. *vbi ſup.* refert Compag. *in d. cap. poſt commiſſum num. 21. verſ. limita primò*, proindè obſeruatur capi informationem ad inſtructionem Iudicis etiam extra informationem delicti abſque partis citatione iuxta praxim traditam per Vinc. de Franch. *d. dec. 307.* quod fuerit viſus de recenti poſt delictum, vel ante, vel poſt citationem.

Et fuit obſeruatum ſub die 15. Martij per Iudices delegatos Regentem Ferdinandum Brancia, & vnà mecum Conſiliarios, Andream Marcheſium, Thomam de Franchis, & Iudicem Commiſſarium Campaneæ Oliuadiſium interueniente pro fiſci patrono Reg. Fabio Galeota, tunc Præſ. R. C. in cauſa Pauli Girardi inquiſiti de aſſaſſinio, vel mandantis quem conſtabat poſt captaram ſocij criminis, & ſi pluribus menſibus elapſis poſt commiſſum delictum, metu confeſſionis dicti ſocij, & ex conſequenti citatione, penèlò ante citationem ad informandum à Ciuitate Neap. diſceſſiſſe, & Beneuentum confugiſſe vnà cum altero ſocio criminis oppoſita excuſatione abſentiæ non obſtante, fuit decretum remanere contumacem, quia talis abſentia latitationis vice fungitur, & propter timorem ſceleris fuga præſumitur *d. cap. poſt commiſſum.*

Fuit pariter dubitatum, an competat appellatio coniuncto excuſatori, ita vt poſſit prouideri, quod verbum faciat in Sacro Conſilio, ibiquè reuidendum decretum denegationis abſentiæ per M. C. latum.

Pro affirmatiua affertur doctrina Bald. *in marg. Innoc. in verb. officium verſ. etſi excuſatio ſua*, vbi interloquendum eſſe tenet ſuper excuſatione, & 2
pronuntiandum, an ſit admittenda, & à tali interloquutoria excuſatorem appellare poſſe, ponderans ad hoc tex. *in l. liberto in fin. de neg. geſt.* vbi textus, dum cauſas abſentiæ ab Amico allegari permittit, ſubdit, culpam contraxiſſe non videtur, quod à ſententia contra abſentem dicta ipſe non prouocauit, colligit ex hoc, poſſe prouocare, hanc etiam ſententiam ſequitur Socin. *in cap. veniens col. 3. verſ. & aduerte de excuſat.* quos refert, & ſequitur Rebuff *ad Conſt. Galliæ in tit. de excuſat. n. 15.* idem tenuit Pet. Piccol. *ſuper Conſt. Regni pœnam eorum*, quæ ponitur *in lib. comment. pragm.) n. 13.* in excuſatore foriudicandi per tex. *in l. ſeire §. e. ff. de excuſat. tutor.*

Patet etiam, fuiſſe admiſſam appellationem in caſu prædicto ex dictis per Dom. & præceptorem meum Reg. Carol. Top. *in Conſt. Regn. citationis literarum verb. ad notitiā verſ. à quo decreto contum.*

Pro qua opinione facit etiam, quia quibuſcun- 9
que data eſt poteſtas, abſentem defendere quamuis reum capitalis criminis, allegando abſentiæ cauſas per tex. *in d. §. fin. & in l. ſeruum §. publicè de procurator. & in l. reos C. de accuſat.* vbi gloſa *in verb. per procuratorem verſ. dic ergo defendi, & per rit. M. C. Vic. in ordine* Carauitæ 269. quilibet admittitur ad excuſandum citatum abſentem vel infirmum, aut captiuum.

Excuſare enim eſt quædam ſpecies defenſionis 4
imò defenſio *d. § publicè* Andr. *in Conſt. Reg. edictor. in verb. excuſatio legitima verſ. nam excuſare eſt quadam ſpecies defenſionis*, ſi enim admittitur 5
ad defenſionem, cauſae abſentiæ allegandæ, non
eſt deneganda appellatio, quæ eſt ſpecies defenſio- 6
nis *cap. cum ſpeciali § porrò de appellat.* Socinus *conſ. 195. col. 3. vol. 2.* Maranta *in pract. in verb. & quandoque appellatur num. 247.*

Et aliàs in excuſatione ob infirmitatem dum ſenectutem comprehendi in exceptione infirmitatis prætendebatur, allegata exceptione prædicta tempore Grammatici, & non admiſſo per M. Curiam, fuit per S. C. reuocatum decretum M. C. & ſic patet, admiſſam fuiſſe appellationem, vt refert idem Grammat. *in rit. item ſi aliquis, vel aliqua. ſuper excuſationibus infirmorum*, & ex 7
dictis per Præſ. de Franch. *in deciſ. 189. in verſ. habito recurſu ad Sacrum Conſilium*, patet, appellationem in S. C. fuiſſe admiſſam in caſu denegationis dilationis ob abſentiam virtute *d. cap. poſt commiſſum.*

Contrariam opinionem, videlicet quod non ſit deferendum appellationi, multis mediis fundat Rouit. *ad comment. prag. Reg. in rub. de appell.*

à

*à num.13.* idem & ſi abſque alio fundamento refert Baiard. ad Iul. Clar. *in quaſt.34.à num.9. vſque ad num.12.*

Quicquid autem ſit de iure communi, nulli dubium eſt, in Regno fuiſſe ſemper obſeruatum à prædicta denegatione excuſationis ob allegatam abſentiam denegatam fuiſſe appellatio-
8 nem, & per Præſid. Sac. Cur. fuiſſe prouiſum, quod eadem Magn. Cur. iuſtitiam faciat, vel debitè prouideat, de qua forma decreti teſtatur Præſ. de Franch. *deciſ.327.* & idem Roult. *in praalleg. rubrica num.13.* & ita ſtylus indeteratus viget penès Dominos Præſidentes S.C. vt patet ex ſcripturis productis, & in contradictorio ſic obſeruatum,& hanc eandem obſeruantiam vigere in Regno Galliæ,refert Rebuff. *in d.num.15.*

Etſi D. Reg.de Tap.*in d.Conſt. citationis litera* videatur, contrarium dicere,fuiſſe obſeruatum, dum in illa cauſa appellatum fuiſſe refert; attamen contrarium ex actis apparet: fuit enim id controuerſum in homicidio commiſſo per Ducem Sanctæ Agathæ, & cum in Collaterali Conſilio eſſet dubitatum, an grauaſſet Præſes Sac. C. denegando appellationem, Dominus Prorex mandauit ſub die 20. Septembris 1602. quod M. C. relationem faciat in S. C. ſuper prætenſa appellatione, quæ non aliter fuit facta, prout patet ex proceſſu dicti homicidij, & perquiſitis nonnullis aliis patet paſſim fuiſſe obſeruatam per Dominos Præſidentes S. C.decretationem *Mag. Cur. iuſtitiam faciat*, & in contradictorio ita prouiſum.

Et caſus, de quo per Grammat.*in d.tit.* differt à caſu noſtro,ibi.enim articulus iuris,& dubius fuit allegatus, ſcilicet, an extendenda ſit infirmitatis exceptio ad ſenectutem,caſus,de quo agitur, nullam habet difficultatem, cum clara ſit diſpoſitio *cap.Regni per commiſſum.*

Nec ex relatis per D.de Franc. *dec.589.* poteſt fundari contraria praxis; cum tantum dicat cauſam introductam in S.C.nec conſtat,fuiſſe diſcuſſum articulum,an competat appellatio, quod ex cauſis in illo caſu decurrentibus potuit euenire, & hæ deciſiones fuerunt poſt mortem collectæ,& non ſunt tantæ authoritatis, vt aduertit Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Prorog. in tit. de decret. Coll.Conſilij ſuper oblig.ſeu alienat.rer.dotal.n.13. verſ.octauò ſi in diſpoſitione.*

9 Quæ obſeruantia, & ſtylus abſque dubio facit legem in Tribunalibus huius Regni, & contra illum non poteſt iudicari, ſed eſt pro lege ſeruandus Affl.*in Conſt.præſenti lege 4 notabili*, idem *in deciſ.135.num.3.& deciſ.88.in fin.* Carauit.*rit.1. n.23.in fine poſt* Cyn.& Bal. *in l.prima in fine C. quaſit long.conſuetudo*, Theſaur.*in proæm.ad deciſ. Pedem.num.32.verſ.quod ſi ter.*

10 Cuius quidem ſtyli tanta eſt efficacia, vt nulla neceſſitas incumbat perquirendi rationem: quia ſufficit authoritas patrum noſtrorum, quæ quidem grauiſſima eſt, & pro lege ſeruanda ex traditis per Præſid. de Franch. *deciſ.470. per totum, & præſertim num. 4. verſ. mali etiam fuerunt, & num.5.*

In diſcuſſione articuli per Sacrum Conſilium in Collaterali fuit dubitatum de ſtylo prædicto ex allegata *deciſ.* de Franc. 589. ibi enim patebat, eſſe admiſſam appellationem, & non reſoluto articulo ex conſenſu fiſci Aduocati fuit relata cauſa, & confirmatum decretum M. C. virtute *d. cap. poſt commiſſum*, in cauſa Iulij Pagani inquiſiti de homicidio ſub die 16. Nouembris 1617. ad relationem M. C. proceſſus eſt in banca Danielis.

## ARGVMENTVM.

*Aſcendens cum ſcalis ligneis ad feneſtram alicuius Monaſterij furandi cauſa, per quam Monaſterium ingreſſus Monachum vulnerauit, ibique detentus, & M. C. V. conſignatus prauia Nuntij licentia, qua pœna plectendus veniat. Arbitrium in pœnis quando poßit extendi vſque ad mortem.*

## SVMMARIVM.

1 *Vulneratus Monachum in Monaſterio, ad quod cum ſcalis aſcendit furandi cauſa, pœna plectendus ſit,& n.6.& 8.*

2 *Pœna mortis plectendus quis non eſt ex hoc ſolo, quia cum ſcalis aſcendit cauſa furandi,ſed alia mitiori arbitraria.*

3 *Scalas ligneas aſportans de iure Regni per Regiam pragmaticam mortis pœna puniendus eſt, aut alia arbitrio Excellentiſſimi Domini, & ſic cum alternatiua electio Proregis eſt,& n.5.*

4 *Flagrantia requiritur,vt aſportans ſcalas puniatur pœna Regia pragmatica.*

7 *Concurrentibus qualitatibus aggrauantibus aſcendens cum ſcalis furandi cauſa,mortis pœna puniri poteſt.*

8 *Qualitas aggrauans ea eſt, cum in Monaſterio aliquod committitur delictum, & ſic in loco ſacro, in quo quàm graue facinus ſit, remiſſiuè habetur.*

9 *Pœnam vltimi ſupplicij arbitrari ratione loci multoties obſeruatum fuit, vbi etiam caſus habet remiſſiuè.*

10 *Qualitas item aggrauans dicitur,quando vulnera Monacho illata fuerunt,hoc namque crimen ratione perſona grauius eſt.*

11 *Loci ſanctitas ad perſona ſanctitatem ordinatur.*

12 *Delicta tantò grauiora eſſe cenſentur quantò perſona,vel locus ſanctiora ſunt.*

13 *Arbitrium in grauiſſimis delictis vſque ad mortem extendi recepta* gloſſ. *opinione affirmatur in maiori Magiſtratu,& ſupremis Iudicibus, & ita obſeruatum num. 16. & 17.*

14 *Arbitrium in minori magiſtratu ad mortem non extenditur, niſi conſulto Principe, in quo nullam dubietatem haberet* gloſ. *ſententia, quippe Princeps de nouo poſſet in delictis mortis pœnam imponere.*

15 *Princeps poteſt pœnam arbitrariam extendere ad mortem.*

## DECISIO XXXIV.

GRegorius Presta aſcendit cum ſcalis ligneis ad Monaſterium Fratrum S. Mariæ de Gratia furandi cauſa, ac per feneſtram ingreſſus, Monachum vulnerauit,ibiquè detentus

preuia licentia Nuntij Apoſtolici fuit conſigna-
tos M. C. io qua fuit diſcuſſum, qoa pœna veni-
2 ret plectendus. Pro reo allegabant, opioionem
maioris partis DD. tenentium contra Bald. non
poſſe puniri pœna ordinaria mortis, ſed alia mi-
tiori arbitraria, quos congerit Cabal. *reſolut. crim.*
*caſu 97. num. 3. verſ. ſunt tamen alij*, cæteroſquè
hanc ſequentem opinionem tanquam tutiorem,
& æquiorem affert Giurba *conſ. 6. num. 2. verſ. ſe-*
*cunda fuit.*

3 Nec poſſe in hoc caſu practicari pœnam im-
poſitam *à Regia Pragmatica* edita de anno 1560.
*ſub tit. de ſcalarum prohib.* ponderando verba, *Et*
*quelli ſi trouaranno portare dette ſcale, incorrano*
*nella pena di morte naturale, ò altra pena à no-*
4 *ſtro arbitrio reſeruata*, nam iuxta theoricam
Bart. communiter receptam *in l. ſi barſatorem C.*
*de fideiuſſ.* de qua latè per Iul. Clar. *in pract. crim.*
*in §. fin. quaſt. 82. ſtatui. 6. requiritur, quod ſit ca-*
*ptus cum ſcalis.*

5 Inſuper per ſtatutum eſt impoſita pœna mortis,
aut alia arbitrio Excellentiſſimi Domini, & electio
alternatiuæ eſt Proregis.

6 Sed his non obſtantibus deciſum fuit per Ma-
gnam Curiam delegatam eſſe laqueo ſuſpenden-
dum dictum Gregorium ſub die 22. Auguſti 1634.
Franc ſcus Tartaglia Act.

7 Nam quamuis non eſſet puniendus pœna
mortis ex eo ſolo, quia cum ſcalis aſcendit cauſa
furandi ex dictis per Caball. *loc. cit.* attamen con-
currentibus qualitatibus aggrauantibus poteſt pu-
niri pœna mortis, vt tenet idem Caball. & refert
deciſum *in d. caſ. 97. num. 20. verſ. ſecunda ſit*
*concluſio.*

8 Qualitates aggrauantes concurrentes in caſu, de
quo agitur, ſunt 1 quia in Monaſterio, & ſic in
loco religioſo, in quo quàm graue facinus ſit, ha-
bes in tex. *in cap. frater 17. quaſt. 4.* & ex Lu-
dou. Peguer. *deciſ. 14. num. 7. verſ. ſecunda ſpe-*
9 *cies ſacrilegij eſt*, & multoties obſeruatum fuiſſe
ratione loci arbitrari pœnam vltimi ſupplicij te-
ſtatur de Pont. *de poteſt. Proreg. in tit. de pro-*
*miſ. fieri ſolit. §. 11. in fin. num. 16.* ibiquè nar-
rat caſus.

10 Et quia illata fuerunt vulnera monacho, quod
crimen ratione perſonæ graue eſt *l. ſancimus C. de*
*Sacroſ. Eccl. in fine*, fundat Peguer. *d. deciſ. 14.*
11 *num. 6. verſ. prima ſpecies eſt*, quia ſanctitas loci
ordinatur ad ſanctitatem perſonæ 12. *diſtinct. per*
12 *totum*, & tantò ſunt grauiora, quantò perſona,
vel locus ſunt ſanctiora *l. ſi quis hoc genus ſacri-*
*legij C. de Epiſcop. & cleric. cap. felicis de pœn.*
*in 6.* Boër. *deciſ. 254. num. 14. verſ. quare ſi ſa-*
*crilegium.*

13 In grauiſſimis enim delictis recepta eſt opin.
gloſ. *in d. §. in ſumma inſt. de iniur.* arbitrium
extendi vſque ad mortem de Pont. *in d. tract. in*
*d. tit. de promiſ. fieri ſolit. §. 2. in fin. num. 19.*
*verſ. recepta eſt opin.* gloſ. Caball. latè fundat
*reſolut. crim. cap. 95.* & latiùs omnium opinio-
nes refert, & fœdere diſtinctionis concordat Giurb.
*conſ. 6.* qui in maiori magiſtratu, & ſupremis iu-
dicibus fundat per eos mortis pœnam imponi
14 poſſe ibi *num. 113.* in minori vero magiſtratu
conſulto Principe, ſi id atrocitas delicti expoſcat,
nam opinio gloſſæ in Principe nullam habet du-
bietatem, qui de nouo poſſet in delictis pœnam
mortis imponere, idem de Pont. *loc. citato num.*
14. *verſ. hac inquam*, Caball. *caſu 99. num. 103.*
*verſ. & quando opinio hac non eſſet admodum tu-*
*ta*, & omnes pœnas eſſe Principi arbitrarias, & 15
poſſe extendi, & imponi, prout melius ipſi vide-
bitur Auguſt. ad Angel. *de maleſic. in verb.* & ibi
*capus à ſpatulis verſ. quare aliqua lege num. 46.*
Farin. *de delict. & pœnis quaſt. 17. num. 60.* latiſ-
ſimè, & copioſè Giurb. *d. conſ. num. 12. verſ.*
*primum eſt.*

Hinc M. C. delegata nomine Regio proce- 16
dens, vicem maioris magiſtratus gerens, pœnam
mortis impoſuit.

Et de menſe Iunij 1636. Ioannem Domini- 17
cum Coſta, qui adulterinis clauibus, apertis oſtiis
de nocte, cuidam Doctori in lecto cum coniuge
iacenti vim intulit, & ambos vulnerauit, & fur-
tum tentauit, ſed non perfecit ob clamorem Mag.
Cur. vt totius ageret conſulto Principe, pœna
mortis plectendum cenſuit, & facta relatione in
Conſ. Coll. fuit approbata ſententia.

## ARGVMENTVM.

*In Regno in furto vnciam excedente quali-*
*tate ſacrilegij concurrente qua pœna lo-*
*cum obtineat? Sacra res qua dicantur, ad*
*hoc vt per illarum furtum ſacrilegium*
*committi dicatur.*

## SVMMARIVM.

1 *Surripiens linteamina altaris, & alia pro or-*
*natu illius ex ſerico confecta valoris vltra*
*vnciam, qua pœna plectendus ſit.*

2 *Pœna vltimi ſupplicij furantes vltra vnciā pu-*
*niri in Magna Curia nunquam obſerua-*
*tum fuit, niſi in magno furto, vel concur-*
*rente qualitate effractionis, aut clauis adul-*
*terina.*

3 *Pœnam quoque vltimi ſupplicij in Regno in*
*furto vnciam excedente, qualitate ſacrile-*
*gij concurrente, practicatam fuiſſe non am-*
*bigitur, & n. 9.*

4 *Sacrilegij autem qualitas quando concurrere*
*dicatur, & qua res ſacra ſint, ad hoc, vt*
*per illarum furtum ſacrilegium quis com-*
*mittere dicatur, & in furto vnciam exce-*
*dente vltimi ſupplicij pœna puniendus ſit,*
*diffuſè explicatur, longaquè manu diſcuti-*
*tur, & num. 6. & 8.*

5 *Etiam de iure communi, & num. 7.*

10 *Et pœna vltimi ſupplicij puniendum eſſe,*
*comprobatur auctoritate rei iudicata.*

## DESICIO XXXV.

IOannes Dominicus della Rocca ab Eccleſia S. 1
Mariæ Salutis in ſuburbio Ciuit. Neap. ſurri-
puit linteamina altaris, & alia ex ſerico confecta
pro ornatu imaginis Sanctæ Mariæ valoris vl-
tra vnciam, fuit dubitatum, qua pœna eſſet ple-
ctendus.

Pro reo dicebant, nunquam fuiſſe obſeruatum 2
in M. C. pœna vltimi ſupplicij plecti furantem
vltra vnciam, niſi in magno furto, vel concurrente
qualitate effractionis, aut clauis adulterinæ, vt teſta-
tur Conſil. Gizz. *deciſ. 13. num. 7.*

Et quamuis concurrente qualitate ſacrilegij 3
practicata

prædicata fuit pœna vltimi ſupplicij, vt teſtatur Præſ. de Franch. *deciſ. 315. num. 7. verſ. item quod licet capitulum prædictum, & inferius num. 10. in fin.* & Foller. *in fragment. in tit. de ſacrileg.* at-
4 tamen intelligendum dicebant, quando aliqua res ſacra furto ſubtrahitur ab Eccleſia, quia tunc
5 committitur propriè ſacrilegium, & punitur pœna mortis etiam de iure communi *l. 4. ff. ad l. Iul. pecul. l. ſacrilegij eod. tit.* & non ſemper imponebatur pœna mortis, ſed ex qualitate perſonarum, & ipſius delicti iuxta DD. communem opinionem, de qua per Gomez. *variar. reſol. cap. 5. de furto num. 11. verſ. ſecundus caſus eſt* cæteroa
6 affert Peguer. *deciſ. 24. num. 14.* ſacræ autem res dicuntur, cuſtodia, calix, ara, veſtimentum, & ſimiles res; non verò alia, quæ pertinent ad ornatum, & ad cultum diuinum, vt vaſa, quibus ponitur vinum, & aqua, vel aliquod pallium, vel lignum, quo cooperiuntur altaria, imò etiam crux, prout deciſum refert in Salmantino Prætorio Anton. Gomez. *præcit. loc. n. 11. in fin.*

7 Fiſcus inſtabat poniri pœna ordinaria mortis, pro cuius iuſtitiæ fundamento faciunt dicta per Peguer. *deciſ. 24. num. 13. verſ. ſunt, & tertio alia*
8 *res*, vbi tenet, quod aliquæ res, quæ etſi per Pontifices, ſeu Epiſcopos conſecratæ non ſint, ſunt tamen ad ſacrorum vſum potiſſimum dedicatæ, vt ſeruiant. Sacerdotibus ſacrificia Deo offerentibus, vel diuina officia miniſtrantibus, vel ad apparatum, ſeu ornamentum Templi, vel altaris, vt ſunt ciboria, phialæ, capſulæ, feretra, libri, ornamenta, mappæ, linteamina altarium, cortina, cera, gazophilacium, aut arcula, in quam ſacræ eleemoſynæ coniiciuntur, quæ res quoque ſacræ dicuntur; ideò quod ad miniſterium diuini cultus dicatæ ſunt, ex quibus tenet, quod quando aliquid ex prædictis rebus ab Eccleſiis ſubtrahitur, tunc dicendum eſt, ſacrum de ſacro tolli, & ſubtrahi, quamuis inter dictas res maxima in ſanctitate ſit differentia, vt idemmet ſuperiùs fundauit, & hoc ſacrilegium de iure ciuili verum, & proprium ſacrilegium eſſe notatur *in d. l. ſacrilegij pœnam, & in l. ſacrilegi capite*, vbi gloſ. *& in l. Diuus ff. ad l. Iuliam pecul.* vbi Dyn. Bart. & Alberic. de Roſat. idem fatentur, & concordat Bald. *in l. ſi nondum num. 4. C. de fur.* vbi dicit de iure ciuili duo requiri, ad hoc vt ſacrilegium dicatur verum ſacrilegium, quod res ſit ſacra, & quod auferatur à loco ſacro Iodoc. *in pract. crimin. cap. 111. in rub. de ſacrileg. num. 4.* Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu 389. num. 2.* Decian. *quoque in tract. crimin. lib. 6. de ſacrileg. n. 19. verſ. aduertendum tamen*, tenet, quod aliqua, quæ non conſecrantur, neque benedicuntur, vt lampades, libri, phialæ, capſula, linteamina, & mantilia, & alia ſimilia ornamenta tàm ad vſum, quàm ad ornatum, quod ſi auferantur, ſacrilegium committitur, ſicut ſacra, vel benedicta, vt calices, patenæ, & veſtes ſacerdotales, vtrumque enim ſacrilegium eſt, vnum tamen altero grauius, & inter ſacra connumerat Farinac. *in tract. de furt. quæſt. 172.* poſt relatas opiniones prædictorum Doctorum *num. 56.* paramenta altaris, ornamenta Eccleſiæ, num. 72. & 74.

9 Concurrente igitur qualitate ſacrilegij in Regno in furto excedente vnciam, puniendus eſt delinquens pœna vltimi ſupplicij iuxta dicta per Præſid. de Franch. *d. dec. 315.* prout obſeruatum fuit tempore Follerij, vt ipſe teſtatur in loco citato, quem refert Clar. *in §. ſacrilegium.*

Et iuxta hanc fiſci inſtantiam fuit iudicatum 10
per M. C. delegatam, eſſe reum mortis, & laqueo furcis ſuſpendendum ſub die 8. Septembris 1614. & exequuta ſententia in loco delicti, & aliàs ſub die 21. Maij 1627. idem obſeruatum per eandem M. C. contra Andream de Mauro, qui ab Eccleſia argenteas tabulas ex votis fidelium ante imaginem Beatæ Virginis affixas ſubripuit, & furcis fuit ſuſpenſus.

## ARGVMENTVM.

*Auxilium, & conſilium præſtans in furto magno à ſociis commiſſo cum fractura in quodam puellarum conſeruatorio, & ab initio tractatus particeps, qua pœna puniendus ſit? Statutum pœnale loquens per verba generalia, & communia commiſerit, vel geſſerit, vel loquens per verbum, fecerit, an, & quando comprehendat mandantes, mediatores, conſulentes, & auxiliatores.*

## SVMMARIVM.

1 *Fur, qui in tractatu tantum fuit, & furti tempore ante oſtium excubauit, bonaquè à ſociis tradita deinde recepit, an pro ſimplici tantum furto teneatur, & qua pœna puniendus ſit, & num. 4. 6. & 7.*

2 *Pœna mortis pro ſimplici furto nec de iure communi, neque de iure Regni impoſita cenſetur.*

3 *Capitulum Regni (ad hoc) pro furto unciam excedente mortis imponens pœnam, practicatum non fuit, niſi concurrente aliqua qualitate grauante.*

5 *Statutum pœnale loquens per verba generalia, & communia, commiſerit, vel geſſerit, an, & quando comprehendat mandantes, mediatores, conſilium præbentes, vel auxiliatores, & quid ſi loquatur per verbum, fecerit, diffusè traditur.*

8 *Mineratur pœna furti in eo, qui rem raptam ſcienter occultauit, & qua pœna fuerit punitur.*

## DECISIO XXXVI.

IN Ciuitate Neap. in quodam Conſeruatorio 1
puellarum fracto oſtio ingreſſi ſunt fures, à quo bona valoris vltra ducatorum centum ſurripuerunt, vnus ex ſociis, penes quem bona furto ſubtracta reperta fuerunt ſpontè confeſſus fuit, communi conſenſu cum effractura furtum commiſſum, verùm ipſum non fuiſſe ingreſſum, & in fractura non interueniſſe, ſed excubaſſe ante oſtium, & ſequuto furto bona à ſociis tradita recepiſſe.

Dicebatur pro reo, non poſſe puniri pœna mortis, quæ non eſt impoſita pro ſimplici furto nec de iure communi, nec per iura Regni, per tex. *in authen. ſed nouo iure C. de ſeru. fugit.* per quem comm. DD. ita ſentiunt, quos congerunt Farinac. *in tract. de furt. quæſt. 177. par. 2.* Muſca-

tell. *de cognition. ſeu probat. delictorum in tit. de pœn. furt. rapin. &c.* Caball. *caſ. 18. num. 2.* & ſi
3 per *Capitulum Regni ad hoc de furt.* pro furto vncium excedente ſit impoſita pœna mortis; attamen non fuit practicata, niſi concurrente aliqua qualitate grauante, vt eſt dictum ſupra *deciſ. 55.* incipiente Ioannes Dominicus della Rocca, ut cum ipſæ fracturæ non interfuit, tantum pro furto teneri dicebant & ſic non pœna mortis.

4 Sed his non obſtantibus, per Magnam Curiam vti delegatam ſub die . . fuit vltimo ſupplicio punitus per *dictum cap. ad hoc* conſideratis qualitatibus grauantibus, tàm fracturæ, quàm loci, nàm quamuis ipſe non effregit, conſilio interfuit, auxilium præſtitit, bona furto ſubtracta recepit, tenetur igitur de furto cum omnibus his qualitatibus, & puniendus erat pœna prædicti *capituli*, quod loquitur per verbum *commiſerit*, ibi,
5 *vt quicunque furtum in rebus vnam auguſtalem infra valentibus commiſerit, &c.* quod verbum, cum ſit commune, comprehendit omnes auxiliatores, conſulentes, & mandantes, huius opinionis anteſignanus eſt Bart. quem omnes ſine contradictione ſequuntur, qui licet loquatur in mandatorio, & mandante, tamen idem eſt in auxiliatore, & conſulente.

Diſtinguendum tamen eſt, quod ſi ſtatutum dicit *ſi quis commiſerit homicidium*, tunc comprehendat etiam mandantem, quia dicitur committere, ideſt cum alio mittere, & quomodocunque faceret, committit in legem, ſiue directè, ſiue indirectè, ſi autem ſtatutum dicit, *qui fecerit homicidium*, non comprehendit mandantem Salyc. *in l. non ideò minùs 5. num. 19. C. de accuſat.* recitatis verbis Iacobi Butrigarij, ſubdit, *Sed diſtinguendum eſt latiùs in hoc ſecundo articulo, aut verba diſponunt expreſsè, & ſpecifice de vtroque, & tunc ex propria regula tenetur quilibet, aut verba legis expreſsè de vtroque non diſponunt, & tunc ſi qua lex ciuilis, vel municipalis dicit, ſi quis commiſerit adulterium, vel homicidium, dico, quod ex proprio ſignificatu verbi vterque comprehenditur.*

Lud. Rom. *in d. l. ſi is, qui pro emptore num. 23. in fine de vſucap.* optimè declarat ibi, *Etiam mandans verè dicitur committere, & hoc vigore illius verbi committere, quod eſt commune ad comprehendendum verè tàm mandantem, quàm mandatarium, & hæc eſt huius verbi natura.*

Alex. *d. conſ. 65. num 9. lib. 4.* tranſcribit omnia verba Iacobi Butrigar.

Iaſ. *in d. l. ſi is, qui pro emptore num. 359. de vſucap.* ibi, *Quia etiam mandans dicitur verè committere, quia tale verbum committere eſt commune ad comprehendendum verè, tàm mandantem, quàm mandatarium, & num. 380.* refert conſiderationem Butrigarij.

Alciat. *in d. l. ſi is, qui pro emptore num. 174. verſ. ſi tamen de vſucap.* refert, & ſequitur opinionem Butrigarij.

Corſet. *in ſing. in verb. committo* incip. *ſi ſtatutum fol. 308. col. 4.* ibi, *Si ſtatutum vtitur hoc verbo committo, puta ſi quis commiſerit homicidium ex proprio ſignificatu comprehenditur mandans, & fieri faciens.*

Carer. *in pract. tract. de homicid. § circa tertium num. 2. fol. mihi* 286. refert ſimiliter, & ſequitur opin. Butrigar.

Tiber. Decian. *tract. criminal. lib. 9. cap. 31. num. 10.* ibi, *Si ſtatutum loquatur in rem, vel per verba communia, tunc comprehenditur etiam mandans abſque dubio, & ſine vlla interpretatione.*

Farin. *de conſultor. quæſt. 135. limit. 7. num. 130.* ibi, *Mandans comprehenditur ſub ſtatuto pœnali, quando ſtatuti verba ſunt generalia, ſeu communia, apta comprehendere, & mandatarium, & mandantem, vt putà ſi vtatur verbo commiſerit aut verbo, geſſerit.*

Et ſic conueniunt omnes, nemine excepto, quod ſtatutum loquens per verbum generale, ſeu commune, *commiſerit*, includit, & mandatarium, & mandantem.

Reliquum eſt demonſtrare, quod includat etiam conſultorem, mediatorem, & auxiliatorem, Alberic. *de ſtatut. lib. 2. q. 44.* à principio vſque ad finem latè tractat articulum, an comprehendatur in caſu propoſito per Iacob. Butrig. mandans, conſiliarius, vel auxiliator *n. 16. & 18.* vbi propriè quærit in committentibus aſſaſſinium, & reſoluit ibi, *Quæſtio propoſita fuit non ſolùm in mandante, ſed in dante conſilium, & fauorem, an ſtatutum extendatur ad tales,* & tenet, quod non extendatur, niſi homicidio principaliter interfuiſſet.

Alij verò indiſtinctè abſque interuentu auxiliatoris concludunt comprehendi etiam mediatorem.

Geminian. *in cap. 1. de teſt. in 6. n. 1. ibi,* Nota, quod mediator dicitur etiam facere crimen, cuius perfectioni operam dedit, & hoc probat tex. ibi, *committitur;* quod nota pro ſtatutis imponentibus pœnam committentibus delictum, quod videtur includere etiam mediatores.

Anch. *in cap. ſicut dignum num. 12. de homicid.* ibi, *Et hoc poteſt eſſe verum, ſi verba legis ſunt in rem ſcripta, pro tali homicidio, ſit talis pœna. ſin autem ſunt concepta in perſonam, vt ſi dicat, qui homicidium manu, vel enſe fecerit, non comprehendat ſtatutum iſto caſu mandantem, ferentem opem, vel ſimilem.*

Farin. refert, & ſequitur hanc diſtinctionem *tom. 4. q. 129. num. 105.* & latiſſimè *q. 131. num. 51* poſt infinitos, quos allegat, more ſolito firmat in auxiliatore, & opem præſtante: neque eſt, qui contradicat.

Poterit enim Iudex æquitatem ſectando extra ordinem punire, vbicunque auxilium, & fauor fuiſſet ſimplex, eo quia maleficium non eſſet auctum; ſed ita eſſet exequutioni demandatum, ſicut ſi non interueniſſet, vt dixit Io. Andr. *in cap. fœlicis de pæn. in 6.* & refert Auguſt. Ari. *in tract. de malef. in verb. dicto maleficio ſemper aſtitit num. 16. verſ. idem addo in hac materia vnam mirabilem limitationem,* dicens, euaſiſſe à pœna furcarum quendam, qui præſtiterat auxilium quinque latronibus, qui noctis tempore furati fuerant vnam apotecam, à qua aſportauerant vnam petiam velluti, & quidam alius præſtitit auxilium, & nihil fecit, quia non aperuit apotecam, nec aſportauit petiam velluti; ſed tantum ſtetit in via cum aliis quatuor, dum alius ſurripiebat, & furtum committebat: nam ex quò præſtitit ſimplicem fauorem: quia omninò illi quinque ſine ipſo delictum exequutioni mandaſſent, proptereà pœna ordinaria puniri non debuit, & ita fuit iudicatum, quam doctrinam ſequuntur alij per eundem adducti, & Campeg. *in d. cap. ad hoc num. 62. in 6. ampliatione.* 6

Secùs verò ſi de rebus furtiuis aliquid ad ipſum peruenit: nam tunc puniendus erit pœna ordinaria, vt idemmet Campag. *loco citato* concludit.

7 Itemque ſi ab initio fuit in tractatu, nam tunc non erit minoranda pœna; ſed eadem puniri iuxta diſtinctionem Bart. communiter receptam, & in hoc caſu nemo contradicit, de qua meminit Iulius Clar. *in §. fin. q 90. num. 1. verſ. aut delictum commiſſum eſt præuio tractatu*, & eandem ſequitur Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 2. q. 46. num. 3. verſ. vnde in facti contingentia*, *& inferius num. 4. verſ. ſed quando ille, qui opem tulit*, & fuit obſeruatum per M. C. vti delegatam, & facta relatione in Collaterali Conſil. loco reclamationis confirmata ſententia, per quam Iulius Tornacaſa fuit condemnatus ad pœnam vltimi ſupplitij, & furcis ſuſpenſus, qui fuit in tractato committendi magnum furtum, quod ſequutum fuit cum clauibus adulterinis, & fractura, quamuis tempore furti excubabat ante oſtium, & priùs quàm bona recepiſſet, fuit captus, de menſe Martij 1625.

8 Cæterum minoratur pœna in eo, qui rem raptam ſciens delictum ſeruauit, & ſi crimen non diſſimile ſit *l. crimen C. ad l. Iuliam de vi publ.* ſecundum gloſ. *in d. l. crimen* per tex. *in l. prima §. pœnas C. de rapt. virg.* & ita obſeruatum fuit per M C. delegatam in cauſa Santilli dello Piano Iſouenſis ſub die 24. Ianuarij 1629. & quamuis furtum eſſet magni valoris, fuit condemnatus ad remigandum per decennium.

## ARGVMENTVM.

*Capitulum Regni, frequens, & infrenata qualiter vſu ſeruetur.*

### SVMMARIVM.

1 *Capitulum Regni frequens, & inefrenata extenditur ad furta intus Ciuitatem Neap.*

2 *Repetitio, quæ in materia dicti capituli facienda eſt, parte citata, & citatis nominatis, quando ſit neceſſaria, & de illius practica, vbi etiam repetitionis forma remiſſiuè ponitur.*

3 *Repetitio non erit neceſſaria, quando proceditur virtute poteſtatis extraordinariæ.*

## DECISIO XXXVII.

1 CApitulum Regni frequens, & ineffrenata; diſponens trium latronum dictum poſt tormenta contra eos, qui nominauerint eſſe malefactorum ſuorum conſocios, participes, & fautores, facere tantam fidem, quantam faceret teſtimonium duorum proborum virorum, extendi ad furta intus Ciuitatem Neap. ſtatutum fuit per *Prag.* de qua meminit Vincent. de Franch. *deciſ.*

2 570. qui repetendi ſunt parte citata Carau. *in prag. prima de exulib. num. 73.* Affl. *in Conſt. hi, qui n. 55.* cuius repetitionis formam tradit Ron. *in prag. prima rubr. de perſequendis malefactoribus n. 11. ver. cæterum eſt aduertendum*, obſeruatur in M. C. tempore confeſſionis, ſi eſt præſens reus nominatus, iurari in eius faciem, ſi autem non eſt præſens, cum venerit ad manus Iudicis, ſi non reperitur exequuta ſententia mortis, nominantem iterum torqueri ad conualidandum eius dictum ſimiliter in faciem dicti nominati, abſentibus verò nominatis; torqueri citatis nominatis, & ita obſeruatum fuit ſub die 17. Martij 1625. in cauſa Baptiſtæ, ſeu Tittæ Tizzoni, & interpoſitum decretum, quod repetatur cum tormentis, citatis nominatis, & ita fuit exequutum, quæ repetitio non erit neceſſaria, quando proceditur virtute poteſtatis extraordinariæ, vt fundat Grand. *in tract. de bell. exul. in ſpecial. 90.* & in aliis caſibus poſitis per Fuller. *in pract. in verb. & ſi conſtituuntur in 3. par. num. 41. & 42.*

## ARGVMENTVM.

*An ementes ſaccarum in arcis repoſitum, in quibus magna argenti quantitas erat recondita, eamquè occultantes furtum committant. Et quæ pœna pro magnæ quantitatis furto de iure communi ſit impoſita?*

### SVMMARIVM.

1 *Ementes ſaccarum in arcis repoſitum, in quibus magna argenti quantitas erat recondita; eamquè occultantes, furtum committunt, ideoque tenuicti, & confeſſi remigationis pœna tanquam fures ſubiugandi ſunt.*

2 *Pecuniam, & argentum ita inuentum emptoris non eſſe; ſed reconditoris, eiuſquè ſucceſſoris nemo dubitauit.*

3 *Ex quo infertur, pecuniam inuentam ea forma excuſam, vt ex illa conſtet recentis eſſe memoria, theſaurum non cenſeri, atquè adeò inuentori minimè concedi.*

4 *Furtum autem inuentor committit, ſiue ſciat cuius ſit res inuenta, ſiue ignoret.*

5 *Cuius rei exempla recenſentur.*

6 *Vnde colonus, qui res in prædio conſiſtentes animo furandi celat, furti pœnam experitur.*

7 *Furtum committit, qui ſcienter rem alienam inuito Domino retinet, & ſi ab initio bonâ fide res ad eum peruenerit, ſicuti qui ſcienter inuito Domino rem alienam apud ſe retinet, & contrectat.*

8 *Furti tamen præſumptio aduerſus inuentorem erit.*

9 *Ideoque eius aſſertioni etiam iuratæ, quod animo furandi pecuniam non acceperit, ſtandum non eſt.*

10 *Quæ furti ſuſpicio tollitur, quando per cridas, & proclama inuentor proteſtatur.*

11 *Inueniens rem alienam, & domino non reſtituens, furtum committit non tantum de iure communi, ſed etiam ex Regni Conſtitutione.*

12 *Cap. Regn. Ad hoc vt noſtrorum non habet locum in inueniente rem alienam, & non reſtituente.*

13 *Remigationis*

13 *Remigationis pœna de iure communi pro magna quantitatis furto impoſita eſt ſecundum æquiorem ſententiam.*

## DECISIO XXXVIII.

1 EMerunt quidam ſaccatum in arcis repoſitum,
in quibus argenti magna quantitas recondita
erat, ipſoquè reperto, emptores occultauerunt,
cum ſcirent ad eos non ſpectare, de quibus conuicti,
& confeſſi ſunt; ideò puniendi veniunt
pœna remigationis, tanquam fures ſecundum
æquiorem opinionem.

2 Non enim dubium eſt, pecuniam, & argentum
ita inuentum non eſſe emptoris, ſed reconditoris,
& eius ſucceſſoris, caſus ſing. ſecundum
Bart. & Bal. *in l. à tutore ff. de rei vend.* & exemplificat
Ang. *in § theſauros num. 10. inſt. de rerum*
3 *diuiſ.* in eo, qui recondit pecuniam in muro, & poſteà
vendit domum, quod illa pecunia in muro
recondita non eſt emptoris, ſed reconditoris, & poſteà
vendentis domum: nec vendita domo intelligitur
alienata dicta pecunia, vnde infertur,
quod ſi pecunia inuenta, ea forma ſit excuſa, vt
ex illa conſtet recentis eſſe memoriæ non cenſebitur
theſaurus, neque inuentori concedetur Barboſ.
*in repet. §. ſi fundum l. diuortio num. 25. in
fine ff. ſolut. matr.* & Add. ad Pontium *in d. §.
theſauros lit. B.*

4 At cum ad ipſos non ſpectet, & alienum ſit, &
tacentes lucrifaciendi cauſa ſurripuerunt, furti adſtringuntur,
ſiue ſciant, cuius ſit, ſiue ignorent: nihil
enim ad furtum minuendum facit, quod, cuius
ſit ignorent, ſunt verba tex. *in l. falſus creditor §.
qui alienam ff. de furt.* quem ad hoc adducit Farinac.
*de furtis quaſt. 168. p. 3. num. 62.* & cum
exemplificat Angel. *ibi num. 2. in princ. & in*
5 *verſ. ſi verò mercator*, in mercatore, cui cecidit
valiſia plena florenis, vel qui valiſiam proiecit,
neceſſitate ductus, vt meliùs fugeret, cum
à latrunculis fugaretur, quam iacentem in terra
quidam recollegit, vnde recolligens tenetur
furti, licet ignoret, cuius fuerit valiſia. Hinc Gomez.
eiuſdem loci authoritate motus, dixit, quod
ſi quis accipiat rem, cuius dominus ignoratur,
vel inueniat rem deperditam, quam ſibi retinet,
non demonſtrando, vel præconizando, furti tenetur
Gomez. proximè commemoratus *de delictis
cap. 5. rubr. de furto num. 2. in prin.* vbi de communi
teſtatur ſententia.

6 Vnde furti tenetur colonus, qui res in prædio
conſiſtentes celat, animo furandi tex. *eſt in l. idem
eſt 46.* vbi glo. & DD. *ff. pro ſocio*, Cabal. *caſ. 216. n.*
7 *13. cent. 3.* nam furtum committit, qui ſcienter rē
alienam inuito domino retinet, etiam ſi ad eū bona
fide ab initio peruenerit, ſicuti qui ſcienter inuito
domino retinet, & contrectat apud ſe rem
alienam Lucas de Pen. *in l. prima poſt princ. in
verb. inuadat C. de his, quæ ex publ. coll. illata ſunt
non vſurp. lib. 10.* Caball. *caſ. 136 n. 18.* vbi reſpondet
*conſil.* Crauet. 244. qui aliter videbatur tenere.

8 Et verè præſumptio eſt aduerſus inuentorem:
quia ſi habuiſſet animum non committendi furtum,
facilè ei fuiſſet proponere libellum, & proptereà
non eſt ſtandum eius aſſertioni, etiam iuratæ,
9 quod videlicet pecuniam acceperit animo non furandi,
ex quo ei repugnat prædicta præſumptio
iuxta doctrinam Bartoli *in l. inter omnes §. rectè
ff. de furt.* Menoc. *lib. 5. præſumpt. 30. num. 13. verſ.
& verè præſumptio eſt.*

Tunc enim tolleretur furti ſuſpicio, quando 10
fuiſſet poteſtatus per cridas, & proclama iuxta
cumulata per Boſſ. *in tit. de furt. num. 50.* cum aliis
adductis per Caball. *caſu 291. num. 5.* & in caſu
de quo agitur: quia certus erat dominus, erat ipſi
denuntiandum, videlicet Excellentiſſimo Domino
Proregi, ad quem ſpectabat.

Et non ſolùm de iure communi furtum com- 11
mittit, qui rem alienam inuenit, & domino non
reſtituit per tex. *in d. §. qui alienam*; verùm etiam
per *Conſtitutionem Regni* incip. *pecuniam ſi quis
inuenerit*, qua cauetur, quod inueniens pecuniam,
vel quamlibet rem aliam, quæ ſua non ſit,
animalibus exceptis, & domino non reſtituens, vel
iuſtitiariis, ſiuè baiulis non aſſignans, furti pœna
tenetur, & ſi talis res baiulis, vel iuſtitiariis fuerit
aſſignata vſque ad annum completum per ſe
conſeruatur, vt ſi quis fortè infra annum venerit,
& rem ipſam ſuam fore probauerit, conſequatur,
alioquin poſt tranſactum annum fiſcalibus vtilitatibus
adſcribitur, quod refert Foller *in fragment.
in tit. de furtis num. 130. fol. mihi 410. col. 3. n. 130.*
qui tamen addit, locum habere pœnam iuris com- 12
munis tantùm, nec eſſe puniendum pœna *cap. ad
hoc*, ea motus ratione: quia licet ſit furtum, non tamen
eſt furtum regulare.

Pœna autem de iure communi impoſita pro 13
furto erit pœna remigationis Farinac. *in tract.
de furt. quaſt. 167. num. 42. & ſeqq.* reliquos congerit
Caball. *reſolut. crim. caſ. 19. num. 2.* verum
ipſe tenet opinionem, quod pœna ordinaria ſit
puniendus, quod eſt intelligendum iuxta obſeruantiam,
quæ viget in Regno, vt alibi diximus.

Mandato Excellentiſſimi Domini fuerunt torti, & tranſmiſſi ad Regias triremes.

## ARGVMENTVM.

*Deprehenſus cum re furtina, quando dicatur fur manifeſtus, & in flagranti captus. Pœna magni furti, & pœna eius, qui tertiò fuit inquiſitus de furto, & pro aliis duobus punitus, an parificentur.*

### SVMMARIVM.

1 *Deprehenſus cum re furtina, qui non dum eò rem pertulerat, quò deſtinauerat, fur manifeſtus dicitur.*
2 *Et dicitur captus in flagranti crimine.*
3 *Deprehenſus cum re furtiua tunc dicitur fur manifeſtus, & captus in flagranti, quando in ipſo puncto, nullo actu extraneo medio eſt deprehenſus.*
4 *Birruariis capientibus an ſit ſtandum de hac deprehenſione.*
5 *Pœna furti magnæ quantitatis in Regno, & deciſio.*
6 *Practica procedendi contra captum in flagranti remiſſiuè.*
7 *Pro tertio furto aliquem inquiſitum poſſe puniri pœna ordinaria, quamuis pro primis duobus fuerit punitus.*

DECISIO

## DECISIO XXXIX.

1 MAgnum furtum in Ciuitate Neap. factum
fuit, & eadem nocte deprehenſus fuit
procul à loco delicti quidam Io. Baptiſta de Riſa
cum nonnullis ex rebus furtiuis, & habitus fuit,
vti fur manifeſtus, captus in flagranti per tex. *in
l. 3. ff. de furtis, & in §. furtorum autem inſt. de
oblig. quæ ex delict. naſc.* vbi & ſi non ibi deprehen-
datur, vbi furtum fecit, attamen eſſe furem mani-
2 feſtum, ſi cum re furtiua fuerit deprehenſus priuſ-
quam eo loco rem pertulerit, quo deſtinauerat,
aſſeritur, ex quibus in flagranti captum dici, te-
net Iſern. *in Conſtit. Regn. iuſtitiarij non per Ka-
lendas, in principio*, dummodò in ipſo rei ab-
ſtractæ puncto deprehenſus ſit ſecundum Aleiat.
*p̄ arermiſſ. lib. 11. ff. de furt. l.* 111. quod intelli-
ge non per magnum interuallum inuentus nullo
actu extraneo medio *ff. de adult. l. quod ait § fin.*
3 Andr. de Iſern. *in dicta Conſt. verſ. aut Iuſtitiarius*,
Foll. *in pract. crim. item quod fuit captus in fla-
granti crimine num. 9. & ſeq.*

De loco deprehenſionis non eſt ſtandum dictis
4 birruariorum capientium in graui delicto iuxta
traditionem Farinac. *de delict. & pœn. quæſt.* 21.
*num.* 156. *& ſeq.* & per Hortenſ. Caualcan. *in
tract. de brach. Reg. par.* 1. *num.* 222. ad quod facit
deciſio S. C. de qua per Vinc. de Franc. *deciſ.* 379.
niſi rem furatam adhuc penes ſe habeant, quan-
do rei ducti ſunt coram Iudice à birruariis: quia
re conuicti dicuntur, vel quando relatione facta
ab illis ſatellitibus reus confitetur, ſtatim Iudici
delictum præſente Actuario, quæ omnia ſeri-
benda ſunt Caualcan. *loc. cit. d. num.* 222. *verſ.
niſi duo obſtent.*

5 Fuit per Magnam Curiam punitus pœna vl-
timi ſupplicij per *cap. Regni ad hoc*, quod pra-
cticari in magno furto teſtatur Conſil. Gizzarel-
lus *deciſ.* 13. *num.* 7. *verſ. hac pœna neque in vſu
eſt.*

Et etiam de iure communi pro magno furto
eſſe imponendam pœnam mortis tenent DD. ad-
ducti per Caball. *reſol. crimin. caſ.* 18. & ipſe eam
ſequitur.

6 Practicam procedendi contra deprehenſum
in flagranti crimine habes per Iſern. *in Conſt. hu-
manitate, & in Conſtitutione iuſtitiarij non per
Kalendas*, per Foller. *in pract. crim. in dicto
loco item quod fuit captus in flagranti crimine*, per
Caualc. *in d. tract. de brachio Regio in prima par.
à num.* 215.

7 Fuit quoque obſeruatum in M. C. puniri pœ-
na vltimi ſupplicij pro tertio furto Antonium Cō-
ſtabilem deprehenſum cum vaſis argenteis furto
ſubtractis valoris duc. 40. & confeſſum, qui
bis pœnam triremium ante paſſus fuerat ſub die
27. Octobris 1627. per gloſ. *in auth. ſed nouo iu-
re in verb. caſtigabitur C. de ſeru. fugit.* vbi Bal.
*num.* 5. *verſ. tertiò nota*, ſequuntur DD. adducti
per Gomez. *tom.* 3. *reſol. cap.* 5. *num.* 6. qui de
communi teſtatur, eandem tenet Caball. dicens
ab omnibus ferè recipi, *reſol. crimin. cap.* 18. *n.*
8. *verſ. & quod vnum magnum furtum*: quamuis
fuerit pro illis duobus furtis punitus: illa enim
duo furta non computantur ad ea puniendum, ſed
ad aggrauandum tertium furtum.

## ARGVMENTVM.

*Qua pœna ſumenda ſit ab eo, qui cum ad
aliud eſſet in via publica, tranſeuntem ſe-
mel tantū, & in re parui pretij furatus eſt,
& cum armis non prohibitis vulnerauit.*

### SVMMARIVM.

1 *Famoſus latro quis dicatur.*
2 *Furtum modica ſumma qua pœna puniatur.*
3 *Furans, & vulnerans qua pœna puniatur.*
4 *Latrones qui dicuntur.*
5 *Inter furem, & latronem differentia.*
6 *Latrones qua pœna puniantur.*

## DECISIO XXXX.

FVit in Mag. Curia dubitatum, cum ad hoc
eſſet per Proregem delegata, qua pœna eſſet
plectendus, qui, cum ad aliud eſſet in via publica,
tranſeuntem furatus eſt, & cum armis non prohi-
bitis vulnerauit, verùm non niſi ſemel, & modi-
cam ſummam carolenorum viginti.

Furca ſuſpendendum aliqui ex Dominis cen-
ſuerunt, quorum fundamenta ſunt.

Primò, ex tex. *in l. capitalium §. famoſos ff. de* 1
*pœn.* qui & ſi de famoſo loquatur ſecundum diffi-
nitionem Angel. *in d. § famoſos*, hi dicuntur famo-
ſi, qui cum armis aggrediuntur, aut vi aufe-
runt, refert, & ſequitur Add. ad Bart. *in d. §.
famoſos.*

Secundò, per tex. *in l. ſi quis quinque ſolidos de* 2
*pac. tenend.* per quem *num.* 10. *ad cap. Regn. ad hoc
vt noſtrorum*, Ioan. Anton. de Nigr. vulgò Cam-
pag. nuncupatus, tenet, quod furans rem valentem
vltra auguſtale, non tamen valentem vnam vn-
ciam, laqueo eſt ſuſpendendus.

Tertiò, ex adiectione vulneris, nam etſi pro fur- 3
to non veniret puniendus pœna mortis; attamen
ex adiectione delicti maior pœna eſſet imponenda
ad quod adducebat vnus ex dominis Add. *ad d. cap.
ad hoc in verb. de plurib. furtis licet minimis* 2.
*col. verſ. quaris, quid in graſſatoribus*, qui pœna
capitis puniendum refert ex adiectione vulneris,
etiam ſi ſæpius non admiſerit.

Alij perpetuæ remigationis pœna plectendum
exiſtimauerunt, in quam ſententiam maior pars
deſcendit, & ita prolata & executioni fuit de-
mandata in anno 1621. ea quidem ratione: quia
cum hic inter latrones connumerari poſſit, pœna, 4
qua latrones puniuntur, plectendus erit: latrones
enim dicuntur, qui in via, ſeu in mari manu arma-
ta viatores aggrediuntur Decian. *lib. 9. in tit. de la-
tron. & pirat. cap* 29. *num.* 4. vnde latro dicitur, qui
per vim furatur, fur qui clàm aufert *auth. ſed nouo* 5
*iure*, & ibi Bar. *C. de ſeru. fugit.* qui pœna capitis
puniuntur *l.* 3. *§. aduerſus ff. de ſepulc. violat.* & in-
telligenda erit de pœna deportationis, vel ſimili
Felin *in cap. qualiter, & quando le* 2. *num.* 53. *de
accuſat.* Farinac. *q.* 30. *lib.* 1. *tit. de carcer. & carce-
ra. n.* 22. *verſ. primus erit caſus*, aſſerens commu-
nem, & in iudicando ſequendam, refert, & ſequitur
Cabal. *reſolut. crim. caſu* 8. *n.* 29.

Iteraque

Itemque cum lex loquatur de pœna capitali, non intelligitur de morte naturali; ſed de deportatione, vel alia ſimil. Felin. *loc.cit.* Bonacoſ. & Suar. *in recollect. com. opin. in tit. de pœn. & ſent. paſſ. cap.* 1. Decian. *lib.* 7. *de pœn. in crim. falſ. monet. cap.* 17. *num.* 9. nonnullos congerit Caball. *caſ.* 27. *in princ.*

6 Et in terminis, quod non poſſit furca ſuſpendi, tenuit Angel. *in auth. ſed novo iure in fin. C. de ſeru. fug.* ibique latè declarat, quæ remiſſiuè dixit *in d. § famoſos*, & diffuſiùs Decian. *d. cap.* 19. *n.* 12. dixit, ſolos publicos & famoſos latrones furca ſuſpendi per *d. § famoſos*, & illi dicuntur publici, & famoſi, qui ſoliti ſunt aggredi, depredari, & publicè ſpoliare, & ſic eſſe publicum, & famoſum latronem non eſt facti, ſed iuris, quia ius ita illum diffinit, & ideò niſi conſtet, quod ſæpiùs depredatus ſit, quamvis confiteatur, ſe plura depredatum eſſe, & eſſe publicum, & famoſum latronem, non poteſt ad furcas damnari, ſubdens inferius *n.* 14. quod ad hoc, vt quis tanquam latro famoſus poſſit furca ſuſpendi, oportet, quod tria concurrant. Primò, quod ſolitus ſit. Secundò quod cum ferro aggrediatur. Tertiò, quod in vijs publicis, aliàs ea pœna puniri non poteſt, prout reſpondit Fulgoſ. *conſ.* 157. vnde Iacob. dum gradus latronum diſtinxit, hos pluſquam improbiſſimos appellauit, quos furca ſuſpendendos cenſuit *in d. aut. ſed novo iure n.* 6.

Item, & quartum requiritur ſecundum Bart. *in in d. § famoſos*, quem ſequitur Alex. Iaſ. & Paris de Puteo *in locis* per Decian. *adductis*, quod laboret fama publica contra eum, & ex his patet reſponſio ad primum fundamentum pro prima opin. adductum; pro cognitione verò horum terminorum, videlicet latronum publicorum, & graſſatorum viarum eſt videndus Ital. *in tract. de immun. lib.* 1. *cap.* 5. § 1.

Nec ſuſtineri poteſt opinio contraria ex tex. *in l. ſi quis quinque ſolidos*, quæ non ſeruatur, prout communiter DD. teſtantur, & tanquam irrationabilis nunquã fuit practicata, fuit enim prolata illa Conſtitutio per Federicum pro pace tenenda, & in caſu pacis ruptæ, ita Bal. *in § iniuria de pac. tenend.* Angel. & omnes Scrib. *in d. auth. ſed novo iure.*

Et ſimiliter ex adiectione delicti, quod eſt ſimplex vulnus, non eſt arbitranda pœna mortis, augenda eſt enim pœna iuxta delictum, quod cum ſit leue vulnus punitum remanet in remigatione, vita durante, & patet ex exemplo tradito per eund. Add.

Verùm intus Ciuitatem, & ſuburbia da nocte aggredientes viatores furandi cauſa, quamuis minimum ſit furtum, vltimo ſupplicio puniuntur, ita diſponit *Reg. pragm. in tit. de furt. noct. prag.* 1. vbi Regens Rouit. & pluries obſeruatum & nouiſſimè ſub die 25. Iunij 1625. per M.C. in Coll. Conſ. fuit ad furcas condemnatus in loco delicti Antonius Bareſius, qui agreſſus fuit cum alijs in platea publica intus Ciuitatem, & duos carolenos tanquam ſocius ſurripuit tàm in prima inſtàntia, quàm in cauſa reclamationis facta relatione in Collaterali Conſilio, accedentibus votis Dominorum Regentium ſub die 26. Iunij 1625.

# ARGVMENTVM.

*Argumentum continetur in ſecundo ſummario.*

## SVMMARIVM.

1 *Fur, qui cum re furtiua in aliquo loco reperitur, poteſt ibi puniri ratione contrectationis licet dicto loco non ſit ex aliqua cauſa ſuppoſitus.*

2 *Delegatio M. Cur. contra fures committentes furta in Ciuitate Neap. & ſuburbiis non extenditur ad captos cum re furtiua, qui alibi ſunt furati, & ita iudicatum.*

## DECISIO XXXXI.

FVr, qui in alio loco reperitur cum re fur- 1
tiua, poteſt ratione contrectationis ibi puniri, licet dicto loco non ſit ex aliqua cauſa ſuppoſitus iuxta doctrinam Bartol. *in l. ſi dominium ff. de furtis* in praxi recepta, & ſi multi DD. eam non approbauerint, vt nouiſſimè omnes cumulat Caball. *caſu* 163. & in Regno ita iudicatum fuit, & ſeruatur Capyc. *deciſ.* 104. Ann. *ſing.* 438. Rouit. *ad pragm. primam*, vbi *de delicto quis tenuen. deb. remiſſiuè num.* 35.

Sed fuit dubitatum, an delegatio Mag. Cur contra fures committentes furta in Ciuitate Neap. & ſuburbiis, extendatur ad captos cum re furtiua, qui alibi furati ſunt, fuit ſub die 8. Auguſti in Collaterali Conſilio deciſum non eſſe extendendam, ſed tantum quando in Ciuitate res à domino ſurripitur.

# ARGVMENTVM.

*Quando artifex torquendus ſit, qui fugam arripuit, non reſtituta re ad exercitium ſua artis data.*

## SVMMARIVM.

1 *Artifex, qui ad alium vſum, quàm à domino deſtinatum rem conuertit in proprios vſus, furti tenetur.*

2 *Torquendus eſt artifex, contra quem adſunt indicia, quod ad proprios vſus res ad aliud datas conuertit, & num. 8. aliaquè exempla num. 9.*

3 *Ex breuitate temporis, quo res fuerunt data, & fugam arripuit artifex, præſumitur in proprios vſus conuertiſſe.*

4 *Tranſactione inita inter dominum, & artificem pro rebus ad opus ſui exercitij datis, & non reſtitutis, quando ceſſet actio furti, & num. 5.*

6 *Si in aliquo contractu oritur dubietas, declaratur per præcedentem proteſtationem.*

7 *Fiſcus, ſeu Iudex ex officio, ſi parti non competit actio, quando poſſit cauſam proſequi.*

DECISIO

## DECISIO XLII.

MErcator dedit adnendum ſericum cuidam rhombornm artifici, vulgò dicto *filatorаro*, qui poſt paucos dies aufugit, & ſe decoxiſſe finxit, ideò ad pactiones, & iniquiſſimas conuentiones mercatorem traxit, vt in ſingulos centenos ſexaginta remitteret, qui proteſtatus fuit ante conuentionem pactionem prædictam ex neceſſitate, vt aliquid recuperaret, feciſſe, non animo remittendi furti actionem, poſtmodum querelam expoſuit de furto.

1 Quod veniat puniendus pœna furti, facit text. *in l. itaque fullo ff. de furt. in l. ſi is, cui C. eod. cum concord.* & ex traditis per Caball. *reſol. crim. caſ. 99. num. 47. verſ. ad idem benefacit*, Lucas de Pen. vbi ex authoritate Iaſon. dicit, quod furca ſuſpenſus fuit quidam iuuenis, per quem quidam mercator exercebat menſam, & bancum, & ei dederat ſemel centum ducatos, vt eos daret Sempronio, & non dedit, ſed pro ſe retinuit, & in ſuos vſus conuertit, quia dicitur commiſiſſe furtum per illam contrectationem pecuniæ per text. clar. *in l. ſi quis vxori 53. §. Iulianus ff. de furt.* & *in l. is, cui, & nouiſſima pragmatica* edita de anno 1603. in qua criminaliter procedi mandatur, quando ſericum dant ad accomodandum, & truffa committitur in non reſtituendo, & quamuis plenè non conſtabat ad alium vſum conuertiſ-
2 ſe; attamen ex inditiis poterat torqueri, cum veniat puniendus pœna vltra relegationem, vt ſopra fundatum fuit, & eo maximè in caſu, de quo agitur ex dictis per Matthienſ. *in comm. partit.* Hiſpan. *lib. 1. tit. 19. de detector. & eorum pœnis l. prima gloſ. prima in fine*: nam & ſi cauſa eſſet pecuniaria, & ciuilis: quia habet crimen anneaum, deuenitur ad torturam ex dictis per Parid. de Put. *in tract. de ſyndicat. cap. 5. in verb. tortura*, & paſſim obſeruatum fuit in caſu truffæ deueniri ad torturam, vt in
3 exemplis in fine adiectis, & inter cætera indicia conſiderabitur breuitas temporis inter diem conſignationis, & fugæ, quod conſiderauit idem Matthienſ. ibid. *n. 13.*

4 Fuit oppoſitum, conuentionem obſtare, eique non competere actionem de furto poſt tranſactionem ad text. *in l. poſt deciſionem C. de furtis.*

Ad quod reſpondebatur, non fuiſſe initam tranſactionem ſuper furto, quæ actio non dum
5 erat inſtituta, ſed potiùs partem tantum accepiſſe, quo caſu pro reſiduo furti agere non prohibetur *d. l. poſt deciſionem in ſecundo reſponſo*, & ſi vt partem acciperet, renuntiauit reſiduo, per proteſtationem conſeruauit ſibi ius, vnde in actu ceſſionis non renunciauit, nec tranſegit ſuper querela furti, & ſi aliqua dubietas ex ip-
6 ſo contractu oritur, declaratur per præcedentem proteſtationem iuxta doctrinam Bartoli *in l. non ſolum §. morte num. 18. in fin. verſ. ſed ſi actus, qui poſtea geritur de non. oper. nunciat.*

7 Et dato, quod conſtaret de conuentione prædicta, non eſſet præcluſa via fiſco proſequendi per *cap. Reg. ad conſultationem*, vbi Camp. *n. 16.* quod fiſci procurator proſequi poteſt, imò Iudex ex officio poterit in his caſibus ad vlteriora procedere ex adductis per Caranit. *in rit. 233. num. 14.* & talis tranſactio non impedit, quin fiſcus proſequi poſſit, quod etiam in crimine iniuriarum per Reg. Conſt. & authoritatem Afflict. tenuit Foller. *in prag. in tit. de iniur. num. 142. verſus finem verſ. & in quantum ſupra tetigi.* Par. de Puteo *in tract. de ſyndic. in verb. accuſatio, c. an ſi aliquis accuſauerit n.* Foller. *in fragmentis in tit. de iniur. num. 142.* præſertim in M. Cur. quæ ex præeminentia poteſt in omnibus caſibus Regentis, & Iudicis arbitrio procedere abſque accuſatore, vt probat, & teſtatur idem Par. *loc. cit. in verb. inquiſitiò, cap. 2. & aduerte, num. 2. verſ. & credo non habere locum*, & in quadam Practica Mag. Cur. manuſcripta antiqua ita ſeruari dicitur.

Ex quibus per M.C. fuit decretum, eſſe torquendum Ioannem Leonardum de Vrſo, & ſub die 6. Octobris 1617. per Sacrum Conſilium fuit confirmatum decretum.

Et in ſimilibus ſub die 18. Octobris 1595. Nardus Regola Turris Octauæ filatorarus fuit in exilium miſſus per triennium, & condemnatus ad intereſſe partis per ipſam M.C. & in cauſa appellationis per S. C. fuit condemnatus ad remigandum per biennium, & ad intereſſe partis ſub die 12. Februarij 1596.

Et de anno 1613. Troyanus Talamus fuit condemnatus per eandem M. C. V. ad remigandum per quinquennium, & ad intereſſe partis.

Et de menſe Maij 1615. fuit exequutum prædictum decretum, proceſſus eſt in banca Horarij de Cuntio.

## ARGVMENTVM.

*Aſportans arma prohibita an ſit puniendus, quamuis non ſit apprehenſus.*

### SVMMARIVM.

1 *Arma prohibita aſportans an ſit puniendus, ſi non ſit apprehenſus.*
2 *Et quid obſeruetur in M. C.*
3 *Delinquens cum armis prohibitis, ſi non ſequutum fuit vulnus, an ſit puniendus pœna armorum, ſi eſt maior pœna delicti, & n. 5.*
4 *Teſtis dictum eſt indiuiduum.*

## DECISIO XLIII.

ET ſi de iure communi aſportans arma puniatur pœna armorum, quamuis non fuit apprehenſus, quando ſtatutum imponit pœnam deferenti arma iuxta ea, quæ latè tradit Menoch. *in tract. de arbitr. lib. 2. caſu 304. n. 45. & 56.* Peguer. *deciſ. 55. in fin.* nihilominus de æquitate in M. C. non puniuntur, niſi ſint apprehenſi, vel cum eis deliquerint, ſi pœna aſportationis eſt maior pœna delicti iuxta doctrinam Bald *in l. aduerſus ff. de furt.* 1 2

Sed quid ſi non fuerit ſequutum vulnus cum armis prohibitis, ſed teſtes deponentes de inſultu cum armis prohibitis, illum ſequutum fuiſſe dicunt, an poſſit puniri pœna armorum, ſi eſt maior, fuit dubitatum, & deciſum 3 4

fuit poſſe puniri pœna armorum, quia dictum teſtis eſt indiuiduum Bal. *in l. nulla num. 6. ff. de legib. Coll. memor. in verb. teſtis fides* inſuper illa æquitas (& ſi non ſcripta) vt non puniatur, niſi ſit apprehenſus, ceſſat ratione delicti, & ita obſeruatum fuit de anno 1587. in cauſa Iulij de Rinaldo in banca de Serico.

## ARGVMENTVM.

*Pœna eximentis captum à manibus familiæ, & ſi plures eximentes fuerint, vel aliter delinquentes ad quid, & quonam modo teneantur? Practica, quando reus repertus fuit innocens poſt ſententiam.*

### SVMMARIVM.

1 *Pœna eximentis captum à manibus familiæ, quæ ſit, & quid quando eſt indebitè carceratus exemptus.*

2 *Eximentes captum à manibus familiæ ad intereſſe, expenſas, & ad debitum, ſi pro debito carceratus eſſet, tenentur.*

3 *Si plures fuerint eximentes, vel aliter delinquentes, omnes inſolidum tenentur quoad pœnam criminalem, ut etiam quoad partis intereſſe, ita vt vnius ſolutio alios non liberet.*

4 *Damnum, & intereſſe partis vno ſoluente cæteri inſolidum obligati liberantur.*

5 *Vni ex obligatis integrè reſtituenti cæteri ſatisfacere tenentur.*

6 *Condemnatus, innocens compertus poſt ſententiam, in integrum aduerſus illam reſtituitur.*

### DECISIO XLIV.

1 EXimens reum à manibus familiæ punitur arbitrio Iudicis, ita DD. adducti per Farinac. *quæſt. 32. de carcerib. & carcerat. num. 7.* & latiſſimè per Cabal. *reſol. crim. caſu 8.* qui tenent etiam quandoque pœna mortis poſſe puniri, ſi cum armis, & quando notabili capientium offenſione eſſet facta exemptio Farinac. ibidem *num. 27. verſ. ſi verò violenter*, Boer. *deciſ. 170. ſub num. 5. verſ. vnde in caſu noſtro*, quos refert in præcitato loco Caball. *ſub n. 38. verſ. poteſt tamen talis eſſe*, & fuit obſeruatum
2 tempore Ducis de Alcala: quia fuerunt laqueo ſuſpenſi, & in fruſta diuiſi quatuor eximentes carceratum pro debito ciuili, vt tradit Carauit. *rit. 160. num. 2. in fin.* refert Clar. *quæſt. 68. num. 10.*

Et quid in eximente indebitè carceratum vide Theſaur. & Add. *in deciſ. 95.*

Fuit ſub die 16. Iunij 1613. arbitrata pœna vltimi ſupplicij per Magnam Curiam delegatam contra Ciccum Strozzam, Ciccum Contem, & ſocios, qui eximerunt carceratum non condemnatum, nec confeſſum pro capitali crimine intus Ciuitatem, vim cum armis prohibitis inferendo ſcribæ fiſcali, qui reum ceperat, & exequuta ſententia fuit; tenentur quoque eximentes ad intereſſe, & expenſas, & debitum, ſi pro debito eſſet carceratus, ac ſi pro debitore fideiuſſiſſent, Doct. affert Caball. *præcitato loco num. 22.*

Et ſi plures deliquerunt, omnes tenentur in 3
ſolidum per text. *in l. ſi plures de iniuriis*, & eſt communis regula, vt atteſtatur Natt. *conſ. 79. num. 10.* quem adducit Iul. Clar. *lib. 5. §. fin. in pract. criminal. q. 84. in fin.* ibidem Caball. *n....* itemque quando plures furantur, vel rapiunt aliquam rem, vel aliter delinquunt, omnes tenentur inſolidum quoad pœnam criminalem, ita vt pœna vnius non liberet alios text. eſt *in l. ſi quis id, quod in fin. & ſequent. ff. de iuriſd. omn. Iud.* etiam quoad pœnam debitam parti: quia adhuc omnes tenentur inſolidum, & pœna vnius non liberat alios text. *in l. prima C. de condict. furtiu. l. item Mela §. ſi plures ff. ad l. Aquil.* Ægid. Boſſ. *in tit. de pœnis num. 1.* verum quoad 4
damnum, & intereſſe partis vno ſoluente alij liberantur *d. l. prima de condict. furt. in ſecundo reſponſo* glo. *in d. l. item Mela §. ſi plures in verb. cum ſit pœna*, ideò ſi plures fuerint, qui exemerint, quilibet ex ipſis tenetur inſolidum; vnica tamen ſolutione ſufficiente, ita DD. adducti per Caball. *crim. reſol. caſ. 8. n. 23. verſ. intantum*, vt ſi plures fuerint, ex quibus fuerunt inſolidum condemnati per delegatum ad negotia menſarum nummulariarum Ciuitatis Neapol. Franciſcus Guerrerius, & Paulus de Sanctis inſolidum pro ſumma duc. 1510 pro fraude commiſſa in damnum menſæ nummulariæ Sanctiſſimæ Annuntiatæ in introitu prædictæ ſummæ de moneta reprobata, receptis poſtmodum in moneta bona ſub die 26. Februarij 1624. penes Ioan. Andr. Figliola Actuarium.

Sed quid ſi ex quaſi delicto tenentur, vide 5
Pelin. *in cap. ſicut dignum de homicid.* Ægid. Boſſ. *praall. n. 1. verſ. fallit tamen quando plures.*

Et quid ſi vnus ex pluribus ad damni reſti- 6
tutionem inſolidum obligatus reſtituerit rem integram, an cæteri eidem teneantur ſatisfacere, vide Couarr. *in 2. part. relect. §. duodecimo n. 4. ver. quid ſi vnus ex pluribus.*

In eadem cauſa Franciſci Strozzæ, &c. poſt 7
damnationem, quæſtionibus in alios ſuppoſitis iuxta obſeruantiam ſumptam ex text. *in l. qui vltimo ſupplicio in fin. ff. de pœn.* vnum ex ſociis iam damnatum non fuiſſe in culpa declarauerunt, & verum eſſe aliunde compertum fuit. Proinde conſulto Principe reſtitutus fuit in integrum aduerſus ſententiam iuxta text. *in l. prima §. ſi quis vltrò ff. de quæſtion.* de quo meminit Iul. Clar. *in §. finali quæſt. 98. num. 8. verſ. ſed nunquid poſt ſententiam.*

## ARGVMENTVM.

*Actuarius, ſeu ſcriba, qui pecuniam recepit vt partem Iudici dares, & partem in ſui commodum, promittendo euentum negotij, quod in Iudicis poteſtate erat, qua pœna ſit puniendus.*

### SVMMARIVM.

1 *Concuſſionis, extorſionis, & corruptionis pœna remiſſiuè.*

2 *Accipiens pecuniam aſſerendo, recipere partem, vt Iudici daret, euentum negotij promittendo.*

quod

*quod in Iudicis poteſtate eſt , qua pœna ſit*
*puniendus.*
5 *Actuary,ſcriba, & commiſſarij & ſimiles , qui*
*per corruptelam , ſeu extorſionem aliquid*
*fecerint, qua pœna ſint puniendi.*

## DECISIO XLV.

1 NOn de conceſſionis pœna , neque extor-
ſionis agendum eſt,nec de pœna corrupti
Iudicis , de quibus pœnis vltra pecuniariam ,
de qua per *cap.Regni vulgaris fama proſequium*
extraordinariè ſunt puniendi iuxta ea , quæ tra-
dita ſunt per Menoch.*de arbitrar. Iud. caſ.* 341.
per Muſcatell.*in tract.de cognit.ſeu probat. de-*
*lict.in tit.de Iudicis corruptela*, & nouiſſimè per
Rouit. *ad pragm.*111. *de milit. n.*34. *& num ſeq.*
qui hos enucleat terminos , quod etiam ad co-
mites Iudicum extenditur iuxta text. *in l. in co-*
*mites ff.ad l.Iul.repet.* idem Menoch. *de arb. caſ.*
244. *num.*9.
2 Hic enim vt ſcribà , ſeu Actuarius pecuniam
3 accepit , aſſerendo recipere partem , vt Iudici
daret, & partem in ſui commodum conuerten-
do, euentum promittendo negotij, quod in Iu-
dicis poteſtate erat,hoc caſu fuſtigationis pœnà
impoſita eſt iuxta text. *in l.qui explicandi C. de*
*accuſat.iuncta gl. in verb. non minus & in l. item*
*apud Labeonem §. idem ait, eum, qui euentum ff.*
*de iniur.* & Menoch. *de arbitr. cent. 4. caſu* 344.
puniendus erit quoque , vt fur , & latro iuxta
Reg.ſanct.ita dictante *Pragmatica in tit.de com-*
*poſit.* & per hanc pragmaticam in terminis ita
dixit, eſſe puniendus Muſcatell.*vbi ſupra n.* 54.
*verſ. ſecunda declaratio erit.*
Sub die 14 Auguſti 1618. æquitatem ſequutà
M.C.vti delegata in exilium extra Prouinciam,
& ad priuationem officij condemnauit quen-
dam Petrum Pitum.

## ARGVMENTVM.

*Pœna contra cuſtodes carcerum , ob fugam*
*carceratorum , qua infligenda ſit.*

### SVMMARIVM.

1 *Cuſtodes carcerum , cum cuſtodiam amittunt ,*
*torquendi ſunt, vt modum fuga indicent.*
2 *Culpa præſumitur in cuſtode amittente cuſto-*
*diam ratione officij, & de lata intelligitur.*
3 *Cuſtodi, qui cuſtodiam amiſit , incumbit onus*
*probandi, non fuiſſe in culpa.*
4 *Caſtellani tenentur etiam de culpa.*
5 *Culpa cum præſumitur, de qua intelligatur.*
6 *Cuſtos,cuius culpa euaſit carceratus,qua pœna*
*puniatur , & quid ſi omnem adhibuit dili-*
*gentiam.*
7 *Commentarienſis , qui militi idoneo cuſtodiam*
*commiſit , non tenetur de fuga.*
8 *Secus ſi Tyroni commiſit.*
9 *Culpa præſumptio , quæ punitur in cuſtode*
*carcerum , tollitur per probationem dili-*
*gentia.*
10 *Non obſeruans mandatum ſuperioris , dicitur*
*fuiſſe in dolo , & ſic amittens facere id, ad*
*quod ratione officij tenetur.*
11 *Regula , quod qualibet cauſa,etiam fatua ex-*
*cuſat a dolo,non procedit in eo,qui tenetur*
*ratione officij publici , in quoad excuſan-*
*dum dolum iuſtiſſima cauſa requiritur.*
12 *Nimia negligentia lata culpa dicitur.*
13 *Pœna in Regno contra cuſtodes amittentes cu-*
*ſtodiam.*
14 *Et quid de iure communi.*
15 *Specialia contra cuſtodes amittentes cuſtodiam.*

## DECISIO XLVI.

CArceratus in carceribus Caſtri noui huius
Ciuitatis , qui detinebatur mandato Do-
mini Proregis, lege data , quod nemini aditum
ad eum darent , fugam arripuit , fuerunt eiuſ-
dem Proregis mandato mancipati in carceribus
Locum tenens Caſtellani, cui principaliter fuit
commiſſa cuſtodia,& duo milites, qui præerant
reorum cuſtodiæ, & delegata cauſa vni ex Re-
giis Conſiliariis , vni ex Iudicibus M.C.& Au-
ditori exercitus.
Et ſi ante omnia erant torquendi cuſtodes , 1
vt modum fugæ indicarent iuxta doctrinam
Bart. & aliorum , de quibus per Farin. *in tit. de*
*carceribus,& carcerat.n.*110. *quaſt.*31. prout ob-
ſeruatum fuit in M. C. de menſe Nouembris
1617. in cauſa Marcelli de Amato cuſtodis ad
oſtium M.C. à quo exierat carceratus , & igno-
rabatur modus fugæ,& fuit tortus;nihilominus
in præſenti cauſa , quia modus fugæ patebat ,
non fuit deuentum ad torturam,ſed diſcuſſum ,
qua pœna venirent plectendi.
Contra locum tenentem dicebatur, præſumi 2
culpam per glo. *in l.fin. ff. de cuſtod. reor.* Bald.
*in l.prima §. fin. ff. de ſeru. fugit.* ratione officij
gloſ.*in l.omnia § ſpecies ff.de leg.*2. Boer. *dec.*216.
*in princ.* Grammat.*vot.*29.*n.*8. Farinac. *in tit.de*
*carcerib. & carcerat. quaſt.*31. *num.*19.vnde ipſi
incumbit onus probandi non fuiſſe in culpa 3
Bart. *in l.*3.*§.cæteros ff.de off. præſid.* Baiard.ad
Clar.*quaſt.*68.*n.*30. Grammat. *prealleg.vot.*quod
extenditur ad Caſtellanos , qui tenentur etiam
de culpa , ſicut commentarienſes Bald. *in l. ad* 4
*commentarienſem C.de cuſtod. reor.* Oldrad.*conſ.*
92.*Rex habebat Caſtrum*, Boer.*deciſ.*117. *num.*4.
Par.*in tract.de ſyndicat.in verb.carcer , & carce-*
*ratus c.*5. *n.*3.quæ culpæ præſumptio de leui ad
minus intelligenda eſt , non de leuiſſima ex
dict. per Bal.*in auth.hoc locum C.de collat.*Alex.
*conſ.*45.*col prima lib.*1. Curt.iun. *conſ.*19.*num.*6.
verum Boſſ.*in tit.de carcer. n.*11.in dubio latam
culpam præſumi tenuit per text. *in l. in eos , &*
*l.fin. de cuſtod. & exhibit. reorum* , & ideò pro 5
modo culpæ erit puniendus *l. milites de cuſtod.*
*reor.* imò etiam ſi ſolitam adhibuiſſet diligen- 6
tiam , quam alij adhibere ſolent , adhuc Iudi-
cis arbitrio erit puniendus , ſed non pœna or-
dinaria Boer. *deciſ.*217. *num.*5. Paris de Pot. &
Grammat.relati per Menoch. *de arbitrar. lib.* 2.
*caſu* 302. *n.*6.
Sed his non obſtantibus fuit liberatus Lo- 7
cumtenens,quia duobus veteribus militibus, &
communiter idoneis exiſtimatis cuſtodiam com-
miſit , quo caſu limitantur prædicta , ita Ol-
drad. *in d. conſ.* 92.Par. *in d. ver. carceratus ca-*
*pite* 5.*num* 3. Farin.*in d.quaſt.* 31.*num.* 55. *verſ.*
*limita d. duodecimam ampliationem* , tunc
enim ponitur , etiam ſi cuſtodes adhibuiſſet
iuxta *d, l. ad commentarienſem* , quando minùs

8 idoneo cuſtodiam commiſiſſet, vt puta tyroni *in l. fin. de cuſtod. reor. in princ.* Grammat. *d. vot. 29. num.* 14. & ita etiam fuit obſeruatum io maiori coſtode carcerum M. C. qoi commiſeras cuſtodiam bono viro, qui fideiuſſorem dedit de benè adminiſtrando de anno 1632. ideò contra eum nou fuit proceſſum.

9 Inſuper hæc culpa præſumpta tollitur per probationem diligeotiæ, & fidelitatis, quæ bene probata fuit Farin. *in d. q.* 31. *n.* 21. Grammat. *d. vot.* 29. *num.* 15. quod ſecus erit, ſi in ſpecie eſſet probata aliqua culpa: nam tunc talis ſiſci probatio præferenda eſt probationi reſultanti ad fauorem cuſtodis ex antiqua diligentia, & fidelitate Farin. *in d. q.* 31. *n.* 23.

10 Duo verò milites, qui præerant cuſtodiæ captiuorum, non obtemperauerunt Principis mandato prohibentis aditum exterorum, & cum eis alloqui, ideò dicuntur fuiſſe in dolo., *l. non poteſt dolo carere ff. de reg. iur.* cum reliquis adductis per Farinac. *in tract. de pæn. temperand. q.* 89. *num.* 126. *in* 12. *præſumpt. doli, & fraudis*, & contra cuſtodes reorum ponderauit Cirill Fulgon. *in ſumm. crim. in tit. de cuſtod. reor.* §. 3. *num.* 5. *verſ. item ſi captiuum*, facit text. *in l. ſi hominem ff. depoſiti*, ibi, *dolo proximum eſſe, quod factum eſt, arbitror*, vnde ſi commentarienſis omiſit facere, quæ ſuo publico officio incumbunt, doli reus cenſetur, *l. tutor, qui repertorium ff. de adminiſtr. tut.* & ea hoc, quod non obſeruauerunt præceptum, permittendo alloqui cum carceratis, qui in ſecreto detinebantur, per triennium ad remigandum Petr. de Ponte, & Franciſcus Graſſus cuſtodes M. C. per Dominos delegatos, videlicet Rouitum, me, & Angulum fuerunt condemnati ſub die 12. Octobris 1623. à quo præſumpto dolo ratione publici officij nemo, niſi ex iuſtiſſimis cauſis, excuſatur *d. l. ad commentarienſem* cum ibi not. per DD. & tradit Bald. *in conſ.* 32. *lib.* 3. qui enim non vult facere id ad quod ſcit ſe teneri, & poteſt, eſt in dolo, *l. dolus eſt ff. mand.* &
11 quamuis adſit regula, quod quælibet cauſa etiam fatua, & iniuſta excuſet à dolo, *l. igitur* §. 1. *ff. de liberal. cauſa l. prima in fin.* & ibi Bart. *ff. de abig.* tamen non procedit in officio publico, in quo ad excuſandum dolum iuſtiſſima cauſa requiritur, patet ex dictis per Caball. *in tract. de omni genere homicidij num.* 517. adiiciens, quod in hoc limitatur illa regula, quod quælibet cauſa excuſat à dolo.

12 Inſuper probata erat nimia negligentia contra hos milites, penes quos tempore fugæ aderant claues, quæ nimia negligentia lata culpa dicitur, ita Grammat. *d. vot.* 19. *num.* 4. per text. *in l. magna negligentia ff. de verb. oblig.* & eſt quaſi dolus, *l. ſi merces* §. *culpa ff. locat. l. quod ſi nolit.* §. *culpa ff. de adilit. edict.* & in propoſito adnotauit Farinac. *in d. quæſt.* 31. *n.* 10.

13 Cognita culpa reſtat videre de pœna, pœna enim in Regno ſtatuta eſt per *Conſtitutionem Regni cuſtodes*, vbi ſi negligentia cuſtodum carcerati euaſerint, bonis ſuis omnibus publicatis per annum ſqualore carceris macerati debeant, ſin per fraudem capitali ſententia puniri debent, de qua meminit Par. *in d. ver. carcer. & carceratus cap.* 3. *num.* 11. Grammat. *d. vot.* 29. Add. ad Cirill. *in d.* §. 3. Baiard. ad Iul. Clar. *in d. quæſt.* 68.

Quòad negligentiam pœna conſtitutionis prædictæ non eſt io vſu, à qua pœna receſſit S.C. & inhæſit diſpoſitioni iuris commun. tanquam æquitati, vt refert Gramm *in fin. d. vot.* 29.

Si ex nimia negligentia cuſtodis fuga ſequuta ſit, eius, qui pro capitali crimine detinebatur, eadem pœna, qua reus de crimine conuictus veniebat puniendus, puniri debet, *l. ad commentarienſem C. de cuſtod. reorum*, & communiter tenent DD. vt teſtatur Boſſ. *in tit. de carcer. à num.* 10. *vſque ad num.* 13. refert, & ſequitur, ita declarans eius dictum Farinac. *in d. quæſt.* 31. *num.* 4 cæterum pro modo culpæ inata reat. *in l. milites, & fin. ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* Caball. *in tract. de omni gen. homicid. num.* 375. qui alios congerit, referens paulò ſuprà *verſ. demum aduertendum eſt pro ſingulari*, quod pro culpa punitur corporaliter, at quia carceratus ſub cuſtodia non detinebatur pro capitali crimine, ſed pro bono regimine mandato Domini Proregis, & cuſtodes erant bonæ famæ, fuerunt exercitio priuati, & in exilium miſſi. 14

Ex prædictis habes quatuor ſpecialia contra cuſtodem, qui cuſtodiam amittit, quorum tria ponderauit Grammat *d. voto* 29. *in fin.* 15

Primum, quod præſumitur culpa.

Secundum, quod non liberatur exhibendo militem, ſeu ſubſtitutum.

Tertium, quod pro culpa tenetur pœna capitis, ad quod vide Caball. *in præalleg. tract. de homic. num.* 175.

Quartum, quod ad excuſandum dolum non ſufficit quælibet cauſa; ſed iuſtiſſima requiritur.

## ARGVMENTVM.

*Quæ pœna ſumenda ſit ab effrangente carceres M. C. ſine conſpiratione non ſequuta fuga.*

### SVMMARIVM.

1 *Pœna effrangentis carceres M. C.*
2 *Pœna capitalis impoſita contra effractores carcerum an de naturali, an de alia extraordinaria intelligenda ſit.*
3 *Deciſio.*
4 *An ex indiciis indubitatis poſſit deueniri ad pœnam ordinariam.*
5 *Et an poſt torturam ex indiciis poſſit puniri pœna remigationis.*
6 *Punitus ob indicia extra ordinem, non condemnatur intereſſe.*
7 *Deciſio, & num.* 8.

### DECISIO XLVII.

IN cauſa Lutij Antonij Lichæ de Tropea, fuit dubitatum, quæ ſit pœna effrangentis carceres M. Cur. ſine conſpiratione, non ſequuta fuga.

Variæ fuerunt Scribentium opiniones, quas affert Farinac. *in tit. de carcer, & carceratis quæſt.* 30. & communiter Scribentes non dubitant, pœnam capitis eſſe per text. *in l. prima ff.*
1 *de effractor.* cui non eſt contrarius text. *in l. in reos ff. de cuſtod. & exhib. reorum*, qui puniendos eſſe eos vult, qui carceri mancipati conſpirant,

vt

vt ruptis vinculis, & effracto carcere aufugiant, genus pœnæ non declarans, quod declarat Vlpian. *in d.l.primo* pœnam capitis eſſe reſpondens, provt refert Fach *contr iur. lib.9. c.66.*

1 Et ſiue effregerint facta conſpiratione cum cæteris, vel quocunque modo, dummodo animo effugiendi fecerint, & ſi non euaſerunt, nec fugere potuerunt, etiam capite puniuntur Boer. *deciſ.215. num.22. in fin. verſ.ſin autem non tantum*, Peguer. *dec.prima num.5.verſ.aut denique capti in carceribus.*

2 Sed controuerſia eſt, cum pœna capitalis in tribus conſiſtat, in perditione vitæ, libertatis, & Ciuitatis, Bal. *in l. reos 3. C. de accuſat.n.2. verſ. breuiter concludo*, Matania *in ſpeculo in 4. part. 2. diſt. indicij in princ.* qua ex eis ſit plectendus.

De morte cenſuerunt Boniſac. de Vitellin. *in tit. de carcer. priuat. n.12. verſ.ſin autem non tantum*, Couar *var. reſol. lib.1. cap.2. poſt n.14. verſ. ipſe pœnus eſt, & verſ. ſiquidem corporalis pœna*, Mathl. *in § attingam num.*36. Boſſius *in tit.de carcerib. num.5. verſ.maximè*, quia verè loquuntur de capite naturali, Plaza *in epitome delictorum cap.10. num.26.* Duar. *ad tit.de effractoribus*, Facchin. *controu.iur cap.64. in fine cod. lib.9.* qui nonnullos ex prædictis adducit.

Alij de mitiori accipiendam eſſe, puta exilij, vel amiſſionis Ciuitatis, Authores affert Farin. *in d.q.30.num.4.* Facch. *in cap.64. verſ. caeterum illam pœnam capitalem.*

3 In M. C. prima opinio obſeruatur contra tentantes effracturam carcerum M. C. cum conſpiratione, & ſi non euaſerint, & de anno 1586. fuerunt laqueo ſuſpenſi, Oliuerius de Criſcio, & ſeptem alij inquiſiti de tentata fuga, & fractura cancellæ, quamuis non euaſerint.

4 Fuit quoque dubitatum an ex inditijs indubitatis poſſit deueniri ad pœnam ordinariam delicti.

Caball. *reſol. crim. caſu* 288. relatis omnium Doctorum opinionibus reſidet in ea, quod non poſſit puniri pœna ordinaria delicti, ſed mitiori ex inditijs indubitatis, & ita obſeruari in Senatu, refert, in hanc quoque ſententiam inclinat Vinc. de Franch. *dec.372.* & iudicatum fuiſſe teſtatur in S. C. neque ex violentis probationibus, vt colligit Theſaur. *deciſ. 13. in 2. limit. num.* 4. Dom. de Franch. *deciſ.538.* & in hac deſcendit M. C. & decreuit eſſe torquendum.

5 Et poſt torturam ſi non ſequatur confeſſio, poteſt puniri pœna extraordinaria iuxta obſeruantiam, de qua per Vinc. de Franch. *d. dec.* 538. & per *Caball. in caſ.93. num.27.* quo caſu
6 nec ad intereſſe condemnatur, ex dictis per eundem *caſ.28. num.15.*

Poſt torturam, quia ſine conſpiratione, cum ſolus detinebatur in criminali, effringere cœ-
7 pit parietem, & modica apertura reperta fuit, ſequuta confeſſione fuit extra ordinem punitus pœna remigationis ſub die 5. Nouembris 1638.

8 Poſtea in anno 1621. fuit emanata pragmatica, per quam fuit diſpoſitum, poſſe puniri ex indiciis indubitatis ratione atrocitatis delicti pœna ordinaria, & de anno 1612. declaratum id eſſe permiſſum Tribunalibus collegiatis, verum ante executionem relationem faciant in Collaterali Conſilio Audientiæ prouinciales in ſcriptis, M. C. coram, & ita fuit obſeruatum ſub die 9. Februarij 1630. in cauſa Scipionis de Angelo inquiſiti de homicidio, quod cum ſolus eſſet in cubiculo inſimul cum quadam muliere, audito vlulatu, fracto oſtio irruperunt, & inuenerunt mulierem iugulatam, & prope nouaculam, ſeu cultrum raſorium, & præfatum Scipionem cruore pollutum, qui & ſi extraiudicialiter confeſſus fuit homicidium, coram Iudice negauit, & hic eſt vnus ex caſibus, in quo DD. exemplificant indicia indubitata, quos cumulat Caball. *in d. reſ.288. n.9. verſ. item in eo*; M. C. die ſequenti compilato proceſſu per horas fuit voti eſſe puniendum pœna vltimi ſupplicij, & coram Excellentiſſimo Domino relata cauſa fuit mandatum eſſe executioni demandandam, & executam.

Quæ dicantur indubitata indicia, vel certa, quæ ſufficiant ad condemnationem in cauſa criminali Barboſ. *in prima par leg.2 in prime n.85. ff. ſol. matr.* & quæ dicantur indicia indubitata in materia pragm. habes per Rouit. *deciſion.63.*

Magna Curia Vicariæ delegata cenſuit vltimo ſupplicio puniendum eſſe Carolum Tropea de vitio nefando per inditia indubitata conuictum, & relata cauſa iuxta Regiam Pragmaticam, in Collaterali Conſilio, mandatum fuit eſſe exequendam ſententiam ſub die 9. Octobris 1642.

Nam, etſi pœna ordinaria non ſit puniendus ſodomita, niſi conſtet delictum fuiſſe conſummatum per pollutionem intus vas ſecundum communem opinionem Scribentium, & obſeruantiam, vt refert Afflict. *in Conſtit. Legum aſperitatem in fin.* cum cæteris congeſtis per Farinac *in tract.de delict.carn.q.148.num.61.* Giurz. *diſcept. 192. num: 85.* fundat requiri conſummationem actus, Muſcatell. *in cognit. ſiu probat. delictorum de adulterio, ſtupro, inceſtu ſodom. à num.* 28. deſcendit Afflictum contra impugnantes hanc opinionem, & ante promulgationem Pragmaticæ non niſi confeſſus ordinaria pœna poterat puniri ſecundum Afflict.

Attamen, ſtante diſpoſitione Regiæ Pragm. per quam ſtatuitur, poſſe quem ratione atrocitatis delicti pœna ordinaria mortis per inditia indubitata puniri, iuſtè pœna vltimi ſupplicij ſodomitam hunc eſſe plectendum, cenſuit Magna Curia.

Repertus fuit in camera, lecto præparato, ſolus cum ſolo, clauſis ianuis, cognito puero in ano, per peritos de recenti cognitum fuiſſe apparuit, confeſſus patiens fuit de actu conſummato, in anteriori parte ſubuculæ agentis ſpremi aderat, ex qua patebat emiſſio ſeminis, in ſubucula patientis retro ſtercore polluta, ſignum manifeſtum, membrum intus anum immiſſum fuiſſe, concurrebat etiam mala fama per plures teſtes probata, ex quibus indiciis reſultat credulitas, quæ excludit omnem hæſitationem actualem, & virtualem, & ex his poteſt procedi ad pœnam ordinariam ex dictis per Reg. Rouit. *dec.63. in fin.*

Et ſi in hoc delicto occulto poterit procedi ad pœnam ordinariam, etiam ſpecie credulitatis tantum, vt per eundem Reg. Rouit. *praalleg.dec.num.*10.

Hoc delictum ex quo occultè committitur,

multa habet ſpecialia relata per Amend. *reſp.* 31. inter quæ illud eſt, quod ſufficiunt indicia probabilia, & præſumptiones violentæ refert Reg. Rouit. *in Pragm.* 1. *de ſodom.* cum aliis regulis poſitis per dictum Auend. quod ſequitur Vigliad. *in foro iudic. lib.* 3. *tit* 5 *lib* 5. *&* 6. plura de hac materia dicens, & ratione atrocitatis in eo non requiritur illa plena probatio, prout in cæteris delictis, ſed ſufficit probatio per coniecturas, & præſumptiones, DD. cumulat Maſtrill. *in dec.* 293. *in princ.*

Proceſſus eſt in Banca Panzeræ contra Peppum Piazotiam, & ſocios.

Non obſtant allegata cum deciſione Collateralis Conſilij adducta per Thorum *in* 3. *part. compend. deciſionum, ſect.* 13. *in verb. ſodomita vt puniri poſſit*, ibi non aderant indubitata indicia pro conſummatione actos, quæ requiritur ad puniendum pœna ordinaria.

## ARGVMENTVM.

*Delinquens, pendente ſecuritate, non conuictus torquetur, & non poteſt extra ordinem puniri.*

### SVMMARIVM.

1 *Homicidium committens pendente ſecuritate, ſi de eo fuerit conuictus, vel confeſſus, ſecuritate non gaudet.*

2 *In delinquentem, pendente ſecuritate, non conuictum, neque confeſſum, ſed tantum indiciatum, vrgentibus tamen indiciis reiteratur tortura, & ita indicatum.*

3 *Pœna extraordinaria imponitur propter criminis ſuſpicionem.*

4 *Qualitas, quæ tollit ſecuritatem, eſt plenè probanda, & n.* 9. *contrarium n.* 11.

5 *Et non bene probata exiſtentibus indiciis ſufficientibus ad torturam eſt torquendus, & eſt dandus terminus ad faciendum defenſiones, & conſignanda copia proceſſus.*

6 *Et ſi non confitetur, eſt reponendus in priſtinam libertatem.*

7 *Conceſſa gratia forindicato militandi certo tempore per Principem abſque conditione, ſed tantum cum modo, ſi per Iudicem in obligatione ſit adiecta conditio, conditio habetur pro non appoſita, & non adimpleta, non perdit guidaticum.*

8 *Forindicatus effectus deinde miles ex gratia Principis, & in numerum relatus diuerſam induit perſonam etiam quoad forum, & non poteſt amplius puniri pœna forindicationis; quamuis conditio, ſeu modus in gratia appoſitus non adimpleatur.*

10 *Conceſſa gratia à Principe forindicato militandi per quinquennium, pendente quinquennio dicitur guidatus.*

### DECISIO XLVIII.

1 BArtholomæum Durantem pendente ſecuritate prætenditur homicidium commiſiſſe, de quo ſi eſſet conuictus, ſeu confeſſus, non gauderet ſecuritate ex diſpoſitione *Reg. Pragm.* 1. *de guidaticis*, & quid de iure communi habes per Rouit *in d. Reg. prag.* & per Præſ. de Franch. *deciſ.* 258. & ibi Add. nonnullos DD. adducunt, fundat, & declarat Farinac. *de carcerib. & carcerat. quæſt.* 29. *à num.* 59. *cum ſeq. vſque ad num.* 65. dummodò delictum ſit graue, non leue ex dictis per Vinc. de Franch. *in præalleg. deciſ.* 258. & per DD. adductos per Ricc. *ad dictam deciſionem* de Franch. 258. & non ſuffi-
cit, quod ſit inquiſitus tantum, vt per eundem 2
*deciſione* 717. verum, quia non erat conuictus,
ſed tantum indiciatus, fuit per M. C. tortus, &
non confeſſus. quia vrgentia indicia aderant, & non erant ob torturam purgata, fuit deciſum per S. C. & Magnam Curiam eſſe iterum torquendum. Per fiſci Aduocatum prætendebatur poſſe deueniri ad pœnam extraordinariam pro vtroque delicto iuxta ea, quæ adducuntur per Caball. *caſ.* 93. *n.* 27.

Ad quod replicabatur, pœnam extraordina- 3
riam imponi ob ſuſpicionem criminis ex dictis
per Cabal. *caſu* 82. *num.* 15. *verſ. quia tunc non*
*dicitur*, quæ ſufficit ad puniendum extra ordi- 4
nem, ſed non ad tollendam ſecuritatem, quia
qualitas hæc, quæ tollit ſecuritatem eſt plenè probanda, faciunt, quæ ponuntur per Gabriel. *in recollect. comm. opin. lib.* 7. *concl. prima n.* 18. Par. *de reintegr. cap.* 198. *num.* 21. *verſ. quia etiam dixit*, Dec. *conſ.* 189. *col.* 12. Grammat. *conſ.* 1. *poſt deciſ. num.* 7. *& latius voſ.* 11. *num.* 4. *verſ. ſi Iudex, vel lex*, Decian. *lib.* 5. *cap.* 35. *in tract. crim. num.* 84. *verſ. hic verò ſuccurrit notabilis quæſtio*, vbi ſuppoſita clauſula, quod ſi quid ſimile in futurum perpetrauerit, ipſo iure intelligatur priuatus hac gratia, & incurriſſe omnes pœnas à quibus tunc fuit liberatus, ſubdit, *quam tamen concluſionem veram intellige, dummodo liquidiſſimè conſtet nouum illud delictum, adeò quod declaretur per veras probationes, ipſum pœnam priuationis gratiæ incurriſſe* ea Bal. & aliis per ipſum adductis, & per Ambroſin. *in tract. de immunit. cap.* 11. *num.* 4. *verſ. primò etenim dicit, & in cap.* 17. *num.* 9. & per Gam. *deciſ.* 179. *n.* 2.

Ideò non ſufficienter probato nouo delicto commiſſo pendente aſſecuratione, non eſt puniendus pro delicto, pro quo erat aſſecuratus, ita cenſuit Caball. *d. reſol.* 118. *num.* 10. *verſ. nec alia fuerit ſequuta deciſio.*

Vel ſaltim per indicia ad torturam ad hoc, vt poſſit torqueri, non obſtante guidatico, & ſi non confitetur, non perdit beneficium guidatici, & eſt reponendus in priſtinam libertatem, ex dictis per Vinc. de Franch. *deciſ.* 415. & per Nouar. *in collect. ſup. prag.* 1. *de guidat. collect.* 115. *n.* 2.

Quæ quidem probatio non poteſt eſſe no- 5
toria, certaque Iudici, niſi priùs dato ipſi reo
termino ad faciendas defenſiones, data copia proceſſus informatiui, Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrupto quæſt.* 4. *num.* 21. *verſ. quæ quidem probatio delicti*, & ita obſeruatum fuit in caſu ſequenti.

De anno 1639. euenit, quod Carolus Preta Neapolitanus forindicatus ob homicidium ex diſpenſatione Excellentiſſimi Domini Proregis fuit admiſſus ad militandum per hæc verba, *Ci è parſo far la preſente, con la quale ce conſentiamo, che il detto Carlo Preta ſupplicante per la ſudetto homicidio, e ſue inquiſitioni, pena, contumacia, & anco forgiudicà, in che fuſſe incorſa*

per

*per cauſa di quello vada à ſeruire Sua Maeſtà
perſonalmente in queſta preſente occaſione di
guerra per il ſpatio d'anni trè numerandi dal
giorno del ſuo aſſento, ancorche non teneſſe remiſ-
ſione di parte, in conformità dell'ordine generale
per Noi datoui per via di Secretario Michele de
Hecbo à 30. di Decembre 1637. Per tanto ve
dicemo, & ordinamo, che ne le debbiate ſpedire
la debita certificatoria à chi ſpetta, acciò coſi s'e-
ſequa.* Pro cuius obſeruantia ſe obligauit in hac
forma, & proinde obligauit ſe ſub dicta pœna
6 mortis naturalis ſeruire ſuæ Maieſtati in bello
per dictos annos tres continuos cum armis, &
veſtibus tantum ſuis propriis expenſis, ad præ-
ſens in cohorte equeſtri Ill. Ducis Caytani D.
Franciſci Battilis, in qua fuit aſſignatus per
Suam Excellentiam, vt ſupra, & deinde in alia,
vbi fuerit ordinatum à ſua Excellentia cum
pacto, quod non diſcedat à dicto ſeruitio ſub
quouis quæſito colore, niſi illo continuato, &
completo cum fide officij ſcribæ portionis, &
licentia ſuperioris, & quod non accedat vllo
modo per loca, & plateas, vbi degunt partes
offenſæ, & ſi acceſſerit in dictis locis vetitis,
vel ſi ab hodie in antea deliquerit quouis mo-
do, nulliter per præſentem obligationem infe-
ratur præiudicium Regio fiſco ſuper foriudi-
catione contra dictum Carolum contracta, ſed
dicta foriudicatio remaneat in ſuo robore, &
efficacia, quia ſic, &c. & cum hoc pacto, &c.
cum poteſtate, &c. conſtitutione precarij, &c.
& ſic renunciauit, & iurauit in forma.

Poſtea, dum erat relatus in numerum, fuit
apprehenſus cum puero nefando vitio vitiato,
vrgebant indicia contra Carolum, fiſcus inſta-
bat exequi ſententiam foriudicationis, non ob-
ſtante reſcripto Excellentiſſimi Domini, fun-
dabat durante tempore ſeruitij eſſe ſub guida-
tico ex dictis per Foller. *in pragm. de exulib.
num. 43. verſ. interim autem videtur guidatus*,
at delinquendo ſub guidatico, non gaudet ſe-
curitate ex dictis *ſup. num.* 1. fuit datus termi-
nus ad ſe defendendum ſuper prætenſo vitio ne-
fando iuxta poſita *ſupra num.* 2. compilato ſu-
per hoc articulo proceſſu, non euacuatis
indiciis.

7 Pro reo dicebatur, Principem conceſſiſſe
gratiam pœnæ foriudicationis adiecto onere
militandi per triennium abſque conditione,
quod patet ex verbis reſcripti, quæ non im-
portant conditionem, ſed tantum modum, &
ſi per delegatum ſit adiecta conditio, & pacto
ſtipulata pro non adiecta habetur ex diſtin.
Bar. *in l. ſi vnus §. pactus ne peteret num. 26. ff.
de pact.* Gizzarell. *deciſ. 11. num. 5. verſ. & præ-
tereà*, & ſic non reincidit in pœnas primas, &
illud delictum ſemel extinctum per gratiam,
non reuiuiſcat, quod non eſt permiſſum nedum
priuatis, ſed nec etiam Iudici Principe inferio-
ri. ex dictis per Bat. *ſupra citato loco*, Rouit.
*ad prag. 1. de guidat. num. 48. verſ. ſed in ipſa
gratia a Principe.*

8 Inſuper effecto milite ex gratia Principis,
relatoque in numerum, mutata fuit perſona, &
forus; ſuperueniens enim dignitas ſoluit vin-
culum obligationis præcedentis, & voluntariè
contractæ, *l. interdum ff. de oper. libert.* incon-
ueniens enim eſt, poſtquam peruenit ad digni-
tatem militiæ, foriudicationis vinculo eſſe ad-
ſtrictum, pœniſque ſubiectum *d. l. interdum in
fin.* & effectus miles continuò à foriudicatione
eſt abſolutus, *l. ſpadonem quoque § ſi quis au-
tem tutor ff. de excuſ.*

Et dato, & non conceſſo, quod habeatur 9
pro guidato, adhuc gaudet ſecuritate, cum
non ſit plenè probatum delictum prætenſum,
pendente ſecuritate, quæ probatio plena re-
quiritur ex fundatis *ſuprà num.* 2 & in termi-
nis commemorata Decian. traditio *ſupra n.* 4.
per extenſum adducta; erat itaque torquen-
dus, quia indicia erant ſufficientia ad tor-
turam.

Impugnabat hæc omnia fiſcus, dicens, non 10
dici perfectam gratiam, niſi completo ſerui-
tio, & interim habetur vti guidatus, & aſſe-
curatus, fundabat authoritate Foller. *ſupra ad-
ducta in pragm. 1. de exulib. num. 43. in fin.* ibi,
*interim autem videtur guidatus, & aſſecuratus*;
delinquendo igitur, ſecuritate pendente, non
gaudet ſecuritate, & ex conſequenti puniendus
erit etiam pro primo delicto, vt probatum fuit
*ſup. num* 1.

Quoad probationem dicebat, ſufficere in- 11
ditia ad torturam, afferens doctrinam Ioannis
Franciſci Capiblanchi *ſuper pragm. 6. de Baro-
nib. cap. 31. num. 32. verſ. replicatur, antiquam
fuiſſe hanc controuerſiam lib. 2.*

Ex quibus ſub die 3. Iunij 1639. fuit per
M. C. delegatum prouiſum, quod oppoſitis
non obſtantibus procedatur ad ea, quæ in-
cumbunt pro exequutione ſententiæ foriudi-
cationis.

Admiranda prouiſio meo iudicio opinionem
pro reo validiſſimi argumentis fundatam à ce-
leberrimis Doctoribus probatam, authoritate
duorum modernorum ſine fundamentis, & au-
thoritatibus reiectam eſſe.

Demum furcis ſuſpenſus fuit, lata & exe-
quuta fuit ſententia ſub die 6. Iunij 1639.

## ARGVMENTVM.

*Princeps ex gratia pœnam homicida remi-
ſit, non concordata parte, nec pace, &
remiſſione ab ea obtenta, ad quam ob-
tinendam dilationem ſemeſtrem conceſ-
ſit, dummodò non accedat ad loca, in qui-
bus partes degebant, fuit apprehenſus in
loco vetito, dubitatum fuit, an non ob-
ſtante gratia ſit puniendus pœna delicti.*

## SVMMARIVM.

1 *Fidem frangenti fides non eſt ſeruanda.*
2 *Pactum naturale in contractu adiectum ſi non
fuit ſeruatum, reuocatur contractus.*
3 *Princeps poteſt renouare contractum, ſi non
adimpletur, quod impleri debet.*
4 *Contemptus Superioris graue delictum dicitur.*
5 *Non præſumitur, Principem remittere pœnam
pluries delinquenti.*
6 *Securitate non gaudet bannitus, ſi nouum
commiſit delictum.*
7 *Abutens conceſſione, venit ea priuandus.*
8 *Princeps non remitti ex gratia pœnam non
concordata parte.*

## DECISIO XLIX.

VIſum fuit, poſſe poniri pœna ordinaria
impoſita pro homicidio, oon obſtante
gratia, ex adductis per Rouit. *in prag. 1. de gui-
daticis*, qui ad partes examinando qoæſtionem,
hanc ſuſtinet, & ita deciſum refert per M. C.
& Sacrum Gonſilium, pro qua ſenteotia facit
præſumpta mens Principis; non enim præſu-
1 mitur, Principem ſeruare velle delicti impo-
nitatem ei, qui ſibi promiſſa non ſeruauit, cum
regulariter fidem frangenti fides ſeruari oon
debeat, *l. cum proponas C. de pactis, cap. per-
uenit il 2. de iure iurand.* cum concord. adductis
per Collectorem *regular. iuris tom. 1. fol. 576.*
2 *&* 577. ſicut dicitur in pacto naturali non
ſeruato, quod datur reuocatio, ſi alias non
eſſet facturus gl. *in l. pacta conuenta ff. de con-
trah. empt. in ver. noua emptio verſ. ſed an reuo-
3 catio*, quod fortius in contractu per Principem
celebrato procedit, oam poterit reuocare coo-
tractum ſecum celebratom, ſi ſibi non adim-
pleatur, qood adimpleri debet ſecundom Bal. *in
l. prima C. de donat. inter vir. & vx.* Affl. *in
conſt. ea, quæ ad decus num. 2. in fin. verſ. & ſi
Princeps.*
Inſuper accedeodo ad locum vetitum, denuo
4 deliquit, contemnendo præceptum Principis,
qui contemptus dicitur graue delictum Me-
noch. *de arbitrar. caſ. 416. n. 23.* gloſ. *in Conſt.
Reg. poſt mundi machinam in verb. contemptus*,
5 & ſic effectus fuit odioſior, vnde non præſu-
mitur, quod, ſi Princeps hæc conſideraſſet, fe-
ciſſet ei gratiam Aretin. *in d. l. 3. §. ſi ſeruus
num. 55. in fin. verſ. confirmatur iſta ſua conclu-
ſio ff. de acquir. poſſeſſ.* qui ſuſtinet paulò ſupe-
6 rius optimis mediis ſecuritate ex mera gratia
bannito cooceſſa non gaudere dictum banni-
tum propter nouum delictum, & cenſeri reuo-
7 catam: abuſus enim fuit beneficio Priocipis,
& per abuſum veoit priuandus ad dicta per
Audr. *in cap. 1. in verb. & ad tranſactum ire
permittat quib. mod. feud. amittat.* Paris *de re-
integr. feud. cap. 37. an ruſticus.* Quotieſcuo-
que enim priuilegiatus abutitur priuilegio,
meretur priuilegium amittere, ex quo permiſ-
ſa ſibi abutitur poteſtate, *l. ſi quis C. de off. per-
fect. prætor. orien. cap. vt priuilegium, cap. tua-
rum de priuileg. cap. licet de regular. cap. cum
illorum in fin. de ſent. excom.* Aym. *pulchrè conſ.
73. num. 25.* Specul. *tit. de inſtr. edit. § nuntia-
uit verſ. item pone, quod priuilegiatus ſub n. 10.*
& per contrauentionem factam priuilegio,
amittitor priuilegium iſtud ſecundum Spec.
*vbi ſup. num. 9.* & facit *l. ſi ſtillicidij ff. quemad.
ſeru. amitt.* vnicuſque actus contrauentionis
ſufficit, *cap. cum acceſſiſſet*, vbi gloſſ. & DD.
*de conſtit. cap. pro illorum de præbend. cap. ex
ore de his, quæ fiunt à maior. part, cap. l. com-
miſſoria C. de pactis inter empt. & vend.* Rebuff.
*in pract. beneficiorum tit. differ. inter reſcrip. &
priuil. num. 40.* Rot. Rom. *in tit. de cauſ. poſſ.
& propr. deciſ. 8. alias 382. incip. Fuit dubita-
tum poſt princ. in nou.* Felin, vbi diſtinguit *in d.
cap. cum acceſſiſſet ſub num. 30. de conſtitut.*
8 Præterea non remittit Princeps ex gratia ſi-
ne cauſa pœnam, non concordata parte, Reg.
de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de pro-
uiſ. fieri ſolit. §. 4. num. 7.* per Cabal. *reſolut.
crim. caſu 58.* latè Farinac. *de inquiſ. quæſt. 6.
num. 10.* & donec eam obtinuerit, ne pars gra-
uaretur, acceſſum ad locum, vbi habitabat,
prohibuit, quæ prohibitio ſuccedit loco re-
miſſionis, prout dicit quoque fuiſſe ſeruatum
in vrbe Farinac. *d. quæſt. 6. num. 25.* quod cum
non ſit obſeruatum, nec pacem obtinuerit, gra-
tiæ exceptio oon erit admittenda.
Et quod non gaudeat ex cauſa prædicta, de-
ciſum refert Nouat. *in collec. ſuper pragm. prima
de guidat. collect. 113. n. 3.*

## ARGVMENTVM.

*Delinquens, ſi obtineat guidaticum ſub hac
forma, Purche non entri nella Città di
Napoli, ſuoi borghi, è Caſali, ſua pro-
pria patria, e doue reſiedeno le parti
offeſe, & apprehenſus fuerit in conti-
nentiis Caſalis, quæ eſt patria inquiſi-
ti; & in qua habitant offenſi, an gau-
deat guidatico.*

## SVMMARIVM.

1 *Nouiſſima prohibitio attenditur, per quam re-
liqua reuocata cenſentur.*
2 *In odioſis ſtricta fit interpretatio.*
3 *Prohibita Ciuitate non cenſentur prohibita
continentia ipſius.*
4 *Verbum patria ponitur largè, & latiùs, quam
Ciuitas, vel vrbs, & n. 10.*
5 *In contractibus verbum patria continet ædifi-
cia continentia.*
6 *Continentia ædificia dicuntur continuè con-
iuncta muris, quando cincta eſt Ciuitas
muris.*
7 *Continentia Ciuitatis ædificia pars Ciuitatis
eſſe cenſentur.*
8 *Prohibitio, ne delinquens accedat ad loca,
vbi offenſus habitat, eſt fauorabilis, cum
tendat in fauorem Reipublicæ pro bono pa-
cis, ideoque extendenda, itavt contineantur
ſuburbia ipſius Ciuitatis, Comitatus, &
vici omnes eidem Ciuitati reſpondentes, &
num. 10.*
9 *Lex pœnalis, & odioſa licet extra ſignifica-
tum proprium nullatenus extendatur; ta-
men, vbi extenſio ad Reipublicæ tendit fa-
uorem, ita debet ipſa extendi ſicut lex
fauorabilis.*
11 *Caſale quamuis quoad iuriſdictionem ſit à
Ciuitate diuiſum, nihilominus adhuc dici-
tur Caſale Ciuitatis, & quoad reliqua
remanent Ciues Ciuitatis.*
12 *Caſalenſes quamuis orti extra mœnia, &
ſuburbia Ciuitatis, ſunt tamen veri Ciues
ipſius Ciuitatis, & gaudent omnibus hono-
ribus, priuilegiis, commoditatibus, & im-
munitatibus, quibus gaudent ipſimet Ciues
orti in Ciuitate, & tenentur contribuere
omnibus oneribus Ciuitatis.*
13 *Caſalia habent proprium, & peculiare diſtri-
ctum, & qui dicatur diſtrictus.*
14 *Prohibita Ciuitate habitando in continenti
ædificio, vel ſuburbio redditur eluſoria
prohibitio, & fit fraus reſcripto.*

15 *Art*

15 *Ars in ciuitate profiteri prohibitu, & in ſuburbiis profiteri prohibita cenſebitur.*

16 *Bannitus de vno loco cenſetur pariter bannitus à loco ei adiacente.*

17 *Si eſt prohibitus acceſſus Ciuitatis, & vbi offenſi habitant, pendente dilatione ad obtinendam pacem, cenſetur prohibitum totum territorium illius Ciuitatis, & numero 22.*

18 *Poteſtas concedentis expirat per aduentum ſucceſſoris.*

19 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.*

20 *Sententia S.C. in Coll. adducitur.*

21 *Prohibita Ciuitate, an cenſeatur prohibitus acceſſus ad Caſtrum ſeparatum à Ciuitate.*

22 *Reſcriptum adnectitur D. Proregis, in quo prohibetur delinquentibus acceſſus ad territoria locorum, vbi habitant partes offenſæ, quamvis à Prorege gratiam obtinuerint, niſi partes remiſerint.*

## DECISIO L.

VErba nouiſſima guidatici expediti ſub die 19. Iulij 1616. ſunt hæc, *Purche non entri nella Città di Napoli, ſuoi burghi, o Caſali ſua propria patria, e doue reſiedono le parti offeſe*, quæ
1 nouiſſima prohibitio attendenda eſt, per quam reliquæ reuocatæ noſcuntur *cap. 1. de Conſtit. in 6. l. non eſt nouum ff. de legib.* & expreſsè fuit declaratum per eundem concedentem fol. 86.

Apprehenſus fuit quidam inquiſitus in continentiis Caſalis turris octauæ, quæ eſt ſua patria, & in ipſa habitant offenſi, dubitatur, an gaudeat guidatico.

2 Et pro reo dicebatur, in odioſis ſtrictam interpretationem fieri, & ſic prohibita patria non cenſeri prohibita continentia ipſius, ſicut pro-
3 hibita Ciuitate non cenſentur prohibita continentia ipſius iuxta communem ſententiam, de qua per DD. *in l. 2. ff. de verb. ſignif.* & Canoniſtas *in cap. Rodulphus de reſcriptis*, Couarr. *in cap. alma mater in ſecunda relectionis parte §. 1. n. 8. verſ. ſecundò adnotare libet*, Menoch. *de arbitr. caſu 155. n. 10.*

Sed his non obſtantibus guidatico non gaudere iudicatum fuit.

4 Primò, quia non idem importat verbum patria, quod verbum Ciuitas; nam verbum patria ponitur largè, & latiùs quàm Ciuitas, vel vrbs, Bart. *in l. 2. ff. de verb. ſignif. verſ. ad contraria*
5 *reſpondeo*, ſubdens, quod in contractibus, ſi dicatur patria, tunc veniunt continentia ædificia *l. vxorem §. legauerat ff. de leg. 3.* licet quandoque largiùs ſumatur, idem tenet Rebuf. *in d. l. 2. col. 3. verſ. 6. temperatur, quando nominatur*
6 *patria*; continentia autem ædificia ſunt continuè coniuncta muris, quando cincta eſt Ciuitas muris, vt abundè ſcripſit idem Rebuff. *in l. notionem §. 1. ff de verbor. obligat. & in d. l. 2. in princ. verſ. & continentia ædificia ſunt*, Menoch. *de arbit.*
7 *caſu 155. in fine*, vnde continentia ædificia Ciuitatis pars Ciuitatis eſſe cenſentur, *l. ædificia ff. de verb. ſignif.* Menoch. *in d. caſu 155. in princ.*
8 Eò maximè in caſu, de quo agitur cum prohibitio hæc, nè accedat ad loca, vbi offenſus habitat, eſt fauorabilis; tendit enim in fauorem Reipublicæ pro bono pacis, quia ſi banniti ſine pace remiſſi in patriam redire poſſent, vel offenſi eos occiderent, vel ab eis occiderentur, & ſic orirentur diſſenſiones ciuiles, quæ Ciuitates deſtruunt Paris *de ſynd. in ver. compoſitio cap. 7. num. 12.* Plot. *conſ. crim. diuerſ. 37. ſic in deuteronomio cap. 19.* de homicidio caſuali, dicitur, *Hic ad vnam ſupradictorum vrbium confugiet, & viuet, nè forſitan proximus eius, cuius effuſus eſt ſanguis, proſequatur, & apprehendat eum, & percutiat animam eius, qui non eſt reus mortis*, Seſe *de inhib. & magiſt. c. 1. § 5. n. 112.* quo caſu prohibitio extendenda eſt, nam licet 9
lex pœnalis, & odioſa extra ſignificatum proprium nullatenus extendatur; tamen vbi extenſio tendit ad fauorem Reipublicæ, ita debemus ipſam extendere, ſicut legem fauorabilem, ita Bart. *in l. quemadmodum C. de agric. & conſ. lib. 11. verſ. ex hoc patet*, ita quod contineantur 10
ſuburbia, imò & ipſius Ciuitatis Comitatus, & vici omnes eidem Ciuitati reſpondentes Abbas, Imola, & Feli. *in d. cap. Rodulphus*, Imol. & Alex. *in l. ſi finita §. ex hoc edicto ff. de damn. infect. & in rub. digeſtorum ſolut. matr.* Couarr. *in d. cap. alma mater d. num. 8. verſ. aliud dicendum ſit in fauorabili materia*, Menoch. *in d. caſu 155. n. 10. verſ. ego contrarium verius opinor.*

Inſuper oppidum turris eſt ſitum in territorio 11
Ciuitatis Neapolis, vt patet ex fide Regiæ Cameræ f. 85. & quamvis Caſale, quòad iuriſdictionem ſit diuiſum à Ciuitate; nihilominus adhuc dicitur Caſale Ciuitatis, & remanent Ciues Ciuitatis quòad reliqua Vincent. de Franch. *deciſ. 316.* latiùs Conſil. Gizzarell. *deciſ. 74.* Reg. de Pont. *conſ. 51. 1. volum. vbi poſt num. 10.* ponderat territoria inter Caſalia, & Ciuitatem eſſe vnita, promiſcua, & indiuiſa, & non faciunt incompatibilitatem cum Ciuitate, & *n. 5.* quod Caſale iudicatur tanquam vnum corpus cum Ciuitate, & Conſiliarius Georgius *alleg. 15. num. 1.* & ſic vnicum corpus; & quod Caſalia habeant communitatem territorij Ciuitatis, & in toto territorio habeant ius paſcendi, ac vtendi, prout omnes alij ciues Ciuitatis, eandemque communitatem retineant, etiam ſi poſtea diuidantur quòad iuriſdictionem, latè probat Couarr. *pract. quæſt. cap. 37. n. 7.*

Vnde caſalenſes quamvis orti extra mænia, 12
& ſuburbia Ciuitatis, ſunt verè Ciues ipſius Ciuitatis, & gaudent omnibus honoribus, priuilegiis, communitatibus, & immunitatibus, quibus gaudent ipſimet Ciues orti in Ciuitate, & tenentur contribuere in omnibus oneribus Ciuitatis, prout alij Ciues, vt ſunt iura aperta *in l. qui ex vico ff. ad munic. l. Italia* cum gloſ. ib. *ff. de indic. §. ſi quis igitur lo 2. in auth. quib. mod. nat. eff. ſui*, & pro indubitato admiſerunt Paul. Caſtreoſ. *conſ. 307. vol. 2.* Præſ. de Franch. *deciſ. 129. n. 2.*

Habent etiam caſalia proprium, & peculiare 13
diſtrictum, patet ex tex. *in cap. licet in principio de probat.* vbi villa Sancti P. & ſic caſale habet diſtrictum; qui dicitur ſpatium, ſeu latitudo habitationum iuncta iuriſdictione, & imperio, Bal. *in rub. quæ ſunt reg. n. 3. verſ. ſed dicitur diſtrictus.*

Suadetur quoque, quia ſi in caſu hoc appel- 14
latione patriæ non continerentur continentia ædificia, redderetur eluſoria prohibitio: nam in continenti ædificio ſtando, idem eſſet, quod manere in propria patria, & vbi pars offenſa degit,

degit, cum ita frequenter conoctſatur in loco, vbi teus captus fuit, ſicut in aliis locis ipſius Caſalis, quo caſu interdicta Ciuitate, & ſoburbia cenſentur interdicta *cap. ſi Ciuitas de ſent. excomm. in 6* Menoch. ibidem *n.* 8. fieret enim fraus reſcripto, ſi extra mænia Ciuitatis poſſet. habitare, vndè ſi ars ſit prohibita exerceri io Ciui-
15 tate, non poterit in ſuburbiis exerceri. Et ſi Doctor ſit in Ciuitate prohibitus profiteri, tunc & in ſuburbiis oon poterit; quia fraos fieret præcepto *cap. ſuper ſpecula de priuilegiis* (.quamvis Barbatius *in d. cap. Rodulphus* contrarium teneat) Rebuff. *in d. l.* 2. *colum.* 5. *verſ. quintò non procedit*, & bannitus de voo loco cenſetur pariter
16 bannitus à loco ei adiacente Foll. *in prax. in verb. banniantur n.* 29. *verſ. & eſt ſciendum.*

17 Vndè iure optimo declaratum fuit in Collaterali Conſilio quod pendente dilatione ad obtinendam pacem prohibita Ciuitate, vbi offenſi habitant, cenſeatur probibitum territorium totius illius Ciuitatis, vt ex declaratione *infra numero* 22.

18 Et tandem non poteſt exceptione guidatici ſe defendere, quia tempore capturæ expirata erat poteſtas coocedentis per aduentum ſucceſ-
19 ſoris, & ſic reſoluto iure datoris reſoloitur ius acceptoris, *l. lex vectigali ff. de pignor.* quod in ſecoritate conceſſa ex iuſtitia teouit Io. Faber *in §. item ſi adhuc n.* 10. *verſ. quid de guardiatoribus, & ſaluis guardiis inſtitut. mandat.*

Sub die 17. Iunij 1619. iunctis duabus Aulis
20 in Coll. Conſ. fuit coofirmatum io cauſa reclamationis decretum M. C. per quam fuerat iudicatum, non gaodere guidatico: quia locus, in quo captus fuit, erat comprehenſus in prohibitione iuxta allegata, in cauſa Vincentij Magliuli de Turri octauæ; quamvis in vna ex aulis in caoſa appellatioois erat aliter iudicatum, & reuocatum decretum M. C.

21 Et an prohibita Cioitate cenſeatur prohibitus acceſſus ad Caſtrum ſeparatum à Ciuitate, vide Io. Baptiſtam de Thoro *in compend. deciſ. Neap. in verb. guidaticus conceſſus.*

*Philippus Dei gratia Rex.*

*Ill. & Magnifici viri Collateralis Conſiliarij*
22 *Regij fideles dilectiſſimi. Per alcune cauſe diſcuſſe nel Regio Collateral Conſeglio, & altre giuſte mouentine noſtra mente, ci è parſo dechiarare, ſiccome con queſta dechiaramo, che tutte quelle perſone, che ſe ritrouano aggratiate da Noi, dall'Illuſtriſſimi noſtri predeceſſori ſenza remiſſioni de parti, ò con tempo ad ottenerle, s'intenda da quà auanti, che non ſolo non poſſano entrare, eſtare nelli luoghi, doue ſtanno, e ſtaranno le dette parti offeſe, pure nè anco accoſtare nelli territorij di detti luoghi, doue ſtanno, ò ſtaranno le dette parti offeſe, ſe prima da quelle non ottenerranno le remiſſioni, & eſcolpationi, & acciò coſi s'eſequa, hauemo fatta la preſente, per la quale decemo, ordinamo, e comandamo alla gran Corte della Vicaria, Regie Audienze, & altri Tribunali, e Miniſtri del preſente Regno, a chi ſpetta, e ſpettarà, che coſi lo debbiano permettere, e dare ordine s'eſequa. Datum Neap. die vltimo menſis Septembris 1617. Il Duca d'Oſſuna.*

## ARGVMENTVM.

*Conceſſa alicui gratia cum dilatione biennij ad obtinendam partis remiſſionem annullatiua adiecta clauſula, & cum prohibitione non accedendi ad locum, in quo partes degunt offenſa, an, & quando per acceſſum ad illum cadat à gratia.*

## SVMMARIVM.

1 *Delinquens, cui conceſſa fuit à Principe gratia cum dilatione biennij ad obtinendam partis remiſſionem, adiecta clauſula, ſi infra prædictum tempus eam non obtinuerit, non valeat, & cum prohibitione non accedendi ad locum, in quo partes degunt offenſæ, vtrum per acceſſum ad illum veniat gratia prædicta priuandus, vel potiùs ad priſtinam relaxandus libertatem, pleno tractatur ſtylo à n.* 1. *per totum, quid autem fuerit in praxi receptum exponitur n.* 45.

2 *Princeps, vbi voluit, dixit, vbi noluit omiſit, hæc autem regula, quando locum ſibi vindicet, declaratur n.* 33.

3 *In omiſſo tacita ſuperioris voluntas interuenire non dicitur.*

4 *Clauſula annullatiua ratione prohibitionis eſt pœna.*

5 *In pœnalibus verò quicquid omiſſum eſt, pro omiſſo habetur, imò pro excluſo, & num.* 7.

6 *Nec per obliuionem omiſſio facta dici poteſt.*

8 *Sed cum pœnalis ſit actus particularis, requiritur legis prouiſio actum annullantis.*

9 *Sententia in ſcriptis proferri debet, & aliàs lata eſt nulla.*

10 *Sententia Iudicis, qui aliquem ad tempus relegauit cum parte bonorum, non infirmatur per* tex. in l. relegatorum §. ademptus ff. de interd. & releg *ex quo in eo non adeſt clauſula annullatiua, quamvis reprehendendus ſit Iudex, qui eam contra illius legis prohibitionem tulit.*

11 *Verba hæres, & iubeo in inſtitutione deficientia fauore eius ſubaudiuntur.*

12 *Quod an locum ſibi vendicet in ſententia Iudicis, qui aliquem abſoluit, & in expenſis victum victori, non addito verbum* condemno, *an ſcilicet verbum iſtud* condemno *ſubaudiatur, quæri poteſt, & quæſito reſponderi, verbum hoc minimè ſubaudiri, imò nullam eſſe ſententiam.*

13 *Clauſula decreti irritantis in gratia appoſita non tantum irritet, & inanem reddat actum illum, ſuper quo interponitur, & ad alia ex Principis etiam voluntate non porrigatur.*

14 *Et in diſpenſationibus in materia odioſa de caſu ad caſum non fit extenſio, ſed ad declaratum tantum reſtringitur.*

15 *Proinde diſpenſatio per Summum Pontificem illegitimo conceſſa, vt ad beneficium promoueri valeat, ad plura tanquam odioſa non porrigitur, ſed ad vnicum tantum beneficium reſtringitur.*

16 *Quoties prohibitio nō accedendi ad loca vetita*

*temporalis*

*temporalis eſt, diſpoſitio ob inobſeruantiam non annullatur.*

17 *Et quando lex acceſſum ad loca, vbi partes degunt offenſæ non permittit, niſi lex vlterius progrediatur, annullando actum, per inobſeruantiam actus non annullatur, & n. 42.*

18 *Quod in lege, vel Principe prohibitiuè loquente locum ſibi non vendicat, & n. 40. & 44. Quando autem lex prohibitiuè, vel permiſſiuè loqui dicatur, dilucidatur, n. 39. 42. & 43.*

19 *Princeps impunitatem delicti ſeruare velle non præſumitur ei, qui mandato ſuo non obtemperauit, nouum committens delictum, Principis contemnendo mandatum, quia ſi hoc conſideraſſet gratiam ei non feciſſet.*

20 *Et frangenti fidem fides ſeruanda non eſt.*

21 *Priuilegiatus gratia, vel priuilegio ſibi conceſſo abutens, gratiam, vel priuilegium amittere meretur.*

22 *Et per contrauentionem priuilegio factam amittitur priuilegium.*

23 *Vnicuſque contrauentionis actus ſui eſt.*

24 *Princeps non concordata parte, vbi publicæ vtilitatis cauſa non concurrit, delicta condonare nequit, tum ex iuris communis diſpoſitione, tum etiam de generali conſuetudine, tum denique in Regno per ritus, & Pragmaticas id ipſum mandantes, & quid de poteſtate abſoluta remiſſiuè, n. 25. etiam ſi ius partis offenſæ Princeps expreſſè reſeruaret, n. 26. & gratia aliter conceſſa tanquam contra conſuetudinem inualida eſſet num. 27.*

28 *Princeps loco remiſſionis, & pacis dedit prohibitionem accedendi ad loca, vbi degunt partes offenſæ.*

29 *Delinquens, cui conceſſa eſt gratia, cum dilatione ad obtinendam pacem, quæ eſt de ſubſtantia gratiæ, pendente dilatione, ſub guidatico, & ſecuritate eſſe dici poteſt, cum per dilationem prædictam quantum ad effectum, ex iuris diſpoſitione in ſuſpenſo reddatur diſpoſitio, & attenditur futurus euentus, ſicut dicitur in conditione reſolutiua.*

30 *Delinquens ſub guidatico, per contemptum, quod graue dicitur delictum, ſecuritate non gaudet.*

31 *Dictio ita tamen præcedentem cum ſequenti coniungit diſpoſitionem, ita vt vna, ac indiuidua cenſeatur diſpoſitio, nec vna ſine alia ſubſiſtere queat.*

32 *Idem quoque operatur copula, & cuius ea, atque propria vis eſt, vt coniungat.*

33 *Coniunctiones, & aduerbia ſæpè vnum pro altero, atque impropriè vſurpantur.*

34 *Omiſſum non dicitur, quod ex iuris reſultat diſpoſitione.*

35 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.*

36 *Imò quandoque maior.*

37 *Inquiſitus pro impetranda remiſſione moræ purgationem etiam poſt lapſum biennij tempus haberet, cum hoc in caſu intereſſe ceſſet partis offenſæ, niſi adeſſet clauſula decreti irritãtis.*

38 *Indefinita vniuerſali æquipollet.*

## DECISIO LI.

VErba reſcripti gratiæ conceſſæ per Excellentiſſimum Dominum Andreæ Auerſano ſub die 14. Iunij 1616. ſunt hæc, *E viſto per noi il tenore della predetta preinſerta relatione; per alcune cauſe mouentino noſtra mente, ſemo remaſti contenti, ſicome per la preſente ci contentiamo di far gratia alli ſopradetti Andrea Auerſano, Iacinto de Martino, & Verdino Trombetta, aliàs Auerſano ſupplicanti d'ogni pena, e contumacia, in che fuſſero incorſi per cauſa delle ſopradette ſcoppettate tirate, e ferita contente nella detta preinſerta relatione, alli quali concedemo con queſta anni doi di tempo decorrendi dal dì della data d'eſſa ad ottenere la remiſſione delle parti, le quali eluſſi, e non ottenendole, volemo, che la preſente ſia nulla, & inualida, & inſin à tanto, ch'otteneranno detta remiſſione, non poſſano ſtare, doue le parti offeſe, e ma in ogn' altra parte del Regno.*

Magna Curia declarauit, Ciuitatem Neap. eſſe locum, in quo partes offenſæ degunt, & cõſequenter contineri ſub prohibitione, cui declarationi inquiſitus acquieuit, & cum prædictus Andreas Auerſanus infra biennium fuiſſet captus intus Ciuitatem Neap. oppoſuit exceptionem gratiæ, dubitatum fuit in M.C. an eſſet procedendum in cauſa principali, non obſtante gratia per Principem ſibi conceſſa.

Pro reo aſſerebatur primò ex mente Principis clauſulam annullatiuam in primo caſu appoſitam non cenſeri relatam in ſecundo, quia Princeps vbi voluit dixit, vbi noluit omiſit, *l. vnica §. vbi autem in fine C. de caduc. toll. cap. ad audientiam de decim. cap. inter corporalia de transl. prælat.* Reg. de Pont. *deciſ. 40. n. 30.* Cæph. *alios citans in conſ. 626. n. 11.* Becc. *conſ. 1. n. 14.* & Caſſan. *conſ. 47. n. 46. cum ſeq.* in omiſſo enim tacita voluntas ſuperioris interuenire non dicitur, text. *in l. militis codicillis 37. §. veteranus ff. de milit. teſtam.* Bald. *conſ. 86. n. 2. in fin. lib. 5.* Tiraquel. *de iur. primog. lib. 1. quæſt. 40. n. 196.* & Iaſ. *in l. commodiſſimè, & in l. Lucius §. filius ff. de liber. & poſthum.* ergo clauſula prædicta annullatiua appoſita in primo caſu, & in ſecundo omiſſa ex tacita voluntate Principis non dicitur in omnibus relata.

Secundò, non dicitur in omiſſo relata, quia clauſula prædicta annullatiua ratione prohibitionis pœna eſt, text. *in l. Senatus 34. ff. de contrah. empt.* per quem text. ita notat Bald. *in l. non dubium n. 5. C. de legibus,* & in pœnalibus quicquid omiſſum eſt, pro omiſſo habetur, Cyn. Bald. & Corn. *in l. 1. ff. de hæred. inſtit.* Aret. *in l. eius §. 1. ff. de teſtament.* nec poteſt dici facta omiſſio per obliuionem vt inquit Grauer. *conſil. 794. num. 2.* Imò hic caſus habetur pro excluſo ad fauorem inquiſiti, vt voluit Bald. *conſ. 299. volum. 2.*

Tertiò, dicta clauſula non cenſetur relata per ſubintellectum iuris in ſecunda diſpoſitione gratiæ, quia cum actus ſit pœnalis, requiritur particularis prouiſio legis annullantis actum, text. *in l. ſtatutis §. C. de ſent. ſine peric. recit.* in qua Imperator particularem adiecit pœnam nullitatis, ſi ſententia in ſcriptis non profertur, & tamen per legem præcedentem prohibitum erat, ſententiam proferri, niſi in ſcriptis, & quia in caſu contrauentionis non aderat pœna nullitatis, ideò neceſſe fuit, aliam legem condere, & pœnam nullitatis adiicere, & ſic apertè probatur, clauſulam annullatiuam per ſubintellectum iuris non referri.

Facit inſuper tex. *in l. relegatorum §. ad tempus*

*Pus ff. de interdict. & releg.* in quo text. proba-
10 tur, non infirmari ſententiam Iudicis, qui ali-
quem relegauit ad tempus cum parte bono-
rum, & quamvis expreſsè non adeſſet clauſula
annullatiua, non ob id infirmatur ſententia,
licet reprehendandus ſit Iudex, qui eam tulit
contra legis prohibitionem, & ſic probatur, per
ſubintellectum Iuris pœnam nullitatis non re-
ferri.

Facit etiam tex. & ibi notant Bal. Cyn. &
alij *in l. 1. §. fin. ff de hared. inſt.* vbi fauore in-
ſtitutionis ſubaudiuntur verba deficientia in in-
ſtitutione facta, hoc modo videlicet, *illa vxor
mea eſto*, non addito verbum, *heres*, *illum he-
redem eſſe*, non addito verbum *iubeo*, decidit
11 ibi I. C. quod fauore inſtitutionis ſubaudiatur
verbum, *heres*, & verbum *iubeo*. Hinc Bart.
Bald. & alij quærunt, quid in ſententia Iudi-
cis, qui aliquem abſoluit, & in expenſis vi-
ctum victori, non addito verbum, *condemno*,
an ſubaudiatur iſtud, *condemno*, vno ore fa-
12 tentur omnes, nequaquàm ſubaudiri, imò eſſe
nullam ſententiam, vt per Bald. *in d. l. 1. § fin.*
Bart. *in l. Præſes C. quomodo, & quando*, latè
Iaſ. *in §. curare inſtit. de act.* & ſic patet, clau-
ſulam annullatiuam per ſubintellectum Iuris
non cenſeri relatam.

Inſuper, quòd clauſula decreti irritantis in
13 gratia appoſita irritet tantum, & inanem red-
dat actum illum, ſuper quo interponitur, &
ad alia non porrigatur, etiam ex voluntate
Principis, probatur ex text. *in Clem. 1. in fin.
de præben.* Boer. *decis.* 119. *in fin. num.* 5. quem
refert, & ſequitur Anton. Gabr. *lib. commun.
concluſ. tit. de clauſ. concluſ.* 9. & in diſponen-
tibus in materia odioſa, quòd non fiat exten-
ſio de caſu ad caſum; ſed ad declaratum reſtrin-
14 gi, eſt text. *in capite 1. de filiis Presb. in 6. & in
cap. ſuſceptum de reſcript.* vbi diſpenſatio con-
ceſſa per Summum Pontificem filio illegitimo,
vt valeat ad beneficium promoueri, non porri-
15 gitur ad plura, ſed vnicum tantum beneficium
is, cui diſpenſatur, prætextu diſpenſationis hu-
iuſmodi valebit obtinere, aſſignat rationem
text. quia huiuſmodi diſpenſatio tanquam o-
dioſa eſt reſtringenda, quod idem notat Bald.
*conſil.* 490. *lib. 1. circa med.* ſi ergo diſpenſatio,
& gratia iure prohibita non extenditur de caſu
ad caſum, quantò minùs debet extendi clauſula
pœnalis.

Ponderatur quoque pro reo tempus duorum
annorum, quod datur ad pacem obtinendam,
16 operari, quod prohibitio non accedendi ad lo-
ca vetita ſit temporalis, & dum eſt temporalis,
non annullatur diſpoſitio ob inobſeruantiam,
iuxta doctrinam Felin. *in capite ex parte de con-
ſtitut. num.* 6. Iaſ. *in l. non dubium num. 9. C. de le-
gib.* & ante eos gloſ. *in clem. 2. in verb. inhibentes
de præb.*

Tandem ponderantur verba reſcripti prædi-
cti, *vogliamo, che non poſſa ſtare*, ex quibus ver-
bis potiùs non permiſiſſe acceſſum ad loca, vbi
partes degunt, cenſetur, quo caſu, niſi lex
vlterius progrediatur, annullando actum, non
17 annullatur, Salye *in l. pen. in princ. C. de ſentent.
ſine peric. recit.* quem refert, & ſequitur Iaſ. *in
l. 1. ſub n. 76. verſ. ad hoc C. de Sum. Trinit. &c.* &
Alex. *in conſ. 24. lib. 4.*

*Pro Fiſco dicebatur, quod*

Quando Princeps aliquid prohibet, ſiuè
procedat vltrò annullando, ſiuè non, ſemper
eſt actus nullus, *l. non dubium*, vbi Bart. & om- 18
nes notant *C. de legib.* Iaſ. *in l. cunctos populos n.
78. verſ. quia quando lex aliquid prohibet C. de
Sum. Trinit.*

Suadetur quoque ex præſumpta mente Prin- 19
cipis, qui non præſumitur ſeruare velle deli-
cti impunitatem ei, qui mandato ſuo non ob-
temperauit, nouum committens delictum, con-
temnendo mandatum Principis, qui ſi hoc con-
ſideraſſet, non feciſſet ei gratiam, Aret. *in l. 3.
§. ſi ſeruus numero 53. in fin. verſ. confirmatur
iſta ſua concluſio ff. de acquir. poſſeſſ.* & frangenti 20
fidem fides ſeruanda non eſt, *l. cum proponas C.
de pact. cap. peruenit il ſecunda de iureiur. cum con-
cordant. adductis per Collectorem regularum iur.
tomo 1. fol. 576. & 577.*

Inſuper quia abuſus fuit Principis gratia per
contemptum mandati, accedendo ad loca ve-
tita, ipſam amittit; quotieſcumque enim pri-
uilegiatus abutitur priuilegio, meretur priui- 21
legium amittere, ex quo permiſſa ſibi abutitur
poteſtate, *l. ſi quis C. de offic. Præfect. prætor. orient.
cap. tuarum de priuileg. capite licet de regul. cap.
cum illorum in fin. de ſent. excom.* Andr. *in capi-
te 1. in verb. ad tranſactum ire permittit quib.
mod. feud. amit.* Patis *de reintegr. feud. cap.* 37.
*cum Ruſticus*, Aymon. pulchrè *conſ.* 73. *nume-
ro* 25. Spec. *tit. de inſtr. edit. §. nunciauit verſ.
item pone, quod priuilegiatus ſub num.* 10. & per 22
contrauentionem factam priuilegio amittitur
priuilegium illud, ſecundum Specul. vbi *ſup.
numero* 9. & facit *l. ſi ſtillicidium ff. quemadmo-
dum ſeruit. amit.* vnicuſque actus contrauentio- 23
nis ſufficit, *cap. cum acceſſiſſet*, vbi gloſſ. &
DD. *de conſtit. cap. pro illorum de præbend. cap.
vxore de his, quæ fiunt à maiore parte cap. l. com-
miſſoria C. de pact. inter empt. & vendit.* Rebuff.
*in pract. beneficiorum tit. de differ. inter reſcript.
& priuileg. numero* 40. Rota Rom. *tit. de cauſ.
poſſ. & prop. dec. 8. aliàs* 381. incip. *Fuit dubi-
tatum poſt princ. in nouis* Felin. vbi diſtinguit *in
d. cap. cum ac ceſſiſſet ſub n. 28. de conſtit. verſ. &
quod abutens priuilegio.*

Præterea non remittit Princeps delicta, non
concordata parte, vbi non adeſt cauſa publi- 24
cæ vtilitatis, vt tenuerunt DD. quos Conge-
rit, & ex Diui Thomæ auctoritate comprobat
Farinac. *de inquiſit. quæſt. 6. numero 15. verſ.
horum tamen opinio*, qui teſtatur etiam de ge-
nerali conſuetudine non valere Principes hu-
iuſmodi delinquentibus pœnas remittere, niſi
parte concordata, ex authoritate Grammatici,
& aliorum, in hac quoque videtur inclinare
Caball. *quæſt.* 58. vbi refert, quid de poteſta-
te abſoluta, Reg. de Ponte *in tract. de poteſt.
Proreg. in tit. de prouiſionibus fieri ſolitis*, §. 4. 25
*numero 7. verſ. verùm cauſa tali concurrente*, &
Anna *in repet. capite 1. de vaſſal. decrep. ætat.
numero* 253. & maximè in Regno, vbi adſunt
*Ritus*, & *Pragmatica* mandantes, quod non
poſſint remitti delicta abſque partis remiſſione,
vt teſtatur idem de Ponte *præcit. loc* & ſemper
ita ſeruatum fuiſſe in Regno refert Grammat. *in
Rit. M. Cur.* incip. *quod Curia ipſa nunquam
componit*, & in aliis locis viget eadem obſer-
uantia, prout teſtatur Ioſeph Seſe *de inhib. & ma-
giſt. c. 1. §. 5. n.* 150. etiam ſi Princeps expreſsè re- 26
ſeruaret ius partis offenſa, & gratia aliter cōceſ-
ſa non valeret, tanquam contra conſuetudinem, 27

Seſe

Seſe *pracit. loc. num.* 121. *verſ. alias gratia non valeret*, ideò dilationem ad pacem obtinendam in eodem reſcripto conceſſit; & ne grauaretur offenſus, acceſſum prohibuit ad loca, vbi ha-
28 bitabat, hæc igitur prohibitio loco pacis ſubrogata fuit; & cum eam non ſeruauerit, nec pacem obtinuerit; cadit à beneficio ſecuritatis, & gratiæ.

29 Facit quoque quia pendente dilatione ad obtinendam pacem poteſt dici ſub guidatico, & ſecuritate eſſe; nam donec partis remiſſionem non habuerit, gratia non erit perfecta, cum deficiat partis remiſſio, quæ eſt de ſubſtantia gratiæ, ad quam impetrandam licet ſit data dilatio, nihilominus quoad effectum, & iuris diſpoſitionem ſtat gratia in ſuſpenſo, & attenditur futurus euentus, ſicut dicitur in conditione reſolutiua, Menoch. *conſ.* 388. *n.* 16. Rimin.iun. *conſ.* 747. *n.* 24. & Cagn. *in l. is damn. dat §. quod pendet ff. de reg. iur.*

30 At cum ſub guidatico per contemptum deliquerit, cum contemptus graue delictum dicatur, Menoch. *de arbitr. caſu* 416. *numer.* 23. gloſ. *in Conſt. Regni, Poſt mundi machinam in verb. contemptus*, non gaudet ſecuritate ex dictis per eundem Rouitum *in dicta Pragmat. de guidat. in princ.* & ſic iuſtè detinetur, & cum lapſum ſit tempus, intra quod remiſſio erat obtinenda, eò magis non poterit gratiæ beneficio gaudere.

Afferuntur quoque argumenta; & deciſiones per d. Reg. Rouit. relata *in d. Pragmat.* 1. *de guid.* dum fuit idem controuerſum, & deciſum pro fiſco, etſi vnius particulæ diuerſitas ſit, dum ibi dicitur, *con che*, hic autem adeſt copula, & nihilominus attento fundamento eiuſdem Rouit. ibi *in* 1. *arg. pro fiſco num.* 19. idem importat, imò magis efficax eſt ad noſtrum propoſitum copula, & quàm illud verbum, *con che*, quod latinè interpretatur, *ita tamen*, quia dictio illa coniungit diſpoſitio-
31 nem præcedentem cum ſequenti, taliter quod cenſeatur vna, & indiuidua diſpoſitio, nec vna poteſt ſubſiſtere ſine altera, quod fortiùs operatur
32 copula, cuius particulæ vis propria eſt, vt coniungat, *l. ea tamen adiectio ff. de leg.* 3. nec eſt curandum de diuerſitate huius particulæ; ſed attenden-
33 da eſt mens, quia coniunctiones, & aduerbia ſæpè ponuntur impropriè, & vnum pro altero, vt not. ſing. *in l. tas cauſas, ff. de condit. & demonſtr.* Bald. *in cap.* 2. *de reſcript. num.* 18. eadem enim fuit intentio in illa gratiæ conceſſione, ſicut in iſta.

Non obſtant allegata, & ponderata pro reo. Nam reſpondetur ad primum, ſecundum, tertium, quartum, quintum, & ſextum ſecundum Rouit. non procedere prædicta, quotieſcunque omiſſum in vno caſu, quod in alio fuit expreſſum, id eſt de iure, & ex diſpoſitione iuris in caſu, vbi fuit omiſſum, vt ſupra fundatum fuit: quia omiſſum
34 non dicitur, quod reſultat ex diſpoſitione iuris:
35 quia tunc taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, *l. cum quid ff. ſi cert. pet. l. ſi ſponſus §* 1. *ff. de don. in-*
36 *ter vir. & uxor.* imò quandoque maior eſt virtus taciti, quàm expreſſi vt notat gloſſ. *in verb. remiſſa in l.* 2. *§. ſed quia C. de iuram. calumn.* & probat text. *in l. ſi ſine voluntate C ad Velleian.* Tantò ma-
37 gis, quia in caſu non impetratæ remiſſionis, vbi fuit appoſita clauſula decreti irritantis, neceſſariò erat apponenda, vt euitaretur purgatio moræ, quod facilè prætendere potuiſſet inquiſitus pro impetranda remiſſione, etiam poſt lapſum biennij tempus, ceſſante in hoc caſu intereſſe partis offenſæ, pro vt tradunt Alberic. poſt Cyn. & alij *in l.* 1. *in fin. C. de don. quæ ſub modo*, quò fit, vt non modò per appoſitionem huius clauſulæ irritantis in vno caſu, non reſultet contraria voluntas Principis concedentis gratiam in alio caſu, vbi non fuit appoſita, ſed potius emergat contraria expreſſa voluntas Principis, vt gratia prædicta non ſortiretur effectum, niſi ſeruatis ad vnguem omnibus conditionibus, ſeu modis in ea adiectis.

Ad penultimum non eſſe temporalem prohibitionem, prout ex aduerſo dicitur, ſed eſſe perpetuam: tempus enim duorum annorum ad impetrandam remiſſionem datur; prohibitio autem accedendi ad loca habitationis partis offenſæ eſt perpetua, vt patet ex verbis ibi, *Et inſino à tanto non otteneranno detta remiſſione, non poſſino ſtare, doue le parti offeſe*, & ſic indefinitè 38
quouſque pacem obtinuerint, quæ indefinita æquipollet vniuerſali, DD. *in l.* 1. *de reg. iur.* vnde elapſo biennio conceſſo ad pacem obtinendam, non erit permiſſum accedere ad loca vetita, quod ſequeretur, data temporali prohibitione.

Ad vltimum ſunt ponderanda verba prohibitionis ibi, *Non poſsanò ſtare, doue le parti offeſe*, ex quibus patet prohibitiuè loqui, quo caſu licet aliter expreſsè non annullet illud, quod fieret contra prædictam prohibitionem, nihilominus dicitur eſſe nullum; tunc enim eſſet non permiſſiuè, quando ſimpliciter mandaret aliquid certo modo fieri, licet ille modus non ſeruaretur, actus valeret, ſi lex, vel ſtatutum non proceſſiſſet vltrò annullando, Alex *in d. conſ.* 24. *volum.* 4. *num.* 3. *verſ. ſed ad hoc reſpondeo, quod dictam ſtatutam*, Tiraquell. *de retract. ligna. in præfat. num.* 31. *verſ. ſed non tamen illis legibus prohibetur*; at cum in caſu, de quo agitur, per verba negatiua expreſſè prohibuit, non erit neceſſaria clauſula annullatiua, corroboratur ex dictis per Add. ad ſingulare Bartholom. de Capua, incip. *nota in lege tam ſententiam.*

Magna Curia decreuit, eſſe procedendum in 39
cauſa prædicta non obſtante gratia; At S. C. æquitatem ſequutum ſub die 11. Decembris 1618. in cauſa iudicauit eſſe reponendum in priſtinam libertatem, & ſub die 10. Iunij 1619. fuit confirmatum decretum in cauſa reclamationis.

## ARGVMENTVM.

*An tempus carcerationis computetur in termino dato ad obtinendam remiſſionem.*

## SVMMARIVM.

1 *Impedimentum carceris, vel aliud quodcunque quale, & quod eſſe, & à quo probari debeat, & quæ requirantur ad hoc, vt releuet, & reſtitutionem præbeat temporis decurſi inquiſito à Principe conceſſi in gratia ab eo obtempta, & quando dictam reſtitutionem præbeat, vel ſecus, diffusè traditur, & quomodo deciſum fuerit.*

2 *Omne tempus regulariter continuum eſſe debet,*

*& de momento ad momentum computatur, niſi aliter in iure cantum reperiatur.*

## DECISIO LII.

IN eadem cauſa cum fuiſſet tempore decreti lati elapſa dilatio biennij conceſſa ad pacem obtinendam, inſtetit Fiſcus dari breuem dilationem ad ponendam ſe in tuto.

1 Aduerſus quod dicebatur pro parte inquiſiti, curſum temporis ad pacem obtinendam fuiſſe impeditum ob carcerationem, ob quam non potuit dilatione potiri, & proinde debere reintegrari ex illa die, qua fuit carceratus, vt reſiduo temporis à Prorege conceſſo gaudere poſſit ad pacem obtinendam.

2 Pro Fiſco dicebatur, omne tempus computari de momento ad momentum, niſi aliter reperiatur in iure, ſecundùm gloſſ. *in l. 3. §. minorem, ff. de minorib.* notat Io. Andr. & DD. *in cap. ſuper eo de appell.* refert Afflict. *deciſ. 73. num. 7. verſ. praeterea omne tempus*, & regulariter omne tempus debet eſſe continuum, *l. 1. cum ibi notatis ff. de diuerſ. & temp. praeſcript.*

3 Nec poterit impedimento carceris ſe excuſare: non enim per hoc impediebatur, quò minùs pacem impetrare valeret: tunc enim diceretur impeditus, cum ita eſſet in vinculis, & carceribus cuſtoditus, vt nemo ſecum loqui auderet, quod conſiderauit Diaz *reg. 226. verſ. ſecundò ſi ſit in vinculis in compendio regularum iuris tom. 1. lib. 9. fol. mihi 692.* quod non eſt in caſu, de quo agitur; cum libera fuit in carceribus alloquutio, ipſique incumbit onus probandi impedimentum, & quod perfeciſſet id, quod intendebat, niſi fuiſſet impeditus, text. eſt *in l. qui conuentus, ff. de re milit.* & notat ibi Bart. vnde onus probandi ei incumbit, impedimentum illud in cauſa fuiſſe, ne obtineret, ex dictis per Menoc. *caſ. 118. in fin. verſ. ſecundò probare debebit*, & debet eſſe immediatum, hoc eſt, vt ſit cauſa immediata, ita quod debet probare, non ſolùm ſe impeditum, ſed etiam quod ſi non fuiſſet impeditus ipſe, id egiſſet, quod propter impedimentum agere non potuit, & debet eſſe neceſſarium, ita vt ſi eo non obſtante, potuiſſet nihilominus agi, quod agendum erat, impedimentum non releuat, nec reſtitutionem praebet, ſecundùm Felin. & Anan. de quibus per Ioann. Guttier. *pract. quaeſt. lib. 3. & 4. quaeſt. 34. num. 23. verſ. impedimentum namque debet eſſe immediatum, & num. 25. verſ. & addit. idem.*

Eò magis in caſu, de quo agimr, cum carceratio culpa ſua obuenenerit ob contemptum, & inobſeruantiam, quo caſu non eſt deducendum ex dictis per Vinc. de Franch. *dec. 317.*

Per S. C. fuit deciſum, non amiſiſſe beneficium gratiae, habendo pro vero contemptum, & iuſtam carcerationem, nulla determinatione facta ſuper dilatione elapſa.

Fuit per M. Cur. de anno 1619. data competens dilatio ad ponendum ſe in tuto.

## ARGVMENTVM.

*An Princeps poſſit condonare delicta abſque partis remiſſione, & intereſſe offenſi remittere.*

## SVMMARIVM.

1 *Triplex intereſſe genus in materia delictorum.*
2 *Intereſſe vindictae, ſeu animi ſaeuientis.*
3 *Quod pecuniarium poteſt eſſe, ſi procedatur ad iniuriae aeſtimationem.*
4 *Intereſſe expenſarum in curatione factarum, & operarum amiſſarum, quodque eueniret, quia inutilis factus.*
5 *Intereſſe rei familiaris.*
6 Andr. *diſtinctio intereſſe animi ſaeuientis, & intereſſe partis pecuniarium in illa quaeſtione non minùs egregia, quàm inter DD. controuerſa, an Princeps de poteſtate ordinaria valeat abſque partis remiſſione delicta condonare, & intereſſe offenſi remittere, adducitur.*
7 *Et ſecundum aliquos Principem etiam de poteſtate ordinaria poſſe intereſſe animi ſaeuientis remittere abſque partis remiſſione etiam ſine cauſa.*
8 *Intereſſe animi ſaeuientis apud veteres Iuris Prudentes non eſt in conſideratione.*
9 Afflict. *notatur in intellectu* Andreae.
10 *Principem non poſſe intereſſe vindictae abſque partis remiſſione ſine cauſa remittere, aduerſus* And. *ex aliquorum magni quoque nominis DD. ſententia aſſeritur.*
11 *Et quid de generali conſuetudine.*
12 *Quid de poteſtate abſoluta remiſſiuè.*
13 *Quid in Regno.*
14 *Quid in alijs locis.*
15 *Quid ſi Princeps expreſsè reſeruaret ius parti offenſae.*
16 *Quid ſi aliter gratia eſſet conceſſa, an valeret.*
17 *Quid in caſibus, in quibus partis remiſſio non requiritur.*
18 *Quid abſente parte, & ignoratur, vbi moraretur, vbi habes deciſ. Collater. Conſil.*
19 *Princeps cauſa concurrente publica vtilitatis poteſt condonare delicta, etiam remittendo intereſſe pecuniarium, vbi de communi, quicquid in contrarium ſentiant* Farinac. & Maſtrill. *& ita obſeruatur in Regno per Proregem, & deciſum, & num. 36.*
20 *Minor cauſa requiritur ad ius vindictae tollendum abſque partis remiſſione; maior verò ad intereſſe pecuniarium remittendum.*
21 *Cauſa condonandi delicta abſque partis remiſſione, & remittendi intereſſe offenſi remiſſiuè.*
22 *Vnde indulta conceduntur delinquentibus ob capturam malefactorum, etiam parte non concordata, & in praeiudicium Baronum ratione fauoris publici.*
23 *Princeps regulariter non poteſt aliquid in tertij praeiudicium ſtatuere.*
24 *Fallit ex cauſa publica vtilitatis, ac pro bono pacis.*

25 Et

25 *Et an in caſu, quo Princeps ex cauſa remittit intereſſe, teneatur reficere de proprio remiſſiuè.*

26 *Semper autem præſumitur remittere, ex iuſta cauſa.*

27 *Proinde ſi mandat ſine cauſa, vt aliquis in furca ſuſpendatur, poterit ſine peccato exequi.*

28 *Porrò, niſi expreſſè Princeps remittat intereſſe expenſarum in curatione factarum, & operarum amiſſarum, quodque amiſſurus eſſet; quia inutilis factus, & intereſſe rei familiaris, nunquam intelligitur illis præiudicaſſe, & num 37.*

29 *Quinimò pace facta poteſt pars offenſa agere contra alteram partem, quæ offendit, ad expenſas, damna, & intereſſe, cum ea nunquam intelligantur remiſſa.*

30 *Quoties enim duæ actiones oriuntur ex delicto, altera ad pœnam, altera ad damna, expenſas, & intereſſe, vna alteram non conſumit.*

31 *Æſtimatio intereſſe remiſſiuè.*

32 *Et in quibus caſibus veniat reus condemnandus ad damnu, expenſas, & intereſſe, remiſſiuè, & ad æſtimationem operarum, quas exercere potuiſſet occiſus, ſi vixiſſet, & interfectus non fuiſſet, vel ex vulnere læſus non remanſiſſet.*

33 *Et an qualibet culpa, etiam leuiſſima, ſit in hoc conſiderabilis.*

34 *Et quid ſi delictum fuerit commiſſum caſu, an tunc ad damna, & intereſſe teneatur, & quid ſi cum moderatione inculpatæ tutelæ, & quid ſi exceſſit moderamen, quamuis prouocatus, & quomodo deciſum, & quid ſi ex defectu probationis extra ordinem fuerit condemnatus.*

35 *An, & quando, à quo, & quibus ſecuritas ſaluum conductum, ſeu guidaticum concedi poſſit, etiam pro intereſſe partium, remiſſiuè.*

38 *Antiqua obſeruantia Collateralis in expeditione indulti, vt in eo reſeruetur intereſſe rei familiaris, ad quod Iudex ex officio reum condemnare debet.*

39 *Princeps non componit delicta abſque partis remiſſione, & idem obſeruatur tàm in compoſitionibus, quàm in gratia, nec fiunt cum clauſula,* ſaluo iure partis.

40 *Sed quid ſi pœna erit arbitraria; an admittenda ſit compoſitio loco pœnæ, ſaluo iure partis, & an iterum puniendus erit inſtante parte, vbi affertur deciſio, & num. 43.*

41 *Gratia, ſeu compoſitio fieri poteſt ſuper incidenti abſque partis remiſſione.*

42 *Gratia an poſſit fieri de ſententia forindicationis abſque partis remiſſione, & eius deciſio.*

43 *Gratia contumaciæ fit per Regentem M. Curiæ abſque partis remiſſione.*

## DECISIO LIII.

1 PRæmittendum cenſeo ad reſolutionem quæſtionis triplex intereſſe conſiderandum eſſe in hac materia.

2 Primum vindictæ, quod animi ſæuientis dicitur, *in l. ſi venditor, §. fin. ff. de ſeru. export.* & meminit Andr. *in §. & bona committentium, quæ ſint regalia,* & hoc poteſt eſſe pecuniarium æſtimando iniuriam, *l. iniuriarum æſtimatio,* vbi gloſſ. & Bart. *ff. de iniur. & in Conſt. Regn.* incip. *Varietates.* 3

Secundum expenſarum in curatione factarum, & operarum amiſſarum: quis inutilis factus, *l. ex lege cum concord. in gloſ. ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dic.* 4

Tertium rei familiaris, *l. qui nomine,* vbi Bart. *ff. ad l. Corneliam de falſ. & l. hodie §. 1. eod. tit. l. ſi pro fure § is itaque ff. de condict. furt.* Bar. *in l. Prætor edixit §. 1. de iniur.* & latè de omnibus prædictis per Marant. *in ſpec. par. 4. à num. 4. in 1. diſtinct. de iudic.* 5

Et deueniendo ad propoſitam quæſtionem Andr. *in verb. & bona committentium in tit. quæ ſint reg. in princ.* diſtinguit inter intereſſe animi ſæuientis, & intereſſe partis pecuniarium. 6

Quoad intereſſe vindictæ, ſeu animi ſæuientis, Principem etiam de poteſtate ordinaria poſſe illud remittere abſque partis remiſſione, 7 etiam ſine cauſa, quoniam intereſſe tale non inſpicitur, neque habetur in conſideratione apud 8 veteres prudentes, allegat text. *in d. l. ſi venditor, §. fin. ff. de ſeru. expor.* ſic eum intelligit de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit. 3. de elect. offic. §. 1. n. 15.* qui reprehendit Affl. dum intellexit Andr. 9 quando ex cauſa, *in eodem verb. & bona committentium,* ita tenet expreſsè hic Andr. hanc eandem opinionem tenuerunt relati per Fatio. *in quæſt. 6. de inquiſit. num. 15. verſ. & licet aliqui relatis* per Boſſ.

Nonnulli Doctores cenſuerunt, non poſſe ſi- 10 ne cauſa etiam quoad intereſſe vindictæ, quod validiſſimis argumentis fundat Afflict. *in tit. quæ ſint regalia, in verb. & bona committentium crimen num. 49. verſ. item iuxta hoc quærit* Andr. fundat Maſtrill. ad indulgentiam generalem *cap. 24.* declarando per ampliationes, & limitationes, alios congerit, & ex Diui Thomæ authoritate comprobat præcitato loco Farinac: *verſ. horum tamen opinio,* qui teſtatur de generali conſuetudine 11 non valere Principem huiuſmodi delinquentibus pœnas remittere, niſi parte concordata, ex authoritate Gram. & aliorum, in hanc quoque videtur inclinare Caball. q. 58. vbi refert, quid 12 de poteſtate abſoluta, idem de Ponte *in eod. tract. in tit. de prouiſ. fieri ſolit. §. 4. num. 7. verſ. verùm cauſa tali concurrente.* & Anna *in repet. cap. 1. de vaſſal. decrep. ætat. num. 253.* & cæteri, quos colligit Maſtrill. *in repet. gener. indult. num. 11. par. 2.* maximè in Regno, vbi adſunt *Ritus,* & 13 *Pragmatica* mandantes, quod non poſſit condonare delicta abſque partis remiſſione, vt teſtatur idē de Ponte *præcit. loc.* & ſemper ita ſeruatum fuiſſe in Regno refert Gramm. *in Rit. M. Cur.* incip. *quod Curia ipſa nunquam componit,* & in aliis locis viget eadem obſeruantia, prout teſtatur Io- 14 ſeph Seſſe *de inhib. & Magiſt. c. 1. §. 5. num. 110.* etiam ſi Princeps expreſsè reſeruaret ius partis 15 offenſæ, & aliter conceſſa non valeret, tan- 16 quam contra conſuetudinem, Seſſe *præcit. loc. num. 111.* aliàs gratia non valeret, Anna *in repet. cap. 1. de vaſſal. decrep. ætat. num. 254. verſ. & vt nihil omittatur,* refert fuiſſe ſuſpenſum quendam non obſtante indulto abſque partis remiſſione per Proregem conceſſo, & quæ Princeps poſſit, vtendo plenitudine poteſtatis, Cardin. Tuſc. in

*verb. Princeps conclus.669.* & quando dicatur vti
plenitudine poteſtatis *concluſ.670.*

27 Io caſibus, in quibus partis remiſſio ooo re-
quiritur, poſſe Principem indulgere, non eſt
dubitandum, vt per eundem Seſe *præcit. loc.
num.86.* & per Farinac. *de inquiſ. quæſt. 6. n.21.
in 1. limit.*

Et adhuc apud boonm Principem requiritur
aliqua cauſa, Seſe *in d.c.1.§.3.num.15.verſ.cauſa
autem,*& Reg.de Ponte *in d.§.4.n.12.*

28 Itemque ſi pars offenſa non eſſet præſens, &
ignoraretur locus, vbi moraretur, apponi ſolet
clauſula, vt præſtet cautionem, ſi pars compa-
ruerit, ſtare iuri, iuxta ea, quæ per Reg. de Pon-
te *in d.§ 4.num 32.verſ.ſed quid ſi hæres eſt incer-
tus,*& ita pluries obſeruatum fuit, & ſignanter in
Collaterali Conſilio ſub die 20. Martij 1619. in
cauſa Titæ Acquarotæ.

19 Præfati enim DD. concludunt, cauſa concur-
rente publicæ vtilitatis poſſe condonare delicta,
etiam remittendo intereſſe pecuniarum, &
hanc eſſe communem opinionem, teſte Decio
*conſ.520.num.3.* alios hanc ſequentes opinionem
adducit Farinac. *præcit.loc.n.22.* & Garſ.Maſtrill.
*in comment. ad indult. general. cap. 21. num. 13.*
& ſi vterque tàm Farin.quàm Maſtrill.contrarium
ſentiant,Ioſeph.de Seſe *præcit.loc.cap.1.§.3.n.44.
& in 2. reg. num. 38.* qui tenet minorem cauſam
requiri ad ius vindictæ tollendum, ibi *n.50. verſ.
ego non inuenio aliud.*

20 Maior cauſa, videlicet publicæ vtilitatis requi-
ritur, vt valeat Princeps aliud pecuniarum inter-
eſſe remittere.

21 Cauſæ autem enumerantur per Afflict. *in eod.
verb. & bona committentium num. 30. verſ. cau-
ſæ enim indulgendi,*vnde Ioan. Grand. *in tract. de
22 bell. exul. in 38. ſpec.* dicit indultari delinquen-
tes ob capturam malefactorum; etiam parte
non concordata, & in præiudicium Baronum
23 ratione fauoris publici; nam licet Princeps non
poſſit aliquid in tertij præiudicium ſtatuere, *l.fin.
C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. cum concordant.*
24 non prohibetur tamen ex cauſa publicæ vtilitatis,
ac pro bono pacis ius tertij tollere, *l. ſi ita ver-
beratum, §. ſi fortè ff. de rei vend. cum concord.*
adductis per Farinac. *præcit. loc. n. 24.* & propter
res proſperè geſtas, & per alias cauſas ſibi benè
viſas,& ſine partis remiſſione poteſt indulgere, &
commutare pœnas corporales in pecuniarias, de
Ponte *de poteſt. Proreg. de diuerſis prouiſionib. de
ſaluo conducto num.3.*

Et an tunc teneatur reficere de proprio, Seſe
*præcit. loc.num.47. verſ. ita demum Princeps po-
teſt ex cauſa.*

23 Et præſumitur facere ex iuſta cauſa, And. *in
26 prælleg.loc.*Anna *in d.rep.cap.1.de vaſſal.decrep.
ætat.n.253.verſ.ego poſteà,*Seſe *præcit.loc.num.61.
verſ.an autem in Principe,*Afflict.*in d. §. & bona
committentium,n.30.*plus dicit *in verſ. & dicebat*
27 Cyn.quod ſi Princeps ſine cauſa mandat, vt ali-
quem in furca ſuſpendat, poteſt ille ſine pecca-
to exequi, quia præſumitur, quod iuſtè hoc
faciat.

28 Verùm niſi expreſsè Princeps remittat ſecun-
dam, & tertiam ſpeciem ſupra relatam, nun-
quam intelligitur illis præiudicaſſe ſecundùm
Ruin. Clar. Oſach. Plaz. Gabri. quos affert Fa-
rin. *in ead. quæſtione num.25.* idem tenet Afflict.
*præcit. loc. num. 32. in fin. verſ. & ſi in indulto,*
Ioſeph. de Seſ. *de inhibit.* & Mag.*cap.1.§.5.n.19.
verſ. eſt verum, quod in dubio;* cæ... congerit
Garſ. Maſtrill. *in comment. ad general. indulg. d.
cap.21.num.11.*

Imò & ipſa pace facta non intelligitur facta 29
remiſſio expenſarum,damnorum,& intereſſe par-
tis offenſæ, pro quibus agere poteſt ſecundùm gl.
*in §. fin. in verb. non reuocauerunt inſtit. de in-
iur.* quam ſequuntur communiter Scribentes re-
lati per Caball. *caſ. 248. in princ.* nam cum duæ
actiones oriantur ex delicto, vna ad pœnam, al-
tera ad damna, expenſas, & intereſſe, vna non 30
tollitur per alteram Bart. *in d.l.prætor edixit §.1 ff.
de iniur.* Caball. *d. caſ.248. num.3.* & inferius in
*ead. deciſ. à num.17.* ibiquè ponit æſtimationem 31
intereſſe, & in quibus caſibus venit reus con- 32
demnandus ad damna,expenſas,& intereſſe etiam
ad æſtimationem operarum, quas occiſus exercere
potuiſſet,ſi vixiſſet,& interfectus non fuiſſet, vel
ſi ex vulnere læſus non remanſiſſet, ad quod vi-
deo Ius eſt etiam Hipp. *ſing.375.*

Et quod quælibet culpa conſideretur etiam le- 33
uis, & leuiſſima, verum non deletur,ſi caſualiter
Foll. Add. ad Marant. *in d. 4. part. num. 8.verſ.
intelligendo tamen,* ſi delictum ſit ſaltim, & ſi
Farinac. *in tit. de homic. quæſt. 119. inſpect. 4. n.
121. verſ. contrarium,* etiam authoritate Plot. &
Ruin. contrarium teneat.

Excuſatur quoque ab expenſis, & intereſſe, ſi 34
vulnerauit,vel occidit ad ſui neceſſariam defenſio-
nem, ex adductis per Farin. *d. inſpect. 4. n. 122.
verſ. limita ſecundò.*

Et quamuis prouocatus ſi exceſſit moderamen
inculpatæ tutelæ, adhuc ad damna, & intereſſe
teneatur, Gaſpar Anton. Theſ. *quæſt. forenſ.
quæſt.7. lib. 3.*

Et ita deciſum fuit contra Carolum Carmigna-
num inquiſitum de homicidio, quamuis fuiſſet
prouocatus, quia exceſſit moderamen inculpatæ
tutelæ ſub die 23. Auguſti 1627.

An ſit condemnandus ad damna, & expenſas,
ſi ex defectu probationum extra ordinem puni-
tur, infra in alio capite in fine Deo dante dice-
mus.

An autem,& quando,& à quo, & à quibus ſe- 35
curitas,ſaluum conductum,ſeu guidaticum concedi
poſſit,etiam pro intereſſe partis, vide latè per Seſe
*præcit.loco à num.64.verſ.de iure autem noſtro.*

Diſcuſſis his in Collaterali Conſilio, adiun- 36
ctis Conſiliariis Ioanne Baptiſta Meliore, & Fer-
dinando Brancia fuit reſolutum de menſe Martij
1619. poſſe Proregem Regni condonare ex cauſa
ſine partis remiſſione delicta,& partis intereſſe re-
mittere etiam pecuniarium.

Secundò, quod ſi expreſsè non remittat Prin- 37
ceps damna,& intereſſe,non intelligatur illis præ-
iudicaſſe.

Antiqua obſeruantia Cancellariæ ea eſt, inter- 38
eſſe rei familiaris tantum expreſsè reſeruari, vt eſt
videre in regiſtro, & in ſpecie de anno 1594. ſub
die 26.Martij in perſonam Ioannis Dominici de
Iordano *in par.95.fol.99.*ad quod ex officio con-
demnandus eſt reus,vt eſt diſpoſitum *in cap. Reg-
ni,ſi de furto,* ibi, *& in eadem inſtantia per ſuum
officium in rei ſubtracta,vel violenta, celeri reſti-
tutione condemnet.*

Et prædicta procedunt etiam in compoſitione, 39
nàm Princeps neque componit delicta abſque
partis remiſſione, ex dictis per Carauit. *in Ritu
272.*nec fieri poſſe ſaluo iure partis tenent Gram-
mat. *in Ritu M.Cur.*& reliqui adducti per Thor.

in

*in compend. deciſionum in verb. compoſitio in prin.*
& eſt prouiſum in Regno *per Prag. in tit. de*
*compoſit. Pragm. 4. & 8.*

40 Limita, quando pœna eſſet arbitraria, & non
ſtatuta certa lege, nam tunc poteſt componi
abſque partis remiſſione, reſeruando ius parti, &
dicitur tranſactio, quæ ſuccedit loco pœnæ, *l. ſi*
*cum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut.* Luc. de Pen.
*in l. 1. C. de deſert. lib. 12. num. 63. verſ. & quia id,*
*quod ſolutum eſt*, fundat Matant. *conſ. 118. à n. 4.*
*verſ. ſed in crimine iniuriarum*, reſpondens, diſpo-
ſitionem *Rituum, & Pragm.* prohibentium com-
poſitionem ſine partis remiſſione loqui in vera
compoſitione, non autem in ea, quæ ſuccedit loco
pœnæ legalis, & hoc caſu non poſſe poſtmodum
ad inſtantiam partis iterum puniri concludit Ma-
tanta *præcit. conſ. in fin.*

Et ita in anno 1626. obſeruatum fuit per
Excellentiſſ. Dom. Ducem Albæ Reg. Interreg. in
cauſa Andreæ, & Sebaſtiani Veſpuli, præuia con-
ſultatione mea, & Regij Conſiliarij Carau. ac Præ-
ſidentium Marræ, & Blanditij, & fuit ad vlteriora
ad inſtantiam intereſſe prætendentium pro eorum
intereſſe proceſſum in cauſa, vt patet ex exemplo
in fine poſito *num. 42.*

41 Limita quod dictum eſt, gratiam, ſeu com-
poſitionem non fieri abſque partis remiſſione
procedere ſuper delicto principali, ſecùs ſuper
aliquo incidenti, puta contrauentione exilij, quia
ad partem nihil attinet, Carau. *ritu 272. num. 2.*
*verſ. limita hunc ritum.*

42 Fuit dubitatum, an Princeps poſſet parte non
concordata ſuſpendere ſententiam foriudicatio-
nis, firma remanente quoad delictum, ad ſolum
enim Principem hoc ſpectare tenet Ægid. Boſſ. *in*
*tit. de Princ num. 227.* vel ad Iudicem ex ſpeciali
poteſtate à Principe conceſſa, ſecundùm Menoc.
*de arbitr. quæſt. 92. num. 7.* & non eſſe neceſſa-
riam remiſſionem partis, faciunt dicta per Carauit.
*loc. cit.* quia ad partem nihil attinet, & ita tenue-
runt Soc. iun. *conſ. 68.* Minſyng. *ſing. obſer. centur. 5.*
*obſeru. 11. in princ.* latè pro vtraque parte addu-
cens argumenta, tanquam veriorem hanc ſub-
ſtinet Luc. de Penn. *in l. ſi apparitor C. de co-*
*hortal. lib. 12. num. 32. ver. puto verius dici legitima*
*cauſa exiſtente*; quo caſu non ſolùm hoc poſſe,
quin etiam debere, dicit. Et ita obſeruatum fuit de
menſe Martij 1626. in cauſa Alexandri Carmigna-
ni inquiſiti de homicidio, & per ſententiam M.
Cur. foriudicati.

43 Et ex ſtylo M. Cur. fit gratia contumaciæ per
Regentem M. Cur. parte non concordata, &
ita quoque obſeruatur in Camera Imperiali, vt
teſtatur Minſyng. *d. obſeru. 11.*

## ARGVMENTVM.

*Accuſationem, ſeu denunciationem non pro-*
*bans, reo abſoluto, an ſit puniendus, vti ca-*
*lumniator, & teneatur actione iniuria-*
*rum, & ad expenſas, & intereſſe.*

### SVMMARIVM.

1 *Calumniari quando propriè quis dicatur.*
2 *Pro calumnia an poſſit puniri actor, aut de-*
*nunciator, quando non probauit accuſa-*
*tionem, ſeu denuntiationem, & num. 9. &*
*deciſ. num. 13.*
3 *Calumniator in Regno non punitur pro ca-*
*lumnia, ex præſumptionibus, ſed euidens*
*calumnia exigitur.*
4 *In euidenti calumnia quando quis eſſe dicatur?*
5 *Accuſator, ſeu denunciator non probans, an,*
*& quando teneatur actione iniuriarum, &*
*n. 10. & deciſ. num. 13.*
6 *Pœna impoſita pro calumnia, & pro iniuriis.*
7 *Non probans accuſationem, ſeu denunciatio-*
*nem quando ſit ad expenſas, & intereſſe*
*condemnandus, & n. 11. & deciſio num. 13.*
8 *An poſſit poſt ſententiam peti condemnatio ex-*
*penſarum.*
12 *Cauſa iuſta, quæ excuſat à condemnatione ex-*
*penſarum, & à pœna calumniæ.*

## DECISIO LIV.

FRanciſcus Paſſalaequa Secretarius Regiarum
Audientiarum Calabriæ citra, & vltra va-
rios exceſſus de Præſide Prouinciæ nunciauit,
quorum examinatio commiſſa fuit Regio Con-
ſiliario Varelæ, per quem diligenter proceſſu fa-
bricato, & per quatuor Regios Conſiliarios de-
legatos examinato, decreuerunt, eſſe abſoluen-
dum.

Petiit poſtmodum Præſes coràm eiſdem dele- 1
gatis, & me vti adiuncto, puniri denunciantem
de calumnia, & ad intereſſe, & expenſas, ad cu-
ius inſtantiam fundandam dicebatur, quod calum-
niari eſt falſa crimina ſcienter intendere, *l. 1. ff. ad*
*turpill. gloſ. in l. athletas §. calumniator in ver. ex*
*vtraq. ff. de his, qui notant. infam.*

Et eo ipſo, quod non probauit de iure commu- 2
ni propoſitam denuntiationem, vel accuſatio-
nem, vti calumniator puniendus erit, d. gloſſ. *in*
*l. athletas §. calumniator, verſ. & dicitur quis*
*calumniari, cap. cum dilectus de calumn.* iuncta
gloſſ. *in verb. calumniandi*, & ita communiter
tenent DD. quos refert Caball. *reſolut. crim. ca-*
*ſu 205.* & eſt text. *in l. 3. §.* idemque Diuus A-
drianus *ff. de teſtib.* ibi, *& niſi impleſſet quod in-*
*tenderet, relegaretur.*

Et quamuis in Regno per *conſt. pœnam ca-* 3
*lumniæ* calumniator quis eſſe non præſumatur, ex
quo defecit in probatione, ſed euidens calumnia
exigatur, attamen ex præſumptionibus, & con-
iecturis, quorum aliquæ concurrebant in caſu iſto,
dicitur eſſe in euidenti calumnia, Afflict. *in d.*
*conſtit. num. 3. verſ. item adde, quod ille dicitur,*
quo loci declarat, & dat exempla manifeſtæ ca- 4
lumniæ.

Venit quoque puniendus pœna iniuriarum, 5
ex dictis per Boſſ. *in tit. de accuſ. num. 20. verſ. eſt*
*verum, quod accuſatus, & in tit. de præuar. num. 8.*
*verſ. cautela eſt*, cum aliis adductis per Sebaſt.
Guazz. *in tract. ad defenſam inquiſitorum, defen.*
*3. cap. 23. lib. 1. n. 60. verſ. ſed pro complemento*
*ipſius materiæ.*

Pœna ratione calumniæ, & iniuriarum erit 6
arbitraria, & poterit puniri pœna capitali, ſi
id expoſcat qualitas accuſationis, ſeu denuntia-
tionis, cum pœna talionis, quæ imponebatur, ſit
ſublata, prout multis authoritatibus, & exemplis
probat Caball. *reſolut. crim. caſu 166.* & vltra
pœnam corporalem condemnandus erit quoque 7
ad refectionem expenſarum, & damnorum,

idem Caball. congerit omnes DD. *in d. caſu 166. num. 14. verſ. & vltra pœnam*, *de qua ſupra*, & non eſt correctum per *d. conſt. pœnam calumniæ*, vt aduertit gloſſ. *in verb. præſumant*, & ita practicari teſtatur Par. de Put. *in tract. de ſyndicat. in verb. tortura cap. 4. & cap. 24. & in verb. ac-*
8 *cuſatio cap. 1.* & ita deciſum refert Grammat. *deciſ. 39 in fin.* Quæ condemnatio expenſarum poteſt peti etiam poſt ſententiam, ſi fuit in ſententia omiſſa ex conditione ſtatuti, ſeu Pragm. ita per doctrinam Bart. tenet gloſſ. *in Pragm. temeritatem de expenſ. condem. non refer.*

9 Pro Secretario denuntiante allegabatur obſeruantia, de qua meminit Caball. *in prælleg. reſol. 205. num. 4. verſ. ſed hæc opinio*, dicens, quod licet de iure prædicta procedant, tamen de conſuetudine non ſeruantur, quia calumniator præſumptus non condemnatur in pœnam aliquam calumniæ, ſed ſolùm damnatur ad expenſas, damna, & intereſſe partis accuſatæ, idquè fundat authoritate Boſſij, Angeli, & Farinacij, qui etiam de iure hoc defendere conatur, & eò magis in Regno eſt obſeruandum ob allegatam *conſt. pœnam calumniæ.*

10 Nec ipſum poſſe puniri pœna iniuriarum, dicebat, attenta cauſa iuſta, ob quam excuſatur, imò etiam iniuſta excuſat à pœna iniuriarum, ita ex Oldrad. Boſſ. Mynſing. & aliis fundat Sebaſt. Guazz. *in d. tract. ad defenſam inquiſitorum lib. 1. defenſ. 3. cap. 13. num. 61. verſ. quoniam licet rationes, & authoritates*, quæ cauſa non ſolùm
11 excuſat à pœna iniuriarum, ſed etiam ab expenſis, latè Farinac. *quæſt. 16. de accuſat. num. 15. verſ. & licet plures Doctores*, & in hoc caſu poteſt ſuſtineri obſeruantia, quod in criminalibus non fit condemnatio expenſarum, de qua per Carau. *rit. 297. num. 4. verſ. aduerte tamen.*

12 Cauſam iuſtam habuiſſe dicebat, propter auditum à fide dignis, & hoc approbauit per plures miſſiuas literas, hanc cauſam conſiderauit, & iuſtam eſſe dixit Affl. *in d. conſt. pœnam calumniæ, in fine verſ. puta, audiuit à fide dignis perſonis.*

Sub die 24 Martij 1626. interuenientibus Proregente Lopez, Regiis Conſiliariis Ferdinando Brancia, me, Bernardo Zufia, Marcello Marciano delegatis fuit per prædicta prouiſum, quod habilitetur cum cautione in forma, Actuario aſſumpto Fiumara.

## ARGVMENTVM.

*Gratia facta à Prorege de omnibus delictis obtenta pace infra annum an præiudicet Baroni, maximè cum delicta ſunt commiſſa in territorio; & an ſi prò aliquibus delictis non obtineatur pax, gaudeat gratia prò aliis, in quibus habita fuit pax. An prò verberibus monacho datis ſufficiat pax offenſi, & Abbatis. An exceptio excommunicationis ob violentas manus in monachum iniectas impediat gratiam.*

### SVMMARIVM.

1 *Rex dum concedit vtile dominium feudi, & iuriſdictionis, directo tamen apud ipſum Regem remanente, de iuſtitia ordinaria non poteſt ſe intremittere in vaſſallos, neque in cauſis vaſſallorum.*
*Neque dare tutorem pupillo, quod intelligendum eſt iuxta declarationes hic poſitas, vſque ad num. 16.*
2 *Vtile dominium præfertur directo.*
3 *Rex in terris Baronum habet tantùm iuriſdictionem in habitu, cum per Regem Alphonſum fuerit conceſſum merum, & mixtum Imperium, & ſunt ſicut Reges in eorum terris.*
5 *Reſeruatio exceptionis quod operetur, & numer. 17.*
6 *Rex in quauis conceſſione iuriſdictionis non cenſetur conceſſiſſe illud ſupremum, & Regium ius, quod ab eo nunquam amouetur.*
7 *Rex poteſt, non obſtante priuilegio Baroni conceſſo priuatiuè ad Mag. Cur. & S. C. cauſam alteri delegare.*
8 *Rex poteſt ſupprimere iuriſdictiones Baronum, & Ciuitatum, & mandare, quod procedat M. C.*
9 *Nec videtur ſe excluſiſſe, ſeu à ſe abdicaſſe, quin & ipſe quoque cognoſcere poſſet.*
10 *Vaſſallus Baronis dicitur etiam Regis vaſſallus, & magis dicuntur homines Principis, quàm vaſſalli, & ipſi Principi tenentur magis obedire.*
11 *In indulto generali comprehenduntur vaſſalli Baronum.*
12 *Princeps ſupremus poteſt ex gratia remittere pœnas, & abolere delicta commiſſa per vaſſallos Baronum, etiam illis contradicentibus.*
13 *In Regno Prorex Regis vice fungitur, ideò indulgendo, vtitur iure ſuo ratione illius ſupremæ poteſtatis, & ſi ex conſequenti præiudicium fiat Baroni, & concedit dignitates cum prælatione.*
*Princeps non poteſt remittere, ſi ſit acquiſita pœna pecuniaria Baroni.*
14 *Rex, ſeu Prorex omnem illam authoritatem, & iuriſdictionem exercere poteſt in vaſſallo Baronum, quam ipſe Baro exercere non poteſt.*
15 *Authoritates, & iuriſdictiones, quas de poteſtate ordinaria Rex, ſeu Prorex exercere poteſt in vaſſallos Baronum remiſſiuè.*
16 *Prorex neque de poteſtate ordinaria, neque Baro poteſt non concordata parte indulgere delictis, verùm Proreges Regni de conſuetudine faciunt gratias, dummodò infra certum tempus pax obtineatur.*
17 *Reſeruatio facta iurium tertij, ſi nemo ius habeat, nihil operatur.*
18 *Reſcriptum gratiæ operatur quoad delicta, pro quibus pars offenſa fuit concordata, & ſi alia remaneant ſine remiſſione.*
19 *Monacho offenſo, à quibus ſit obtinenda pax,*
20 *In Regno per ritum 191. poteſt quis proſequi ſuam iniuriam, & necem ſuorum.*
21 *Excommunicatus per ſententiam canonis, an ſit audiendus ante declaratoriam.*
22 *Excommunicatus non eſt excluſus à defenſione perſonæ, & rerum.*
23 *In omnibus caſibus, in quibus excommunicatus*

poteſt

*poteſt eſſe in iudicio, poteſt reſcripta impetrare.*

DECISIO LV.

DE aliquibus fuit dubitatum in M. C. & poſtmodum in S. C. in cauſa Francíſci de Franza inquiſiti de pluribus ſuper remiſſione petita per Ill. Ducem Montis Leonis.

Et primò, an gratia ei facta à Regni Prorege de omnibus delictis per eum commiſſis, obtempta pace offenſorum infra annum, præiudicet Baroni, cui fuerunt per eundem Proregem reſeruata intra, dum Baro comparuit ad eaodem impediendam, cum ſit ſuus vaſſallus, & delicta ſunt commiſſa in territorio.

Secundò, an obtenta pace ab aliquibus ex offenſis gaudeat pro illis delictis gratia, & ſi alia remaneant ſine remiſſione, pro quibus offert iuri ſtare coram Iudice competente.

Tertiò, an pro verberibus monacho profeſſo datis ſufficiat pax offenſi, & eius Abbatis.

Quartò, an obſtet exceptio excommunicationis, quia manus violentas in monachum iniecit, ita quod non ſit audiendus in allegata exceptione gratiæ.

Ad primum pro Ill. Duce dicebatur, quod & ſi vniuerſalis totius Regni iuriſdictio ſit apud Re-
1 gem, nihilominus dum iidem Reges concedunt feuda, & iuriſdictiones quibuſcunque feudatariis, aut Baronibus, eis quoque concedunt vtile dominium feudorum, & iuriſdictionis, directo tantum dominio apud ipſos Reges remanente, de iuſtitia ordinaria non poſſunt ſe intromittere in vaſſallos, neque in cauſis vaſſallorum dictorum Baronum, poſt Bald. *in l. prima quæſt. 43. num. 35. de rer. diuiſ.* ait Albert. Brun. *conſ. 32. col. 2, verſ. prædicta coadiuuantur*, & Præpoſit. *in cap. 1. in fin. verſ. extra gloſſam quæro. de controuerſ. inter vaſſall. & Epiſcopum*, & Felin. *in cap. Paſtoralis num. 3. verſ. limita ſextò, de offic. ordin.* Io. Fab. *inſtit. de atil. tutore in princ. col. 3. verſ. ſed an ſuperior*, vbi dicit, non poſſe Principem in Terra Baronis ſibi ſubiecti habentis merum, & mixtum imperium, tutorem date pupillo, nec alium actum iuriſdictionalem exercere, niſi in defectum iuſtitiæ per ea, quæ habentur *in cap. Paſtoralis, & in cap. Romana de offic. ordin. in 6.* refert, & declarat Natt. *conſ. 580. num. 4.* Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. in 9. auth. Baren. num. 1. verſ. quia neque Rex*, & plenè Regens Lanarius *conſ. 52. num. 5.* & Regens de Ponte *de poteſt. Proreg. in tit. de electione officialium §. 1. num. 21.* & ratio ea eſt, quia Rex concedendo vtile dominium
2 feudorum, & iuriſdictionem Baroni, Baro tanquam vtilis dominus in exercitio iuriſdictionis præfertur directo, vnde Rex in Terris Baronum non habet iuriſdictionem, niſi in habitu, cùm per Alphonſum primum conceſſum fuerit merum, & mixtum Imperium, ideò Barones in eorum Terris ſunt, ſicuti Reges, refert Afflict. *in*
4 *proœm. conſtitut. quæſt. 24.* & in ſpectantibus ad Baronis iuriſdictionem non poteſt Rex ſe intromittere Camill. de Curt. *in diuerſ. feud. poteſt quoque feudum num 11. & 12. fol. mihi 28. à ter.* So. *la in com. conſuet. Sabaud. in tit. de Caſtel. decreti,*
5 *quia pluribus glo. 3. num. 3.* & ex clauſula, quod non præiudicetur iuribus Baronis, expreſsè patet, noluiſſe, quod gratia ſortiretur effectum in præiudicium Baronis, per doctrinam Bald. *in l. illo, ff quo §. 1. in fin. ff. ad Senatuſconſult.* dicens, quod reſeruatio, quam Iudex facit, exceptionis operatur, vt ſi apparuerit, exceptiones etiam vanas eſſe, & iuridicas, quicquid eſt factum, habetur pro non facto: hæc enim eſt natura reſeruationis, vt omne præiudicium tollat, *l. at ſi quis §. plerique ff. de religioſ.* Hieron. à Laurent. *in decis. Auen. 45. num. 5.*

Pro reo dicebatur, poſſe Principem indulgere virtute ſupremæ poteſtatis, nam in quauis conceſſione iuriſdictionis non cenſetur conceſſum illud ius ſupremum, & regium, quod ab eo nunquam amouetur, latè per Frec. *in tract. de ſubfeud. lib. 3. de diff. int. feud. quater. & plan. & de tab. num. 35.* Sola *ſuper conſt. Sabaud. decreti indulgentiam gloſ. vn. num. 8. verſ. hæc poteſtas, ſub tit. de reſtit. ſpoliat.* latè Regens Conſtan. *in l. vnica C. pœn. fiſcal. cred. præferr. num. 95. verſ. primò quòd quantumuis*, faciunt adducta per D. Reg. Carolum Tap. *in conſt. ea, quæ ad ſpeciale decus à num. 39. vſque ad 43.* ad quod facit tex. *in cap. dudum §. nos igitur de præben. in 6.* per quem Affl. *in cap. 1. §. item ſi quis n. 3. quib. mod. feu. amitt.* dicit, poſſe Regem, non obſtante priuilegio conceſſo Baroni priuatiuè quoad M. C. 7
& S. C. cauſam vaſſall. alteri delegare, nec poſſe teneri ſe priuilegio, quia ex illa delegatione non fit præiudicium Baroni, quia intelligitur ſemper poteſtas Regis reſeruata, cùm in eo reſideat ſuprema poteſtas inſeparabilis, vnde ſolus poteſt ſupprimere nedum iuriſdictiones Baronum, ſed etiam iuriſdictiones Ciuitatum Bellug. *rubr. 22. §. & quia quotidie num. 30. verſ. item & hoc videtur*, & licet concedat alicui Baroni merum imperium, non ex hoc ſe denudaſſe videtur ſua iuriſdictione, & imperio, Petr. Bellug. *de iuriſd. rub. 21. d. §. & quia quotidie num. 59. verſ. item ex hac prærogatiua*, quæ ſuprema poteſtas nunquam cenſetur abdicata, latè, & copioſè Reg. de Pont. *dec. 26.* Gramm. *conſ. crim. 72. n. 1. verſ. & ideò bene facit*, nec videtur ſe excluſiſſe, ſeu 9
à ſe iuriſdictionem abdicaſſe ſupremam, quin ipſe quoque cognoſcere poſſet, idem *in vet. 28. n. 3. verſ. nam ex huiuſmodi priuilegij tenore* 3 & adhuc Regis vaſſalli dicuntur Sol. *ad conſt. Sa-* 10
*baud. de foro compet. decreti ſubditos noſtros* glo. prima *num. 6. verſ. quibus tamen non obſtantibus*; probat Camill. de Curt. *in diuerſ. feud. in d. cap. poteſt quoque feudum num. 29.* declarando regulam illam, quando vaſſallus vaſſalli mei non eſt meus vaſſallus, & ante eum Natta *in conſ. 580. in princ.* vbi etiam dicit, quod ſunt magis homines Principis, quàm vaſſalli, & ei magis tenentur obedire. Rex enim eſt Dominus perſonarum, *Conſtit. Regni, Quia frequenter*, Reg. de Ponte *de Regal. impoſit. in princ. n. 53.*

Vnde frequenter Dominus Prorex mandat ad Inſtantiam fiſci patroni, quod procedat M. C. citra præiudicium priuilegiorum Baronum, quod multoties cum eſſem Iudex in M. C. in Coll. Conſ. fuit mandatum, conſideratis delicti atrocitate, & qualitate Baronis, & ſi Camill. de Curt. *in diuerſ. feudor. cap. poteſt quoque feudum num. 12. verſ. hoc enim in præiudicium* de iure fieri non poſſe ſoſtineat.

Ex quibus, & aliis fuit ſollemniter deciſum 11
iunctis omnibus Tribunalibus in indulto generali comprehendi vaſſallos Baronum, vt refert ibi Camill. de Curt. *præcitato loco in fine d. cap. fol. 30.* Reg. Conſt. *in d. l. vnica C. pœnis fiſcal. creditor.*

*ditor. praferri lib.*10. *à num.*87. vbi diffuſè, & ſi
contrarium defenderit Lanar. *d. conſ.* 52. & in
12 propriis terminis poſſe ſupremum Principem in-
dulgere, etiam contradicente domino immedia-
to, per quem non poſſe impediri gratiam delicti
per Principem conceſſam refert deciſum fuiſſe
Papon. *lib.*24. *tit.*17. *arreſto primo*, *& ſeq.* quem
affert Ariſm. Tepatus *in tit. de gratia delicti fol.*
39. ibi *gratia delicti conceſſa*, Gaſpar. Theſaur.
*q.*71. *part.*4. ſuſtinet, poſſe ſupremum Principem
in præiudicium vaſſalli de iuriſdictione omnimo-
da inueſtiti facere gratiam de homicidio, vel alio
delicto, & ratio eſt ſecundum eundem *in d. q.*
*par.* 4. quia facultas indulgendi non dependet ab
ordinario imperio, & iuriſdictione illa, de qua
eſt inueſtitus vaſſallus, etiam priuatiuè quoad
concedentem, ſed dependet à ſupremo imperio
reſeruato, quod habet ſupremus dominus in feu-
do conceſſo, quo etiam vti poteſt non ſolùm con-
tra vaſſallum, ſed in eius ſubditos, quorum
etiam dominus remanet, refert Ioan. Maria No-
uar. *in collect. ſuper pragm. Regn. Neap. coll.*32.
*num.*9.

13 Quod poteris etiam Prorex Regni, qui in Re-
gno Regia vice fungitur, Dom. de Pont. *de poteſt.*
*Proreg. tit.* 1. Grand. *de bol. exul. quaſt. prima*
*num.* 9. Nouar. *praalleg. quaſt. num.* 2. *verſ. idcò*
*Ill. Prorex* indulgendo vtitur iure ſuo ratione il-
lius ſupremæ poteſtatis, vt ſupra probatum fuit,
ponderauit hoc Regens Conſtan. *in l. vnica C.*
*pœn. fiſcal. cred. praferri lib.* 10. *num.* 7. *verſ. ſi*
*ergo hoc ius indulgendi.*

Quod poteſt, & ſi ex conſequentia præiudicium
fiat Baroni, quod non attenditur arg. tex. *in l. ſi*
*in meo fundo ff. de aqu. plau. arcend. & in l. flu-*
*minum §. fin. ff. de damn. infect.*

Facit quod dixit Dom. de Pont. *de poteſt. Pro-*
*reg. de prouiſion. fieri ſolitis* §.5. *num.*7. *verſ. hinc*
*ex cauſa*, quod de poteſtate ordinaria Princeps
poteſt conferre dignitates cum prælatione tempo-
ris in præiudicium tertij, cui priùs fuerunt colla-
tæ, quia dignitates ſunt penès Regem, & ſic vti-
tur iure ſuo.

Non enim poterat Baroni præiudicare, quoad
mulctam pecuniariam acquiſitum, Boſſ. *de re-*
*med. ex ſola clementia Princip. num.* 13. *verſ.*
*item ex eo, quod non trahitur*, Amodeus de Pon-
te *in tract. de Laudemio quaſt.*24. *n.*12. Franciſcus
Marc. *q.*243. *in princ. par.*2. Sola *in commentar.*
*ad conſt. Sabaudia de indulgent. gloſ.* 2. *num.* 8.
cum reliquis adductis per Tepat. *loco, quo ſupra*
Gaſpar. *quaſt.* 58. *lib.* 2. *& in d. quaſt.* 71. Ioan.
Mat. Nouar. *in d. collect.*32. *num.* 10. *verſ. licet*
14 *non praiudicet*, & in hoc caſu loquuntur autho-
ritates adductæ per Nouar. eò maximè, quando
eſſet Baroni vetitum, nam poterit Rex, ſeu Pro-
rex omnem illam iuriſdictionem, & authorita-
tem exercere in vaſſallos Baronum, quam Baro
exercere non valet, Natt. *in dicto conſ.* 580. *num.*
15 4. Surd. *conſ.*152. *num.*3. *in fin. vol.*2. aliaſue au-
thoritates, & iuriſdictiones, quas de poteſtate
ordinaria exercere poteſt Rex in Terris Baronum,
habes per Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg.*
§.1. *de elect. officialium*, per Grammat. *in d. conſ.*
*crim* 28 ac per Affl. *in proœm. conſt. d. q.*24. *in fin.*
& per Solam *in præcitato loco*; vetitum eſt Ba-
ronibus, parte non concordata abolere delicta,
16 quod & ſi neque Proregi de iure liceat ex mera
gratia iuxta ea, quæ per Reg. de Pont. *de poteſt.*
*Proreg. tit.*1. §. 4. *num.* 10. nihilominus de con-
ſuetudine obſeruatur, & in dies Proreges ex gra-
tia indulgent delictis, data dilatione, ad obtinen-
dam pacem, pro vt in caſu de quo agitur, fuit ob-
ſeruatum, & ſic nullum infertur præiudicium Ba-
roni, & ita hic fuit per M. C. deciſum pro gratia, & 17
non obſtat illa reſeruatio iurium Baronis: quia ni-
hil erat reſeruabile Ang. *in l. ſi quis legauerit ff. de*
*leg.*5. Surd. *deciſ.*200. *in fin.*

Ad ſecundum cum plura ſunt delicta, & diuer- 18
ſa, defectus pacis in vno non impedit, quin pro
alio gratia gaudeat, pro quo pacem habuit arg.
tex. *in l. etiam §. ex cauſa ff. de minor. l. Corne-*
*lia pia ff. de iur. patr.* ad quod etiam facit, nam
gratiam fecit Princeps conditione adiecta, ſi intra
annum pacem ab offenſis obtinuerit, cum plures
ſint, & diuerſa delicta, ſi ab vno obtinuerit, pro
eo delicto gaudebit gratia, cum purificata ſit con-
ditio in illo, nec defectus non adimpletæ condi-
tionis quoad aliud impedit ad tex. *in l. ſi quis le-*
*gata §. fin. & l. coharedi §. ſi duorum ff. de cond.*
*& demonſtr.* gaudebit igitur gratia, pro delictis,
pro quibus remiſſionem habuit; & pro reliquis
pœnas ſuſtinebit, & ita cenſuit M. C. nec ob-
ſtat arg. de conſuetudine Proregum non diuiden-
di delicta in gratiis, de quo per Præſ. de Franch.
*deciſ.*330. cum contrarium effectuari videamus in
dies.

Ad tertium Mag. Cur. iudicauit, remiſſionem 19
habitam ab offenſo, & Abbate ſufficere ea tradi-
tir per Carauit. *in ritu M. C.*275. *num.*27. *verſ.*
*ſeptimò quaro*, in quam videtur inclinare Farin.
*in quaſt.* 15. *num.* 26. *in fine verſ. nec pratermit-*
*tendum*; imò Abbatis tantum remiſſio ſufficit
ex dictis per Felin. *in cap. cum dilecta de reſcrip.*
*num.*15. ea ratione, quia cum monachus habea-
tur pro mortuo *cap. placuit* 16. *quaſt. prima cum*
*concordant.* actio quæſita eſt monaſterio, quam
Abbas remittere poteſt Bal. *in l. praſes in vlt.*
*quaſt. C. de tranſact.* cum in S. C. per appella-
tionem à me tunc Iudice M. C. cauſa referreba-
tur, vnus ex Dominis Conſiliariis adduxit au-
thoritatem Iacobi Vilalpan. *in ſecunda parte re-*
*petitionis*, *l.*22. *tit.*1. 7. *partita cap.* 32. *ſeptimus*
*caſus eſt*, qui tenet, transferri ad conſanguineos
iſtud ius accuſandi, & ab ipſis pacem haben-
dam, quæ opinio ſuſtineri poteſt in monacho
interfecto iuxta communem diſtinctionem DD.
quando offenſio eſſet facta intuitu perſonæ, secùs
intuitu monaſterij, de qua latè per Iul. Clar.
*quaſt.*58. *num.*24. *verſ. ego verò*, & diffuſiùs per
Farin. *in d. quaſt.* 13. ſed in offenſa facta mona-
cho, quando ex ea offenſa non fuit ſequuta mors,
ius accuſandi non tranſit ad conſanguineos, eſt
tex. *in l. hi tamen omnes ff. de accuſat.* ibi, *ſi ſuam*
*iniuriam exequantur, mortemve propinquorum*
*defendant*, per quem tex. Decian. *in pract. crim.*
*lib.*3. *cap.*5. *num.*9. dicit, quod quando quis ſuam
propriam iniuriam proſequitur, poteſt accuſare
de quacunque iniuria; ſed proſequendo offenſam
ſuorum, accuſat, cum mortem dumtaxat propin-
quorum vindicat, quem refert Baiard. ad Clar.
*in quaſt.*14. *n.*5. iuxta prædictam *l. hi tamen* in- 20
telligendus eſt *rit. M. C.* 191. *ſecundum ordinem*
Carauitæ, ibi, *ſuarum iniuriam*, id eſt mortem
propinquorum, nam ſicut de iure communi ali-
quibus prohibitum erat accuſare, niſi ſuam pro-
ſequebantur iniuriam, mortemque propinquorum
defendebant *d. l. hi tamen*, cum tribus præ-
cedentibus ità iuxta ritum omnibus prohi-
bitum eſt accuſare, niſi ſuam iniuriam pro-
ſequantur,

ſequantur ; mortemuè propinquorum defendant.

Ad quartum adducebatur contra reum rex. *in cap.1. de reſcript. in 6.* vbi ipſo iure reſcriptum, ſeu proceſſus irritatur, ſi ab excommunicato ſuper alio, quàm excommunicationis, vel appellationis articulo fuerit impetratum, cum igitur ex offenſa facta monacho ſit ipſo iure excommunicatus, ex *vulg. can. ſi quis ſuadente diabolo*, non erit audiendus in allegata exceptione gratiæ.

21 Replicabatur non procedere in excommunicato per ſententiam canonis, ante declaratoriam latam ab homine, nam non remouetur interim ab vſu, & exercitio actuum de ſui natura permiſſorum, ſic Petrus Ancharan. *conſ. 539. tribus de cauſis*, Peregr. *de iure fiſci lib.3. tit. 5. de excommunicatione in fin.* in caſu, de quo agitur, nulla lata eſt ſententia ab homine.

22 Inſuper dicebatur, excommunicatum non eſſe excluſum à defenſione perſonæ, & rerum *cap. intelleximus, vbi omnes notant, de iudiciis*, quia non priuatur his, quæ ad defenſionem pertinent Io. Ant. *in cap. vtile de reg. iur. in 6. in fin. verſ. idem ſi in prædicto iudicio*, Bart. & Ciuiliſtæ *in l. de pupillo §. fin. ff. de operis noui nunciat.* & generaliter à nulla repellitur exceptione Specul. *in tit. de except. & replic. §. fin. num. 3.* Dec. *in cap. à nobis num. 37. de except.* etiam in conſecutiuis iudiciis, vt dicit Franc. *in d. cap. 1. de reſcript. in 6. num. 15.* ita quoque ſi in carceribus mancipatus ſit, impetrare poteſt reſcriptum, vt inde relaxetur, vt ex Bal. & Panor. *in d. c. intelleximus, & aliis probat* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 3. cap. 11. num. 20.* dicens, poſſe aduerſus interdictum, ſequeſtrum, aut alium actum iudicialem, in iudicio, aut extra comparere tanquam reum, reddens rationem nam alioquin excommunicatio prodeſſet excommunicato in præiudicialibus, ſi enim non valeret ſe defendere, neque poſſet inquiri, vbi ad plura ex hoc infert.

Et generaliter ſubdit Anchar. *in d. cap. 1. de reſcrips. in 6. num. 3.* quod excommunicatus omnia poteſt, quæ pertinent ad ſuam defenſionem *cap. cum inter de excep.* quocunque pacto faciant ad cauſæ defenſionem ſecundum opin. Vincent. & aliorum; quam dicit approbari, ſiue ſit facti, ſiue iuris, & quod omnis defenſio detur, ſiue ſit odioſa, ſiue fauorabilis ſecundùm Goffred. & Domin. ibi colligente quindecim limit. poſt *num. 22. verſ. collige*, quarum plures ad caſum noſtrum conferunt, & præcipuè 2. & 4. & Philippus Franch. *in d. cap. 1. de reſcript. in 6. num. 3. in fin. verſ. & ex his patet*, poſt quam dixit,

23 omnes exceptiones concernentes defenſionem, poſſe excommunicatum deducere in iudicio, profert hæc verba, *Et ex his patet, quod in omnibus caſibus, in quibus excommunicatus poteſt eſſe in iudicio, poteſt reſcripta impetrare*, quod reaſſumit ex dictis per Innoc. Petr. Anchar. & alios, & ex his fuit per M. C. audito Barone iudicatum, quod gaudeat gratia.

## ARGVMENTVM.

*Doctor gaudet priuilegio nobilium, & nobilitas tranſit ad filios Baſtardi, ſeu naturales filij Doctorum an gaudeant nobilitate, & quid in baſtardis filiis nobilium ex genere. Nobiles ob enormitatem delicti an, & quando amittant nobilitatem, & quomodo puniantur?*

## SVMMARIVM.

1 *Doctoratus dignitatem confert.*
2 *Doctor gaudet priuilegio nobilium.*
*Etſi actu non legat, ſed cauſis patrocinetur, num. 4. & 5.*
3 *Dignitas, & nobilitas idem ſunt.*
6 *Nobilitas Doctoratus tranſit ad filios.*
7 *Et an ad filios natos ante dignitatem.*
8 *An nobilitate gaudeant filij, mortuo patre Doctore.*
9 *Baſtardi, & naturales idem ſunt.*
10 *Nobilitas Doctoratus non tranſit ad filios baſtardos, ſeu naturales. Deciſio n. 12.*
11 *Filiorum appellatione, an, & quando veniant baſtardi, & an in ſtatuto concedente immunitatem Doctoribus, & eorum filiis, veniant naturales.*
13 *Baſtardus ex genere nobili natus an gaudeat nobilitate paterna, & num. 17.*
15 *Baſtardorum, & naturalium natio deſcendens ex nobilibus reputatur vilior, & deterioris conditionis, quàm ſit plebeia, & ſi de conſuetudine retineant familiæ nomen, tamen non ſunt agnati quoad ſuccedendum in hæreditate, honore, ſeu dignitate familia, & ſtrictè, & propriè non dicuntur de domo.*
16 *Nobilitas an tranſeat ad nepotes filios baſtardi, & ſi ſint ipſi legitimi.*
17 *Nobiles an gaudeant nobilitate, ſi enorme commiſerint delictum, & deciſio affertur num. 22. & alia deciſio num. 29.*
19 *Legum correctio non datur, niſi expreſsè dicatur.*
20 *Lex noua corrigens legem antiquam in vno, non extenditur ad aliud.*
21 *Iudex poteſt ob criminis immanitatem pœnam augere.*
23 *Nobilitate nunc non gaudent nobiles ob delicti enormitatem, cum de delicto ſunt conuicti, vel confeſſi, ſecus ſi ex defectu probationis extra ordinem ſunt puniendi.*
24 *Punitus extra ordinem ex defectu probationum, non eſt condemnandus ad intereſſe.*
25 *Pœna, quæ infamat, vt ictus fuſtium, non poteſt imponi, vt extraordinaria ex defectu probationis.*
26 *Punitus pro furto extraordinaria pœna, ſi ſit conuictus, & confeſſus, an dicatur infamis.*
27 *Baſtardi à quibus excludantur.*
28 *Et quid obſeruetur in Gallia, & Hiſpania.*
30 *Popularis diues, & honeſtus in pœnis æſtimatur, vt nobilis.*

DECISIO

## DECISIO LVI.

1 DOctoratus dignitatem confert ex dictis per Bart. *in primum conſtit. codicis num.* 10. Felin. *in rubr. de magiſtr. n.* 5. *verſ. item Doctor ex dignitate*, Alex. *conſ.* 18. *in fin. & conſ.* 94. *col.* 2. *verſ. ſed ita vol.* 1.

2 Doctor gaudet priuilegio nobilium ibidem Felin. *in verſ. item gaudet priuilegio* Guid. Pap. *quaſt.* 388.

Dignitas enim, & nobilitas idem ſunt ſecun-
3 dum Bart *in l. prima C. de dignit. lib.* 12.

Et ſi actu non legat Doctor, gaudet priuile-
4 gio, prout probat Guid. Papa *in d. quaſt.* 388. *& in q.* 88. reprobans Bar. aliter tenentem.

5 Extenditur etiam ad eos, qui patrocinantur cauſis clientum, & ita fuit crebrior Interpretum ſententia, Nicolai de Neap. *in l. profeſſio C. de muner. patrim. lib.* 10. Matth. Add. *ad dictam deciſionem*, Guid. Pap. *d. q.* 388.

6 Quæ nobilitas ad filios pertranſit text. *in l. medicos C. de profeſſor.* & Medic. *lib.* 10. Bal. *in l. fin. C. de ſeru. fugit.* Guid. Pap. *dicta deciſ.* 388. & ita paſſim iudicatur.

7 Et an ad filios natos ante nobilitatem acquiſitam Tiraquell. *de nobilit. cap.* 15. *num.* 8. Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 8. *num.* 5. Guid. Pap. *q.* 389. & ibi Add.

8 Et an nobilitate filij vtantur, donec vixerit Doctor, & an eo mortuo, vide Barboſ. *in l. quia tale vol.* 2. *ſolut. matrim. num.* 33. *verſ. ſed non placet hac concordia*, Perez *in ord.* Caſtell. *lib.* 4. *tit.* 1. *fol. mihi* 724.

Priuilegiis nobilitatis non gaudent filij Do-
9 ctorum baſtardi, ſeu naturales, qui idem ſunt ſecundum gloſ. *in rubr. ff. de concub.* vnde Bened. de Bar. *in tract. de filiis non legitimè nat. n.* 2. & Salyc. *in ſumm. aut. præterea C. de natural. liber.* ſuminant text. loquentem de naturalibus liberis per verbum *baſtardos*, verum baſtardi nomen vulgò pro omnibus illegitimè natis cuiuſcunque generis ponitur, Gabr. Palæot. *de nothis, ſpuriiſque filiis c.* 17. *n.* 7. & eſt nomen barbarum, omnes comprehendens illegitimos, Ioan. Bapt. Lup. *de illegitim. tom.* 1. *in præfat. n.* 17.

10 Filij namque baſtardi Doctorum non gaudent nobilitate: quia nati ex legitimis nuptiis patrem, & vulgò quæſiti matrem ſequuntur *l. cum legitimè ff. de ſtat. hom.*

11 Inſuper Imperator *in d. l. medicos*, Doctoribus, & eorum filiis priuilegia conceſſit, quibus non non niſi legitimi potiuntur: non enim ſenſit de illegitimis, vt probat contra diſtinct. Bart. Palæot. *in d. tract. c.* 60. & attenta quoque Bart. *diſt. in l. tutelas ff. de ca. dimin.* quam ſequitur Bald. *in l. parentes ff. de in ius vocand. n.* 5. *verſ. modò venio*, quod aut prouiſio legis conſiderat naturalem cauſam, puta reuerentiam, vel effectum naturalem, & tunc continetur filius etiam ſpurius, aut prouiſio legis non conſiderat cauſam naturalem, ſed accidentalem, tunc non continetur filius naturalis, ſeu ſpurius.

Vnde in ſtatuto concedente dignitatem Doctoribus, & eorum filiis, non veniunt naturales, cum qualitas Doctoratus ipſis non conueniat, & nihil eis conferat Bald. *in d. l. parentes ff. de in ius vocand. n.* 6 *verſ. ſed pone conceſſa eſt immunitas*, Fulg. *conſ.* 152. *ſuper ſtatuto col.* 3. *verſ. cæterum*, Io. Bapt. Lupus *in tract. de illeg. & natural. reſtituendis comm.* 1. *§.* 3. *num.* 71. *verſ. infertur quoque.*

In pœnis infligendis Doctorum filios baſtar- 12
dos paterna dignitate non gaudere, iudicatum fuit in Collaterali Conſilio me relatore delegato, & condemnatus ad perpetuo remigandum Franciſcus de Monte filius baſtardus Doctoris, & Iudicis cohortis Hiſpanorum, qui ab vniuerſitatibus Campaneæ falſis aſſertionibus fiſci nomine pecuniam recepit, & ſibi aſcluit de menſe Iulij in anno 1612. & exequuta ſententia, & in eodem Coll. iterum fuit approbata ſententia Regiæ Audientiæ Capitinatæ, per quam cum extraordinaria poteſtate fuerat condemnatus Andreas Scbyngalus Doctoris filius, Ciuitatis Luceriæ, ad Regias triremes pro furto in ſtrata publica, & exequuta ſententia referente M. C.

Et non ſolum baſtardi filij Doctorum, ſed 13
etiam ex genere de iure nobilitate paterna non gaudent, Alex. ad Bart. *in l. prima n.* 50. *C. de dign. lib.* 12. per text. *in d. l. cum legitimè ff. de ſtat. hom. & l. liberos ff. de Senat.* & Ioan. Baptiſta Lup. *in*
*d. tract. comm.* 1. *§.* 3. *n.* 38. poſſe in ſingulari certa- 14
mine recuſari tenet, & natio hæc deſcendens à nobilibus reputatur vilior, & deterioris conditionis, quam ſit plebeia, vt reſpondit Ruin. *conſ.* 77. *viſo n.* 7. *& n.* 12. *lib.* 3. quem refert, & ſequitur Io. Bapt. Lup. ibidem, comprobans *ex cap. ſi gens Angiorum diſt.* 56. vbi ponitur, gentem iſtã degenerem, neque in bello fortem, neque in fide
ſtabilem, neque honorabilem hominibus neque 15
Deo amabilem, & inferius *n.* 67. dicit, quod & ſi illegitimi retineant de conſuetudine familiæ nomen, tamen non ſunt agnati, quoad ſuccedendum in hæreditate, honore, ſeu dignitate familiæ, & ſtrictè, & propriè non dicuntur de domo, vel de caſata, ſiue de familia, quod etiam ad ne-
potes extendit Bal. *in l. fin. C. de verb. ſignif. n.* 4. 16
*verſ. quæris hic* Bart. & Dec. *conſ.* 85. *in fine*, & quod non dicantur de domo, & quod non poſſint portare arma domus, quia illud eſt honor, qui baſtardis non competit, ex authoritate Bart. Bald. Dyn. & Angel. tenet Alex. *in l. ex facto §. ſi quis rogatus n.* 54. *ff. ad Senat. Trebell.*

Aliter ſeruari de conſuetudine generali, di- 17
cunt DD. adducti per Paſqual. *de vir. patr. poteſt. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 26. qui tenet de generali conſuetudine filios baſtardos nobilium reputari nobiles, præſertim ſi ſint familiarum inſignium, & ita ſeruatum, vt plurimum fuit meis temporibus in genere pœnæ infligendæ, & pœnis, quibus nobiles puniuntur fuerunt caſtigati, item ſeruos, ſi ſint reſcripto Principis legitimati iuxta tenorem priuilegiorum, de quo latè per Paſchal. *præcit. loc. à num.* 212.

Et quid de legitimatione facta à Rege filij ſpurij, patre iam vita functo, qui inſtrumento petiit à Rege, vt filium legitimaret, ſed de morte patris non fuit facta Regi mentio tempore conceſſionis, Aluar. Valaſc. *conſul.* 158. *tom.* 2.

Quod etiam in grauibus, & enormibus, 18
vt in crimine læſæ Maieſtatis, & furtis ſeruari, & deciſum refert Vinc. de Franch. *deciſ.* 569.

Verum aliquando ratione enormitatis delictorum, & qualitatis perſonæ fuerunt puniti pœna, qua ignobiles plectuntur ex dictis per Bart *in l. primum C. de dign. lib.* 12. *n.* 49. qui dicit, nobilitatem tranſire in filios, niſi propter eorum delictum eam amittant, nam propter delictum

quis

quis infamatur, & per infamiam perditur nobilitas, & dignitas, tex. eſt in l. 2. eod. tit. facit etiam tex. in l. Iudices C. eod. vbi furtis, & ſceleribus maculati, honore exuti, inter plebeios habentur, & de eo honore blandiri non permittitur, quo ſe ipſos indignos iudicauerunt, concordat l. infamia de decurion. & l. 2. C. de Palatin ſacrarum largit. hinc dixit Bald. cap. cum quidam, de iureiuran. quod licet nobiles furcis non ſuſpendantur, tamen concurrente enormitate criminis ſuſpenduntur, quem refert Gramm. vot. 3. num. 8. & deciſ. 36. num. 5. Caball. in reſol. crimin. caſu 99. num. 108. & ſeq. tenet, nobilem ratione enormis delicti poſſe, vt plebeium puniri, id probans authoritate Affl. & aliorum Doctorum etiam Regnicolarum, quod maximè conſulto Principe obſeruabitur; prout pluries practicatum fuit teſte Reg. de Pont. in tract. de poteſtate Proreg. in tit. de prouiſion. fieri ſolit. §. 2. erit ergo Iudici arbitrarium.

19 Nec obſtat cap. Reg. ponderatum per Vinc. de Franch. in d. deciſ. 569. quod loquitur in ſimplici furto, & non extenditur ad omnia alia delicta, arg. l. præcipimus in fin. C. de appellationibus,

20 nam quando caſus ſunt diuerſi, & diuerſimodè à lege conſiderantur, lex noua corrigens in vno, non extenditur ad alium glo. in l. quod verò ff. de legibus, Bart. in l. Marcellus ff. ad Trebell.

21 Nec prohibet, ob criminis atrocitatem pœnam augere, quod Iudex poteſt per l. quod ergo pœna grauior ff. de his, qui not. infam. Aluarez in expoſ. leg. prat in cap. 1. num. 12.

22 Et ita obſeruatum fuit per Regium Conſiliarium Scipionem Rouitum delegatum, in perſonam Ioannis Baptiſtæ Domelli, qui quamuis nobilis fuit ad triremes condemnatus.

23 Prædicta tamen tunc locum vindicabunt, cum conuicti, ſeu confeſſi fuerint rei de enormi delicto, ſecùs verò ſi extra ordinem venirent puniendi ex indiciis, pro quo facit tex in d. l. Iudices C. de dignitat. lib. 12. ibi, conuicti, puniuntur enim rei extra ordinem, quando non ſunt conuicti, ſeu confeſſi, veluti de delicto ſuſpecti, non autem tanquam delinquentes, prout conſiderauit Cabal. in reſol. crim.

24 caſu 82. n. 15. ex quibus tenuit non poſſe in hoc caſu condemnari ad intereſſe.

25 Vnde ſi pœna infamiam afferret, vt ictus fuſtium iux. tex. in l. ictus fuſtiũ de his, qui not. inf. non poſſet imponi, vt extraordinaria ex defectu probationis Farin. in quæſt. 81. n. 16. & habuit pro vero M.C.

26 Sed quid ſi conuictus, & confeſſus fuit punitus pro furto extraordinariè, an dicatur eſſe infamis, & tanquam talis repellatur à dignitate, vide Caball. deciſ. 172.

27 Baſtardi à quibus excludantur, latè Tiraquell. de nobil. cap. 15. num. 10. & quid obſeruatur in Gal-

28 lia, & Hiſpania, habes per Otalor. in 2. par. tertia principalis cap. 3. num. 3.

29 Poſt hæc ſcripta fuit idem, quod obſeruatum fuit per Regium Conſiliarium Rouitum num. 22. practicatum per Magnam Curiam vti delegatam de menſe Ianuarij 1628. in perſonam cuiuſdam Actuarij M.C. pro blaſphemia omnipotentis Dei,

30 qui etſi tanquam popularis diues, & honeſtus erat in pœna imponenda, vt nobilis æſtimandus iuxta doctr. Bart. in l. capitalium § ſorni ff. de pœn. quam ſequuti fuerunt Doct. relati per Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. d. §. 2. num. 2. attamen attenta delicti atrocitate fuit punitus pœna perforationis linguæ, & remigationis iuxta Regiam Pragmaticam.

## ARGVMENTVM.

*Minor an poſſit puniri pœna ordinaria ob delicti atrocitatem, & datur intellectus ad pragmaticam de minoribus. Minor quando reſtituatur aduerſus confeſſionem.*

### SVMMARIVM.

1 *Minoribus an per neceſſe minoranda ſit pœna. Deciſ. num. 7.*

2 *Oratio ſeluta æquipollet copulæ in dubio.*

3 *Quando plures orationes ponuntur copulatiuè, non principaliter, ſed reſpectiuè ad aliud tunc requiritur concurſus omnium.*

4 *Minori in atrociſſimis criminibus, & præcisè pro aſſaſſinio, non eſt minuenda pœna.*

5 *Adulto non minuitur pœna* legis Corneliæ de ſicar. *pro homicidio.*

6 *Confeſſio emanata à minore ſine curatore, non nocet, & aduerſus illam reſtituitur, & num. 8.*

7 *Si per Iudicem datus, fuerit minori legitimus procurator, non reſtituitur aduerſus confeſſionem.*

8 *Curatoris datio non eſt neceſſaria minori in atrocioribus, nec aduerſus confeſſionem reſtituitur minor.*

9 *Confeſſio emanata à minore ſine curatore ſi ex inditiis apparet eam eſſe veram, aduerſus illam non reſtituitur minor.*

10 *Minorem detineri in carceribus ratione criminis atrocitatis, donec ad maiorem ætatem perueneris, qua completa puniri remigationis pœna docet obſeruantia.*

11 *Et deciſum fuit in S.C.*

12 *Et quæ pœna exercenda ſit in puberem annorum 16 patientem vitium nefandum.*

## DECISIO LVII.

Minori de neceſſitate (quamuis puberi, & doli capaci) pœnam minorandam eſſe, & pœna ordinaria non poſſe puniri multi Doctores tenuerunt; de quibus per Farinac. de pœn. temperand. q. 92. num. 103. nonnulli iudicem non teneri præcisè minorare, ſed ipſius arbitrio reſidere affirmarunt.

Primam communem eſſe teſtatur Sfort. Odd. in tract. de reſtit. in integr. p. 11. quæſt. 80. art. 9. n. 93. reliquos refert Caball. caſu 134. ad quem ſatis eſt remittere, fundamenta vtriuſque opinionis adducunt Sfort. in d. quæſt. Vrſill. ad deciſ. Affl. 287. qui teſtatur de deciſ. Sac. Conſ. & Reg. Cameræ, & Theſaur. deciſ. 161. 1

Altera per Regiam pragmaticam ſub tit. de minoribus approbata fuit, & ea ſeruanda præcipitur, de qua meminit Vrſill. vbi ſup. & Præſ. de Franch. deciſ. 230. & Caball. præcit. reſolut. 134. in hac pragmatica eſt ſtatutum, & declaratum Iudicantium eſſe arbitrio, an ordinaria, vel mitiori pœna minores delinquentes puniendi ſint, & non neceſſitate minoranda, ſed Iudicis arbitrio omne id eſſe relictum, conſiderata delicti atrocitate, perſonæ

qualitate,

qualitate, delictorum reiteratione, ac aliis conſiderandis rectè perpenſis.

Ex quibus verbis, qui reorum partes tuebantur non poſſe pœna ordinaria puniri dicebant, niſi concurrentibus atrocitate delicti, reiteratione, & praua qualitate perſonæ.

2 Idque fundabant: quia oratio ſoluta æquipollet copulæ in dubio Bart. *in auth. hoc locum n.6.*
3 *C. ſi ſecund.nupſ. mul.* & quando plures conditiones ponuntur copulatiuè, non principaliter, ſed reſpectiuè ad aliud, tunc requiritur vtraque, *l. ſi heredi plures ff. de condit. inſtit.* ſecùs verò quando copulantur principaliter per ſe reſpectiuè ad aliam ſpeciem iuxta tex. *in l. prima ff. de his, qui not. infam. cum concordantibus*, ita diſtinguit Bart. *in d. lege ſi heredi plures, & in l. ſi is, qui ducenta §. vtrum, pæn. col. de rebus dubiis, & in l. prima ff. de his, qui not. infam.* at cum prædictæ copulentur reſpectiuè ad pœnam imponendam, omnium concurſus requiri videtur.

4 Fallit hoc in atrociſſimis delictis, in quibus non ſunt conſiderandæ aliæ qualitates, ſed ſufficit ipſa delicti atrocitas Sforz. Odd. *in d. q. 80. n. 101.* afferens rationem, quia regulariter atrociſſima delicta non committuntur ex cauſa fomitis naturalis, qui dominatur in ætate adoleſcentiæ, ſed vt plurimùm ex innata ſæuitia, & feritate animi, & inclinatione ad ſitiendum humanum ſanguinem, quo caſu nulla eſt deprecatio veniæ, fundat id quoque Gramm. *ſuper conſt. Regni minorum iura num. 7. verſ. ſed ſi eſſemus in atrociſſimis*, vbi refert plures caſus, in quibus fuit practicatum, & non eſſe damnandam Iudicis ſeueritatem, ſi ob atrocitatem, & circumſtantias aggrauantes pœna mortis minorem eſſe puniendum ſibi traxerit, refert Caball. *in d. reſolut. 134. num. 8. verſ. poſſit tamen caſus*, & ita in praxi pluries obſeruatum refert Theſ. *d. deciſ. 261. in princ.* & in ſpecie in aſſaſſinio, & poſſet quoque ſuſtineri hæc limitatio in homicidio commiſſo per adultum, quia adulto non minuitur pœna legis Corneliæ de ſicar. pro homicidio, *l. ſi quis te reum C. ad l.*
5 *Corneliam de ſicar.* Ex quibus per M. C. delegatam fuit vltimi ſupplicij pœna punitus adultus aſſaſſinus.

6 Fuit etiam oppoſitum pro reo, eſſe emanatam confeſſionem ſine curatore, & ſic nullam; per hoc non fuit impedita exequutio ſententiæ, nam dato, quod in Regno datio curatoris practicetur, & ſi non fuerit datus, & petat, vt læſus, minor re-
7 ſtitui, illa confeſſio non nocet iuxta deciſionem Sac. Conſ. relatam per Affl. *in deciſ. 208.* tamen ſi, datus fuerit reo per Iudicem legitimus procurator, ſufficit Marſil. *in l. de minore in princ. n. 54. ff. de quæſt.* Follet. *in pract. crim. in verb. etſi confitebuntur par. prima n. 19. in fin. & eod. verb. etſi confitebuntur par. 3. num. 49.* Farinac. *de reo confeſſ. & conuict. quæſt. 81. limit. 4. num. 367.* quod fuit ſeruatum in caſu, in quo datus fuit Aduocatus pauperum, qui pro reo fortiter fuit patrocinatus, & in cunctis fuit auditus.

Inſuper in atrocioribus non requiritur datio curatoris, nec reſtituitur minor Follet. *in d. prima par. in verb etſi confitebuntur n. 19. verſ. fallit in*
8 *crim. læſæ Maieſtatis*, & in atrocioribus Vrſill. *ad deciſ.* Affl. 206. refert, ſic deciſum, Farinac. alios adducit *in tit. de reo confeſſo, & conuict. q. 81. num. 383. cap. 10.*

9 Nec eſt omittendum, confeſſionem fuiſſe iuxta Inditia, quo caſu non reſtituitur minor, cùm faciat id, quod quilibet maior facere tenetur Sarmient. *ſelect. interpret. lib. 3. cap. 13. num. 10.* Farinac. *in d. quæſt. 81. de reo confeſſ. & conuict. cap. 10. num. 386. & ſeq.*

Fuit obſeruatum quoque ob criminis atrocita- 10
tem detineri minorem in carceribus, donec ad maiorem peruenerit ætatem, & maior factus ſit, & ſi non ordinaria, attamen graui extraordinaria puniri, veluti remigationis, vſu enim receptum eſt, minores imberbes ad triremes non traſmitti ob vitanda ſcandala, vnde in cauſa Andreæ Ciccoteſe minoris inquiſiti de appenſato, & proditorio homicidio in perſonam Bonni Martorati, vt in banca Ragoni die 31. Ianuarij 1625.

Per Magnam Curiam Vicariæ fuit prouiſum, 11
quod remiget vita durante.

Appellauit in S. C. & prouiſum, viſa perſona benè appellatum, & remaneat carceratus per triennium in carceribus M. C. V. quo tempore elapſo tranſmittatur ad Regias triremes, in quibus remiget per quinquennium taliter reformantes.

Fuit etiam dubitatum in M. C. an confeſſus vi- 12
tium nefandum vti patiens, pubes ann. 16. qui per ſex menſes talia paſſus fuit, ſit puniendus ordinaria pœna. Aliqui ex DD. Iudicibus M. C. cenſuerunt ob atrocitatem eſſe puniendum pœna ordinaria, afferebant authoritates Grammat. *in conſt. minorum iura num. 7. in fin. verſ. per quod dictum annis proximè decurſis*, qui ita fuiſſe obſeruatum dicit, & ad vltimum ſupplicium condemnatum minorem, & quod flammis combureretur, Pet. Follet. *in repet. pragm. de ſodom. nu. 43. ver. ſed verum hac Regia pragmatica*, idem teſtatur obſeruari, ſed in fine cogitandum dicit, verùm his non obſtantibus maior pars eſſe extra ordinem puniendum cenſuit Io. Baptiſtam Cortuccium ſub die 22. Iulij 1639. in banca Ioelis quod ſtillis laideis percutiatur, & detineatur per decem annos in carceribus.

## ARGVMENTVM.

*Qua pœna plectendus ſit præſentans apocam alteri ſoluendam, ſibi mutato nomine, vt pecuniam reciperet.*

### SVMMARIVM.

1 *Qua pœna puniatur præſentans apocam alteri ſoluendam, mutato nomine, vt pecuniam reciperet.*
2 *Et pœna falſi puniri oſtenditur, quæ falſi pœna de iure eſt arbitraria, & num. 4.*
3 *Et ſi pecuniam acceperit, furtum committit.*

### DECISIO LVIII.

ACceſſit Andreas Calandrellus ad menſam 1
numulariam, in qua apocam alteri ſoluendam mutato ſibi nomine præſentauit, vt pecuniam reciperet, quo comperto fuit apprehenſus, dubitabatur de pœna.

Nulli dubium eſt, quod falſi pœna coërcetur, 2
cùm concurrat fraus, & alterius præiudicium, *l. falſi nominis ff. ad l. Corneliam de falſis*, & ibi gl.

&

& Bart. & *l. prima C. de mutatione nominis*, Farinac. *in tract. de falſitate, & ſimulatione q.150.*
3 *part.5.* & ſi quid acceperit, furtum facit *l. falſus creditor ff. de furtis.*

4 Falſi pœna de iure arbitraria eſt iuxta cumolata per Muſcarell. *de cognitione, ſeu probatione delictorum in tit. de falſis*, & per Farinac.

Fuit ſub die 8. Auguſti 1619. per M. C. pro mutatione nominis in exilium miſſus per trienniom extra Prooinciam, licet fiſci patronus acriter inſteriſſet pro pœna remigationis.

## ARGVMENTVM.

*Fabricans falſam monetam æneam modici valoris, qua pœna puniendus ſit? Et quid ſi in illa imago Principis inſculpta ſit?*

### SVMMARIVM.

1 *Fabricantem falſam monetam æneam modici valoris pœna ordinaria puniri poſſe negatur.*
*Affirmatur verò pœna vltimi ſupplicij puniri fabricantes æneam monetam, in qua Principis imago inſculpta ſit, & qua ratione? explicatur n 4. & ita deciſum n.9.*
2 *Monetam alterius materiæ, quam plumbi, vel ſtanei expendentem extra ordinem puniri ſuſtinetur.*
3 *Statutum aliquid ſub pœna prohibens, vt puta ſi de vulnere loquatur, ſiue domum ædificare prohibeat, viliſſima, vel minima non comprehendit, nec ad domunculam, vel paruum tugurium, neque ad vulnuſculum extenditur.*
5 *Materia nummi publica forma percuſſa eſſe debet, & imaginem, effigiem, ſiue ſignum Principis habere.*
6 *Solus enim Princeps, cuius ſolius ſignum imprimitur primitius, facit ſuam pecuniam cudi.*
7 *Ideoque priuatus pecuniam taliter cudens, Maieſtatis crimen committere dicitur, & quare?*
8 *Et adulterina dicitur, quando ad alium, quam Principem tranſit authorem.*

## DECISIO LIX.

1 NOn poſſe puniri pœna ordinaria fabricantem falſam monetam æneam modici valoris tenuit Alex. ad Bar. *in l. elegaater §. qui reprobes in apoſtill. mag. circa finem verſ. puta vbicunque ff. de pignorat. act.* idem dixit *in conſ. 104. num. 7. lib. 1.* qoem ſequutus fuit Hyppolit. *conſ. 71.* & Caball. *in reſolut. crimin. caſu 199.*
2 ſuſtinet authoritate multorum Scribentium extra ordinem puniri expendentem monetam alterius materiæ, quam plumbi, vel ſtanei.

Fundamenta Alex. ſunt ex text. *in l. Senatus*
3 *§ Marcellus ff. de leg. 1.* per quem infert ad ſtatutum prohibens aliquid ſub pœna, quod non comprehendit viliſſi na, vel minima. Vnde ſtatutum prohibens ædificare domum, non extenditur ad domunculam, & paruum tugorium, & ſimiliter ſtatutom loquens de vulnere, non extenditur ad volnuſculum Rom *in l. prima §. excuſaatur ff. ad Syilanian facenns l. prator §. quod ſi mancipium, & l. eadem ff. de edil. edict. cum concordantibus per eam adductis.*

Secus ſi æneam monetam fabricauit, in qua 4
imago Principis eſt inſculpta, nam tunc pœna vltimi ſupplicij punitur, qood conſiderauit Adl. *in conſt. Regn. adulterinam num. 4. verſ. tertiò verò;* nam quando aliquis priuatus authoritate propria aureum, vel æneum nommum figotat, & inſculpit, & figura, ſiue forma imprimitur cudendo, & percutiendo materiam auri, vel æris, & ita fabricatur nummus, qood eſt omnino priuatæ perſonæ prohibitum, eum materia num-
mi debeat eſſe publica forma percuſſa, vt *ff. de* 5
*contrab. empt. l. prima circa principium*, ideſt habere imagines, effigies, ſiue ſignum Principis, vt *C. de ve. num. po. l. prima, & l. fin. lib. 11.* vt *ff. de*
*aur. & arg. leg. l. quintas §. ſi aurum*, ſolus Prin- 6
ceps, cuios ſolius ſignum imprimitur, facit ſuam
pecooiam cudi *C. de falſ. monet. l. 2.* & ideò pri- 7
uatus taliter cudens pecuniam, dicitur crimen Maieſtatis committere, vt in eadem *l. 2.* quia contra honorem Principis attentat, dum ſignum, & imaginem eius vſurpat, arg *C. de bon. vacan.*
*l. 3.* ideoque adulterina dicitur, quando tranſit 8
ad alium authorem, quam Principem gloſ. *in*
*conſt. adulterinam*, & ita obſeroatum fuit per M. 9
C. vti delegatam, & vltimi ſupplicij pœna puniti fuerunt, Ioſeph de Roſa, & ſocij ſub die 17. Septembris 1624. qui æneam monetam cudebant, in qua facies Principis erat ſculpta, in ædibus cuiuſdam priuati, qui per ſententiam foriudicatus fuit.

## ARGVMENTVM.

*Scribæ fiſcales M. C. reuelantes ſecreta inquiſitionum falſi tenentur,*

### SVMMARIVM.

1 *Notarius, Iudex, & ſi quis alius reuelat ſecreta partibus quomodo ſit puniendus.*
2 *Notarius oſtendens iura penes ſe depoſita parti aduerſæ ſine licentia Iudicis, & voluntate partis, falſum committit.*
3 *Notarius ante cauſa publicationem reuelans partibus teſtium depoſitiones commiſtis falſum.*
4 *Scripturas, & inſtrumenta apud ſe depoſita, oſtendens contra voluntatem deponentis, falſi tenetur.*
5 *Doli coniectura eſt, cum quis non facit, quæ pro ſuo munere, & officio facere tenetur.*

## DECISIO LX.

STante ſtatuto, vel edicto, quod denuntiator 1
alicuius delicti teneantur in ſecreto, neque nomen eius pandatur, ſi Notarius, vel Iudex, vel alius propalauerit, punietur pœna ſtatora, ſi ſcripta erit, ſin autem arbitraria; Notarius quoque, qui ſecreta Iudicis partibus, vel ſecreta vnius partis, alteri aduerſariæ iodicauerit, incurrit pœnam falſi, Deciani. *in tractat. crimin. lib. 7. de reu. ſecreta, & literas*

*aperientibus cap.* 17. *num.* 37. *& num.* 40. qoem refert,& ſequitur Menoch. *de arbitr. Iud. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 537. *num.* 26. tractans materiam reuelantium ſecreta.

2 Et Notarios, vel quilibet alios ſecundum Gandi. *de falſis* penes qoem depoſita ſunt iora partis, ſi copiam eorum fecerit parti adoerſæ ſine licentia, & voluntate ipſius partis, falſum committit; imò non ſolum requiritor prædicta licentia, ſed etiam licentia Iudicis ad hoc, vt Notarius poſſit dare acta cauſæ alteri parti, Bal. *in l. is, apud quem, in princ. de eden.* vbi Paul. de Caſtr. Hyppol. *col. prima* §. *fin. de falſ.* Angel. *de maleſ. verb. falſario verſ. quæro ſi*
3 *aduertas*, & ſi de examine teſtiom rogatus fuerit, ſi ante eorum publicatiooem reoelauerit partibus, vel alteri eorum illud, qood dixerunt teſtes, falſum committit Hypp. *in d. l. prima* §. *fin. de falſ.* Gandi. *de falſ. num.* 25. Monticell. *in pract. crim. in reg.* 15. *de crim. falſ. n.* 65. *&* 66.

4 Falſi cum teneri per text. *in l. prima* §. *qui in rationibus, & l. inſtrumentorum ff. de falſ.* voluerunt Scribentes relati per Farinac. qoos ipſe ſequitur *in quæſt.* 150. *in tract. de falſis*, qui eſt io 5. *vol. n.* 100. qui depoſita penes eum inſtromenta, vel ſcripturas, aliis oſtenderit contra voluntatem deponentis.

Tanquam falſarios puniendos cenſuit M. C. vti delegata Scribas fiſcales, penes qoos occoltatæ repertæ fuerunt informationes, io quibus non erant notati dies io receptione teſtium, nec regiſtraræ, nec in eis rubricæ appoſitæ, ex quibus dolus præſumitur, dum & dies in receptione teſtiom erant appooendi, & regiſtrandæ, & rubricandæ erant, & in archiuio publico cuſtodiendæ; nam coniectura doli eſt, quando qois non facit, quod pro ſuo monere, & officio facere tenetur, *l. dolus ff. mandat. cum concord.* iodoctis per Menoch *lib.* 5. *præſumpt.* 3. *num.* 66. *verſ. quarta eſt coniectura*, ideò fuerunt tormentis ſuppoſiti Fabius Brettoous, & Franciſcus Antonius Stantionus de anno 1618. de meoſe Iulij.

5 Pro quo facit text. *in l. prima* §. *qui in rationibus, & in l. inſtr.* §. 1. *ff. ad l. Corneliam de falſ.* ibi, *vel vt verum non appareat, quid celauerunt, ſurripuerunt, deleuerunt, ſubiecerunt, reſignauerunt*, vnde Monticell. *in praxi crim. regul.* 15. *num.* 83. *verſ. occultans acta Iudici*, tenuit, qood occultans acta Iodici, vt veritas occulteretur, falſum committit, & pœna falſi puniri debebit, allegat Ioan. de Anan. *in conſ.* 11. & Ang. *in l. prima de public. iudic.* & in occultante acta publica in pœnam falſi iocidere, refert Fraoc. Marc. *quæſt.* 669. 1. *vol.* & Parin. *in tract. de falſ. quæſt.* 150. *num.* 155. vbi *de occultante acta Iudici.*

Ex his cenſuit Conſiliarius Ronitus delegatus eſſe procedendum de falſo contra Scribam fiſcalem, qui reuelauit probata in inquiſitiooe, quod per *Regiam pragm. in tit. de off. M. Cur. pragm.* 29. *verſ. item quod directè, vel indirectè*, vetitum eſt non adiecta certa pœna.

## ARGVMENTVM.

*Officiales cum inquiruntur de delictis in adminiſtratione commiſſis, ſi ipſis probatis veniant puniendi pœna priuationis, ſummariè conſtito de ſuſpicione, ſunt ſuſpendendi ab officio, & beneficio, ſi de leui, ab adminiſtratione tantum, quamuis teneant officium abſque iuriſdictione, & traditur praxis procedendi.*

## SVMMARIVM.

1 *Officiales in officio falſitatem committentes, vel alias grauiter delinquentes, officio priuandi ſunt, & in quibus aliis caſibus veniant priuandi.*
2 *Falſitas ex quibus arguatur.*
3 *Officiales etiam iuriſdictionem non habentes, pendente inquiſitionis iudicio contra ipſos in adminiſtratione, taliter delinquentes, quod probato delicto veniant ab officio remouendi, de ſuſpicione ſummariè conſtito; ſi de graui inquiruntur delicto, ab adminiſtratione, & beneficio ſuſpendendi ſunt, ſi de leui, ab adminiſtratione tantum, & quare, & n.* 9. *& ſeqq. Et ita deciſum num.* 11.
5 *Officij nomen eſt ad omne miniſterium generale, ideoque illud largo tam modo cuſtos etiam portarum habere dicitur.*
6 *Officij verò nomen ſtrictè, ac per ſe ſumptum eum tantum, qui iuriſdictionem habet, & coram quo acta fiunt, continere dicitur.*
7 *Et hac ratione de delictis officialium iuriſdictionem habentium ex diſpoſitione ritus M. C. ſola ipſa M. C. cognoſcit, non ſic de aliis, vt Actuariis, & Curiarum ſeruientibus, qui illa carent.*
8 *Notarius falſum conficiens inſtrumentum, quæſtione falſi pendente, Notarij officium exercere an poſſit, inſtrumentaque valida cenſeantur.*
10 *Tutori ex ſola accuſatione, adminiſtratio interdicitur.*
11 *Facilius interdicitur adminiſtratio non habenti iuriſdictionem.*
12 *Officialis propter negligentiam poteſt puniri priuatione officij, & ita deciſum.*
13 *Præſumitur contra officialem in geſtis contra naturam officij.*
14 *In exilium miſſi non admittuntur ad adminiſtrationem.*

## DECISIO LXI.

MAgiſter ædis monetariæ, cæterique eiuſdem ædis, miniſtri de falſitate in eorum adminiſtratione inqoiruntur, pro qua poſt probationem prioandi veniunt officio, & maiori pœna plectendi; dum enim tam grauiter in officio deliquerunt, officio priuandi ſont, ad text. *in l. ſi aliquid C. de ſuſcept. libr.* 10. per quem text. dicit Affl. *in conſt. Reg. officiales Reipublicæ n.* 1. *verſ. caueant etiam, ne committant aliquam fraudem in eorum officio: quia ſunt priuandi officio, & ad illud redire non poſſunt, etiam reſcripto Principis.*

Et

1 Et falſitatem committens in officio, ptiuandus erit officio, Ftane. Maec. *dec.* 667. *p.*1. Fariii. *in* 5. *tom.de falſis. quæſt.*150. *num.*44. *in fin.* In quibus aliis caſibus veniant priuandi officio, habes pec Amode.Iuſt. *in tract.de ſyndicat. in part.olim poteſtatem d. Ciuitatis*,& per Fraoc. de Auiles *in expoſit. cap.ſeu legum prætor.cap.*11. *in verb. ley.*

Quid de illis, contra quos vrgent indicia, & inter cæteea aliqua, quæ conſidersta reperiuntur à Scribentibos eelatis pec Fatinsc. *in d.*5. *tom. de falſit. q.*133. *num.*166. videiicet ex
2 diuerſitate papyri, & ſigni:nam tunc falſiratem argui ptobauit idem Far.ex aliegat.per Mantic. & per Parid. de Puteo, idem quando ex pluribus quinternis, quorum vnum non eſt ſimile aiteri, quia vnum continet plures cartas, quam alterum, ex quo oriri falſitatis præſumptionem authoritate plurimorum Scribentium idem Farinac.*paulò inferiùs aut n.*168.

3 Inſtitit fiſcus, adminiſtrationem eis interdicendam eſſe ea communi Doctorum ſententia, qui non dubitauerunt, pendente iudicio contra delinquentes in adminiſtratione in caſibus, in quibus plenè peobatis prætenſis delictis, venirent ab officio remouendi, ſummatim conſtito de ſuſpicione adminiſtrationem interdicendam eſſe ex diſtinctione Batt. *in l. libertus* §. *in quæſtionibus ff. ad municipal.* quos adducunt, & in praxi ſic obſeruari teſtantur Præſ. de Franch. *deciſ.*8. Reg.de Pont. *deciſ.* 7. Franc. Marc. *deciſ.* 653. Cabali. *deciſ.* 76. Garſ. Maſtrill. *in tract. de magiſtr. lib.*6. *cap.* 5. *num.* 45. Ioann. Andr. de Georg. *alleg.* 42. *num.* 21. (quicquid dicat Gabriel. Berart. nouiſſimè impreſſus *in ſpeculo viſitationis cap.*7. qui non niſi probatis deiictis dicit poſſe ſuſpendi officiales) rationes afferunt Scribentes relati per Præſ. de Franch. & inter cæteros peopter infamiam, & ne officiales exiſtentes in officio terreant teſtes; altera fuit conſideeata à Fran. Marc. *in d. deciſ.* 652. *numer.* 3. ad euitandum ſcandalum, & à Reg. de Poot. *dec.* 25. *in princ.* imò non ſolum ab adminiſtratione ſuſpendendi ſunt, ſed etiam à beneficio propter grauitatem criminis; tunc eſſet tamen adminiſtratio interdicenda, quando de leuibus delictis eſſent inquiſiti, ita diſtinguit Reg. de Pont.*in d. deciſ.*25. *num.*3.

Quod ampliat Guliel. de Benedictis *in cap. Raynutius in tit. de compendioſa ſubſtitut. ſect. mortuo teſtatore, prima num.*315. *verſ. vnde licet accuſatus de delicto*, & ſi delictum extra officium commiſſum, quando taie crimen ſcandalum generaret propter publicam infamiam accuſati *cap.inter ſollicitudines de purgat.canon.* ac ſi in ſuo officio deliquiſſet, & interdicetetur adminiſtratio, ſecuodum Bart. *in d.* §. *in quæſtionibus*,& Ioan.Fab.*in* §. *ſi quis autem ff. de ſuſpect.tutor.*

4 Ex quibus inoleuit praxis relata per D. de Pont. *in d. deciſ.* 7. *num.*15.*verſ. quod dum quis inquiritur de delictis*, vt dum quis inquiritur de grauibus delictis, duo fiant iudicia, vnum ſummarium ad finem ſuſpendendi, durante inquiſitione, & alterum plenarium ad finem condemnandi. In primo ſufficit ſummatim probare ſuſpicionem, & hanc per coniecturas, quod ſufficit ad ſuſpenſionem, alterum iudicium erit veritatis delicti, qua veritate probata priuatur officialis in perpetuum, & ſic DD. reaſſumunt communiter, ſubdens, eſſe audiendum reum in hoc iudicio ſummario ſuſpenſionis, & danda eſſe capita, ex quibus prætenditur ſuſpenſio cum facultate ad pereunctandum vna cum ſcripturis,& ita obſeruatum fuit. De practica ſuperſedendi in hoc ſummario iudicio faciunt dicta per Conſiliar. D. Franciſcum Merlinum *controuerſ. cap.* 40. *num.*15.

5 Defendentes reos aduerſus prætenſa per fiſcum, dicebant, dicta delicta quoad ſuſpenſionem procedere contra illum, qui proprie, & ſtrictè dicitur officialis: nam licet nomen officij ſit generale ad omne miniſterium ſecundum gloſſam *in l. legatis* §. *ex officio ff. de leg.*3. Gemin. *in cap. vt officium de hæretic. in* 6. *cum nota.* per Cagnol. *in l. dum functo num.*14 *ff.de offic.* Aſſeſſ. adeò quod etiam cuſtos portarum dicitur habere officium, vt notat Boet. *deciſ.*
6 149. *num.*1. quod largo modo ſic denominatur; tamen ſtrictè continet ſolum eum, qui iuriſdictionem habet, & coram quo fiunt acta, *l. fin. ff. de re iudicat. l.eum ff. de in ius voc.* Andr. *in tit. quæ ſint regal. in ver. ad iuſtitiam capiendam num.*66. & 67. & Affl. ibidem in *verb. poteſtas num.*47.

7 Hinc ſequitur, quod *rit. M. C. V.* 49. diſponens, vt de delictis officialium ſola M. C. cognoſcat, procedit in officialibus ſtrictè, non autem largè, ſcilicet in habentibus iuriſdictionem: quia ſumus in materia exorbitanti, & odioſa, *l. ſi ſerui veſtri C. de noxal.act. cum aliis allegatis* pec Caran. *d. ritu* 49. *num.* 22. *ac ſequenti*, qui propterea infert, non includi in eo ritu Actuarios,& ſeruientes Curiarum, & comprobat Dom. de Franch. *in dec.* 407. & de his officialibus iuriſdictionem habentibus loquuti ſunt DD. in materia ſuſpenſionis, vt Dominus de Franch.*d.deciſ.*8.Reg de Pont.*d.deciſ.*7 & 25. D. Conſil. Georg. *alleg.*42. Gutier. *pract.quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 39 *num.* 190. *cum ſeq.* & dum dicti inquiſiti non ſunt officiales iuriſdictionem habentes, non poſſunt ab eorum officiis ſuſpendi.

8 Et propterea quando tractatur contra officiales non habentes iuriſdictionem, ſicuti in Notario conficiente falſum inſtrumentum,DD. dixerunt, pendente quæſtione falſi, poſſe eius officium exercere, inſtrumentaque valida eſſe Franc. Marc. *deciſ.* 299. *num.* 3. & 4. *volum.*2. Boet. *dec.* 150. *num.*15. Gutier. *loc. cit. num.*7. *in fin.cum ſeq.* & Azeued. *in conſt. Hiſp.in l.*23. *num.*5.& *ſeq.lib.*4. *tit.*25.

9 Pro fiſco dicebatur, adminiſtratores, etiam iuriſdictione carentes, cum de mala adminiſtratione inquiruntur, concurrentibus requiſitis ſuperius dictis, eſſe ſuſpendendos ab adminiſtratione Ioan. Fab. *in* §. *ſi quis autem inſtit. de ſuſpec.tutor.*facit text. *in l.eum,quem C.de*
*ſuſpectis tutor. d.*§ *ſi quis autem inſtit. eod.* qui in 10
tutore loquuntur non habente iuriſdictionem, & his iuribus Bart. *in d.* §. *in quæſtionibus*, fundauit præfatam diſtinctionem, quam omnes Scribentes iiſdem iuribus moti ſequuti ſunt, & nullus ex prædictis Doctoribus ad officiales cum iuriſdictione reſtrinxit, nec conſtituerunt differentiam, Dom. Reg. de Pont. *in præalleg. deciſ.*25. dicit, quod in tutore accuſatio ſola ſit

ſofficiens ad ſuſpenſionem, in officiali verò vltra accuſationem requiritur vel infamia, vel ſcandalum, vel ſuſpicio. & ſufficit leuis ſuſpicio ibi *num. 3. verſ. & vnum eſt, ſi ex ſola accuſatione*; ex
11 quibus colligi poteſt, quod facilius interdicitur adminiſtratio non habenti iuriſdictionem, vt procuratori, & tutori, quod conſiderauit Ioann. *in d. cap. licet* Heli *num. 4. in fin. verſ. hic nota, quod etiamſi quantumcumque.*

Ex his die 24. Iulij 1623. in cauſa officialium Regiæ Syclæ inquiſitorum de pluribus fraudibus, in decreto, in quo fuerunt ipſis datæ defenſiones, fuit dictum, quod ſuſpendantur ab adminiſtratione, Iudicantibus ex delegatione ſpectabili Regente Valenzuela, & Conſiliariis Rouito, ac Nicueſa, me interueniente pro fiſci patrono.

Et fuit etiam obſeruatum in perceptoribus Prouinciarum per delegatos contra ſignificatos, &c.

Et de menſe Decembris 1626. per Dominos delegatos Regios Conſiliarios Scipionem Rouitum, Bernardum Zoſiam, & Carleualem, me pro fiſco patrocinante, fuerunt ſuſpenſi ab exercitio, & beneficio, volgò dicti, *li Portulanoti, e fanti, e Guardiani di Dubana*, quorum erat, immiſſiones, & extractiones non permittere abſque ſolutione iurium regalium, & ſi contra eos
12 non conſtabat aliqua fraus: quia propter negligentiam poterant puniri priuatione officij, Dec. *in l. ſi quis in conſcribendo num. 15. verſ. ſextò nota C. de pact.* Crauett. *conſ.* 132. *num.* 2. Boſſ. *de offi-*
13 *cial. corrup. pecun. num.* 54. præſumitur enim contra officialem in geſtis contra naturam officij Alciat. *præſumpt.* 15. *num.* 3. Menoch. *præſumpt.* 85. *num.* 16. *lib.* 5.

Idem obſeruatum fuit per M.C. delegatam ſub die 14. Nouembris 1631. contra Nardum Longum Scribam fiſcalem ordinarium, ex eo, quia per annum, & plus tacuit, & non prouidendo Iudici acta produxit contra reum inquiſitum de emptione rei furtiuæ, qui falſis literis à carceribus fuit dimiſſus.

14 In exilium miſſi non admittuntur ad adminiſtrationes magiſtratuum Borrell. *de magiſtrat. edict. c. 11. lib.* 1. fundat, & alios adducit.

## ARGVMENTVM.

*An Proregi liceat inquirere, in vincula conijcere, vel interdicere Regentibus, quorum gradus qualis, quantuſque ſit, ad ſaturitatem traditur.*

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio Proregum eſt ad inſtar Præſidum, & Proconſulum.*
2 *Poteſtas Proregum non extenditur ad homines extra Prouinciam.*
3 *Conſiliarij à latere ſunt pars corporis, & communicant eandē iuriſdictionem cum Prorege.*
4 *Regentes Cancellariam habent votum deciſiuum, ſine quo Prorex nil agere poteſt.*
5 *Mortuo Prorege, Collaterale Conſilium exercet eandem iuriſdictionem.*
6 *Regia Cancellaria æqualis ipſo Regi iudicatur.*
7 *Prorex non poteſt de plenitudine poteſtatis tollere, quæ iuſſit Cancellaria.*
8 *Regentes in negotiis iuſtitiam concernentibus, omnimodam, & abſolutam poteſtatem habent.*
9 *Proreges non poſſunt impedire exequutionem prouiſionum, quæ à Rege tranſmittuntur.*
10 *Proreges prohibentur eligere Iudices Mag. Curiæ, & Auditores Reg. Prouinciarum, alioſque officiales abſque interuentu Collateralis Conſilij, & notantur verba Regentis de Ponte.*
11 *Prorex non habet iuriſdictionem contra Regentes Cancellariam, & quare, & num. ſeqq.*
12 *Regia Cancellaria eandem habet Iuriſdictionem ordinariam, quàm Prorex.*
13 *Officialis non poteſt procedere contra ſuum Locumtenentem.*
14 *Officiales, & Iudices Prouinciæ ſi deliquerint in Prouincia, debet hoc ad Principem referri per Præſidem.*
15 *Iuriſdictio tam ordinaria, quàm extraordinaria nunquam præſumitur, niſi appareat ex ſcriptura.*
16 *Poteſtas iudicandi aduerſus Regentes eſt de regalibus, & ſupremæ Principis poteſtati reſeruatur.*
17 *Suprema iuriſdictio, & poteſtas penes Regem reſidet.*
18 *Præſes in ſubditos, & homines de Prouincia tantùm iuriſdictionem habet.*
19 *Iuriſdictio tanquam qualitas accidentalis eſt probanda.*
20 *Officiales tenentur oſtendere literas ſuæ poteſtatis.*
21 *Iuriſdictio delegata ſtrictior, & debilior eſt, quàm ordinaria.*
22 *Delegatus tenetur oſtendere titulum ſuæ commiſſionis ante eius vſum.*
23 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis validiſſima, & irreparabilis, ac maior de mundo.*
24 *Inquiſitio generalis non eſt de iure licita, niſi in fine temporis in officialibus annalibus, in perpetuis vigeſimo quolibet anno.*
25 *Pro eadem cauſa non poteſt aliquis apud diuerſos Iudices inquietari.*
26 *Viſitatio extraordinaria poſt ordinariam fieri non poteſt, niſi præcedente diffamatione.*
27 *Contra miniſtros Regios non ita facilè procedendum, ſicut contra alios.*
28 *Inquiſitio, quæ ſubſequitur aliam inquiſitionem generalem, præſumitur calumnioſa.*
29 *Prorex de malè geſtis per officiales perpetuos tenetur certiorare Regem.*
30 *Officialis non poteſt carcerari, niſi in caſu fugæ.*
31 *Iudex, qui deponit officium ſine licentia Principis, maculam læſæ Maieſtatis incurrit.*
32 *Officialis non debet remoueri, nec ſuſpendi, niſi pro cauſis enormibus, vel grauiſſimis.*
33 *Incipere ab exequutione, & captura perſonarum iura abhorrent.*
34 *Eadem cauſa requiritur ad ſuſpendendum, quæ ad priuandum ab officio.*
35 *Non excuſatur ſuſpenſio, ex quo fuerit neceſſaria ad inquirendum.*
36 *De iniquo modo procedendi per Iudices.*
37 *Reſpondetur doctrinæ in contrarium adductæ D. de Ponte.*

38 *Luſtru*

38 Inſtrumentum liquidari contra militares ordines Collateralis poteſt in Magna Curia via ritus.
39 Priuilegia ceſſant, in quantum laeditur vtilitas publica.
40 Dictum Io. Franciſci de Ponte, quod verus Viſitator eſt Prorex, expenditur.
41 Sacrilegij inſtar eſt de poteſtate Principis diſputare.
42 Rex de potentia ordinaria non poteſt reualidare inquiſitionem, & ſupplere eius nullitatem.
43 Princeps poteſt proceſſum nullum ex defectu iuris poſitiui ratum habere.
44 Expenditur text. cap. ad petitionem extra de accuſat.
45 Proceſſus nullus ex defectu iuriſdictionis annullatur, etiam parte non opponente.
46 Nullitas ob non ſeruatum ordinem iudiciarium poteſt ſuppleri, & reualidari per Principem.
47 Notorium facti, vel iuris quando dicatur, vel ne.
48 Notorium iuris non reſultat ante concluſionem in cauſa, & quare.
49 Quomodo ſit ſaluanda reuerentia Praeſidis errantis, ex ſententia.
50 Poteſtas ordinaria Principis non extenditur ad reualidandum nullitates.
51 Poteſtas abſoluta Principis quid ſit, & de eius plenitudine.
52 Imperator, & Rex non ſubditus poteſt omnia, quae ſunt ſupra legem, & contra legem.
53 An debeat adſtrui in Principe Chriſtiano poteſtas abſoluta.
54 Poteſtas abſoluta non extenditur ad ea, quae ſunt irrationabilia.
55 Plenitudo poteſtatis debet exerceri claue diſcretionis, non errante, & cum temperamento.
56 Officialis non poteſt priuari, niſi cauſa plenè probata, & quare.
57 Poena infamiae reputatur poena corporalis.
58 Reualidatio ob praeiudicium tertij fieri non debet.
59 Princeps ius tertij nunquam laedere vult, nec debet.
60 Cur perperam facta à Prorege non debeant confirmari?
61 Philippus II & ſua Maieſtas quid in ſimilibus prouiderit.
62 Plura exempla enumerantur, in quibus idem fuit ſtatutum.
63 Exempla, & lex data de praeterito negotiis eſt omninò ſeruanda.
64 Rex debet ſeruare legem tanquam proprium honorem.
65 Multa enunciantur abſurda, quae ſequerentur, ſi Prorex haberet coercitionem contra Regios Conſiliarios.
66 Conſiliarij Regij debent reſiſtere ſaepè Proregi, & habere libertatem in votando.
67 Legem quaerere, vbi eſt ratio naturalis, eſt infirmitas intellectus.
68 Iuſtitia conſiſtit in naturalibus argumentis.
69 Quem honorem debeant Praeſides exhibere Conſiliariis.
70 Praeſes non poteſt punire Conſiliarios, & ob quas rationes.
71 Praeſes Prouinciae an poſſit Aſſeſſorem punire delinquentem in officio.
72 Plurimum refert, Rempublicam à pluribus adminiſtrari, & non à ſolo Praeſide.
73 Notantur verba Regentis de Ponte.
74 Correctio, & viſitatio Conſiliariorum eſt de Regalibus, reſeruatis perſonae Regis.
75 Tributa Regi à populis praeſtantur principaliter, vt conſequantur Magiſtratus iuſtitiae, & pacis cultores.
76 Regalia ſummopere ſunt defendenda per Regem.
77 Princeps eſt maritus Reipublicae.
78 Rex tolerare non debet ſuos Conſiliarios à Prorege cognoſci, & quare.
79 Princeps non debet eſſe ſuſpectus, nec facilis ad credendum.
80 Ambitioſorum Iudicum artes.
81 Viri literati ad curam Reipublicae premiis, & non metu alliciendi.
82 Regentes Regiam Cancellariam habent votum deciſiuum.
83 Quantum cultus, & honor literarum Reipublicae conferat.
84 Princeps peccat, ſi non ſequatur vota ſuorum Conſiliariorum.
85 Abſurdum, quod ſequitur, ex quo haec inquiſitio concurrit cum viſitatione generali.
86 Epilogus totius conſultationis.
87 Certandum eſt pro honore, qui aequiparatur vitae.
88 Dicens ſe habere iuriſdictionem, tenetur de ea docere.
89 Iuriſdictio Proregis eſt limitata ad Prouinciales.
90 Regentium nomen fuit cognitum iuri Romanorum.
91 Cancellaria vnde dicatur.
92 Quaeſtor, & Cancellarius idem ſunt.
93 Prorex ſuccedit loco Proconſulis, & Praeſidis.
94 Regentes Cancellariam Neapoli funguntur vice Praefecti Praetorio.
95 Nomina, & praeeminentia officiorum fuerunt ſaepius mutata.
96 Iuriſdictio Praefecti Praetorio fuit magiſtratibus Prouinciarum conceſſa.
97 Conſtitutio Iuſtiniani de moderatore Arabiae collat. 10. appoſitiſſimè expenditur, quod Rex imperat, vera lex eſt.
98 Quapropter non fuerit ab aduerſo ſatisfactum incongruentiis adductis.
99 Quae mouere debeant Regem ad legem condendam.
100 Reſcriptum Regium prohibitiuum ſuper caſu inducit ſummam nullitatem.
101 Nullitas perpenditur ob factum contra iuris deciſiones, & ordinem Regis.
102 Stante Regio reſcripto ceſſat bona fides, quae non prodeſſet, etiam ſi adeſſet.
103 Tranſgreſſio praecepti Regis prohibitiui non poteſt fieri ſine peccato.
104 Communis error non conſideratur in ſententia paucarum perſonarum, ſed totius populi.
105 L. Barbarius ff. de offic. Praetoris non procedit in delegato.
106 Inſtructiones quae Proregi à Rege dantur.
107 Duratio, & tractus ſucceſſiuus carcerationis inducit poenam.
108 Verba inſtructionis ponderantur.
109 Diffamatio contra officiales emanare debet à multis fide dignis.

110 *Prorex non poteſt facere proceſſum contra officiales ſub prætextu referendi.*

111 *Officialis ſi accuſatur de extorſionibus, inquiri debet, non ſcribendo dicta teſtium.*

112 *Caſus diſtinguuntur in iure inter referre tantum, & referre, & procedere.*

113 *Inſtructiones ſunt à Proregibus ſtrictè ſeruanda.*

114 *Inducta ad diminutionem non debent operari augmentum.*

115 *Prouiſio generalis non ampliat prouiſionem ſpecialem.*

116 *Inſtructiones Proregis non poſſunt gloſſari, nec interpretari à patente generali.*

117 *Clauſula generalis nunquam refertur ad ſpetificata.*

118 *Prohibitum nonnunquam intelligitur, quod non inuenitur conceſſum.*

119 *Verba magis in ſtatutis, quam mens imaginaria, & incerta ponderantur.*

120 *Quod lex non dixit, nec nos dicere debemus.*

121 L. ſi in aliquam §. cum pleniſſimè, de offic. Præfect. & l. 4. ff. de offic. Præſid. *perpenduntur.*

122 *Viſitare Prouinciam quid ſit, & ad quos ſpectet.*

123 Bald. in cap. 1. qual. debeat iura vaſa. *declaratur.*

124 *Poteſtas Proregum, & alter ego qualiter temperetur.*

125 *Confutantur euaſiones adducta ex aduerſo ad* l. fin. C. vbi Senat. vel clar.

126 *Priuilegium fori, quod competit finita adminiſtratione, multò magis competit, ea durante.*

127 *In viſitatione officialium non irrogatur pœna ordinaria.*

128 *Expenditur* lex ſi grauius C. de dignitatibus *reiecto intellectu ex aduerſo adducto.*

129 *Regentibus debetur titulus non ſolùm illuſtris, ſed ſuper illuſtris.*

130 *Conſilia ſuprema in Curia æquiparantur Præfecto Prætorio.*

131 *Declaratur* authen. vt iud. ſine quoque ſuffragio.

132 *Informatio ſecreta ex inſtructionibus non conuenit cum informatione facta.*

133 L. Præfectus C. de Præfect. Augu. *in contr. adducta retorquetur.*

134 *Præfectus Prætorio idem eſt, quod ſuprema conſilia Regis.*

Princeps prohibet, vt fuit in iſto caſu.

Nullitate tot rationibus inuincibiliter pro-
bata reſtitutio ad officium ſequitur neceſſariò
quia ex nullitate actorum ſequitur, quod etiam
154 attentata ſunt ante omnia reponenda ex regu-
la attentatorum, de qua *in cap. reintegranda
ſunt omnia ſpoliatis, vel deiectis Epiſcopis 3. q. 5.*
& latè per Menoch. *de recuperand. in remed. ex
d. cap. reintegranda.*

Secundò, id probat expreſsè text. iuncta gl.
*in cap. ab excommunicato 41. de reſcript.* vbi ſi
quis dicit, ſe contra generalis Conſilij ſtatuta
excommunicatum, inquit gloſ. quod ſi ſtatim
non conſtet de iuſtitia excommunicationis, de-
bet ſtatim reſtitui, & poſtea de iuſtitia cognoſ-
ci ; ergo à fortiori, vbi conſtat expreſsè de
iniuſtitia procedendi de facto, & ſine vlla iu-
riſdictione, & contra expreſſam Regis prohi-
bitionem, ſtatim debet fieri reſtitutio : quia
iſto caſu omnia ſunt facta per perſonam pri-
uatam, cui poſſit de facto reſiſti, vt in fortio-
ri caſu in Iudice, qui poſt appellationem ab
155 eo ritè interpoſitam, vult ſuam ſententiam
exequi de facto, quod, quia eius iuriſdictio per
appellationem fuerat extincta, vel ſuſpenſa,
poſſit ei exequenti reſiſti, tanquam perſonæ
priuatæ, & pluribus reſoluit Lancellot. *de at-
tentatis 2. part. cap. 12 ampl. 10. n. 2.* Abb. *in cap.
conquerente n. 9. in fin. de reſtit. ſpoliat.*

Viſa tam patenti nullitate, prætenditur ex
parte Viceregis, quod ſaltim Rex debeat facta
per eum conualidare, quod dicit fieri poſſe,
vt alias dicit factum per S. P. *in cap. ad peti-
tionem, de accuſat.* ad hunc text. late fuit reſ-
ponſum in primis allegationibus, quibus ad- 156
do id in illo text. nullo modo probari, neque
ibi Papam conualidaſſe proceſſum nulliter fa-
ctum : nam licet conuentus impetraſſet Iudi-
ces particulares ad ſui monaſterij viſitationem,
illud tamen viſitauit Cardinalis Legatus à la-
tere, qui ſine dubio habebat generalem iuriſ-
dictionem, & licet illam potuiſſet monaſte-
rium declinare per *cap. ſtuduiſti, de officio de-
legati,* vbi iuriſdictio Legati de latere ceſſat
quoad cauſam, in qua eſt datus Iudex ſpecia-
lis ; Monaſterium tamen reſcriptum illud ne-
que præſentauit, neque allegauit, vt ex text. pa-
tet, & ideo acta facta per Legatum non fue-
runt nulla, priuando Priorem, & alium ſubro-
gando per defectum iuriſdictionis ; ſed quod
eum de facto amouendo, iuris ordinem non
ſeruauit, & ita text. non ſe fundat in nullitate,
neque de ea verbum nullum ; ſed quia iuris or-
dinem non ſeruauit ; & tamen, vt ibi dicunt Ab-
bas, & Felin. nullitas ex defectu iuriſdictionis
nihil commune habet cum iuris ordine non
ſeruato, in quo ille text. ſe fundat.

Secundò, Papa ibi non confirmauit acta nul-
la, neque exequutionem factam per Legatum,
imò expreſsè annullauit, cum ibi reſtitueret
ſtatim Priorem à Legato remotum, & remo-
uit alium ab eo poſitum ; & quia poſtea per
nouam, & particularem informationem habi-
tam, vt text. dicit expreſsè conſtitit Papæ de
delictis Prioris, & meritis noviter electi per
Legatum, per nouam ſententiam, amouit
primum, & de nouo prouidet ſecundum, non
confirmando acta Legati, imò ea reuocando,
ex nouis probationibus noviter prouidendo,
& hæc eſt literalis deciſio illius text. eo modo
intellecti per Abb. *num.* 9. Felin. & Anchar.
*num.* 16. & Innocent. *in fin.* neque gloſ. aliud di-
cit, quæ licet in principio dicat, quod Papa ibi
de ſuprema poteſtate potuit validare proceſſum
nullum Legati, text. vt dictum eſt, & ex eo
apertiſſimè patet, quod id non dicit, & pro-
bat Abb. *num.* 4. ſuper gloſ. *verbo fides tamen,*
poſtea tranſit ad alium intellectum ſecundum,
& tertium, & ex eo ſolo fuit viſa gloſſa à pri-
mo recedere : quia quando Doctor refert plures
opiniones, etiam ſi nihil dicat, cenſetur à prima
recedere, & vltimæ adhærere *l. fundus §. ſeruum
tuum imprudens,* vbi gloſſ. *ff. ſi cert. petat.*

Demus autem, Principem poſſe hanc nulli-
tatem ſupplere, dico, quod id poteſt facere in
ſui præiudicium ad hoc, vt remittat exceſſum,
ex inferiore factum contra ſuum mandatum,
& contra ordinem expreſſum in dicta litera
regia contentum ; non tamen poteſt illam
nullitatem ſupplere in mei præiudicium, &
iuris mihi quæſiti, quod omnia illa acta
ſine iuriſdictione, ex eius defectu ſunt nulla
ex reg. *l. ius noſtrum ff. de reg. iur.* & nec dica-
tur, quod Princeps poteſt ſupplere defectum
iuriſdictionis delegatæ ; nam illud ſupplemen-
tum non operabitur provt ex tunc : quia quod
fuit ex ſe nullum, non poteſt confirmari, ſed 157
operabitur provt ex nunc, vt ille, qui non po-
tuit procedere ex defectu iuriſdictionis ; poſ-
ſit nunc procedere : quia Rex ſupplet defectum
iuriſdictionis delegatæ, quæ interuenit à
principio tanquam fons totius iuriſdictionis,
& hoc concedo, non tamen poteſt illa prima
acta ratificare, provt ex tunc ; quia repugnat

ius tertij, & turſus natura rei: quia impoſſibile eſt, quod nullum ſit aliquid, cum ex nihilo nihil fiat, & ita tradit Vant. *de nullitat. tit. de nullitate ex defectu iuriſdictionis deleg. num.* 31. per text. expreſſum *in l. obſeruare §. fin. ff. de offic. proconſul.*

His omnibns adſtricti aduocati contrarij tecurrunt ad Regis poteſtatem abſulutam, ex qua dicunt, poſſe, & prupter Protegis authoritatem expedire, vt illa acta ratificet, & ſuppleat, neque ea annullari permittar, & hoc totum fundamentum, in cuius diſcuſſione verſamur.

Ego autem contendo, Regem id de iure in tertij præiudicium facere non puſſe, neque expedire, vt de ſumma poteſtate id faciat ex ſe.

158 Primò, quia ad hoc, vt Princeps poſſit iuri tettij iam quæſito derogare, ſequititur magna cauſa, & quæ publicam vtilitatem reſpiciat alias id non poteſt facere: quia ius ſemel cauſatum ex iuris diſpoſitione, & tertio quæſitum tollere non poteſt, vt per ſingularia iura, & verba maximè nutanda teſoluit cunſulendo Reges, Couars. *lib. 3. variar. cap. 6. num. 9. verſ. Quartò hac ratione*, omninò videndus, quem pluribus seiatis ſequitur Molin. *de primogeniis lib. 1. cap. 8. num. 31. qui lib. 2. cap. 7. num.* 31. 32. *&* 33. ſubdit, quod hoc non poteſt fieri, niſi ex ſupremæ Maieſtatis plenitudine, & ad publicam vtilitatem.

Quæ ergo publica vtilitas in hac conualidatione, vt Rex confirmet id, quod factum fuit per inobedientiam miniſtri, eius mandatum contemnentis; hæccine eſt publica vtilitas, qua tantus Rex debeat contra ius ſtatuete in tertij præiudicium, in ſuorum ſupremorum magiſtratuum dedecus, & iniuriam. Quo in loco libes, Regem noſtrum potentiſſimum humilliima, qua decet, reuerentia deprecari, vt in ſuam regiam memoriam referat verba literæ ſibi nuper à Vicerege ſcriptæ, dum tranſmittit acta proceſſus facti contra N. poſitum, & amouibilem ad nutum Protegis tantum, per capitulum Neap. qui vno tantum anno poteſt durare, ſuper morte N. ſine vlla cauſa, vbi Regi ſcribit, quod licet negari nun poſſit, partibus recurſus ad ſuprema Regis Conſilia; ipſe tamen experimento eſt ſatis edoctus *del gran inconueniente, que ſe ſigue, que ſe quita con eſto la autoridad alos miniſtros inferiores*, quem credo tanta prudentia præditum, vt idem inconueniens maius ducat in authoritate ſupremorum Iudicum magis, ac magis conſeruanda, prout decet; ſi autem prout DD. exigunt, publica vtilitas debet ad id interuenire, eamet exigit, vt nequid tale fiat, vocibus, ſi poſſet, per totum orbem perſonaret.

Primò enim quid aliud magis eſt Reſpublica, quam Regis ſupremi obedientiam in Magiſtratibus requiri, & eam quidem, vt Sancti DD. appellant cæcam: vaſſallis enim datum eſt Regis mandata ad vnguem obſeruare, non examinare, cum nulli liceat legem iudicare (prout ſunt placita Regis) vt *in §. ſed & quod inſtitut. de iure naturali*, ſed ſecundum eam iudicare, vt dixit Diuus Auguſt. relatus *in cap. iſtis 4. diſtinct.*

Secundò, hæc eſt iuriſdictio in ſignum ſupremæ poteſtatis ſuli perſonæ Regis reſeruata, vt *in dicta l. prima, & 2. C. vbi Senat. vel Clariſſ.* quam ſummè conuenit retinere: quomodo enim poterunt Iudices, quod ſentiunt, liberè proponere contra id, ad quod viderint Protegem inclinare, ſi ſe ſciant, eique iuriſdictioni, ita obnoxios, vt ſtatim poſſit eos ab officio amouere, de Ciuitate eiicere, & ab omnibus conculcandus proponere: hæc enim ſola eſt vera ratio, & vtilitas publica, quam Rex ſummè debet obſeruare, & expreſſe cauetur in materia *l. prima tit. 16. parte* 4. ibi, *que ninguno ſea atreuido a deshonorar los oficiales del Rey, porque las deshonra, que ſe fueſſe hecha no atanca ellos, mas el Rey.*

Tertiò, quia alias magnum ſequeretur inconueniens, cum ſemel hoc conceſſo præſenti Protegi, cæteris neceſſariò, vel erit concedendum, vel difficultet, & cum ſequentium dedecore denegandum, quod inconueniens eſt iam alias à Iuriſconſultis conſideratum, ad quod 159 eſt notabilis text. *in l. 3. §. liberti ff. de ſuſpect. tut.* vbi dicit text. quod liberti, pupilli, ſeu minores admitti debent ad accuſandum tutorem, ſi malè ſe gerat, quærit, quid ſi idem libertus, ſit etiam libertus tutoris, & reſpondet, *melius eſt, libertos ab accuſatione repelli*, cuius deciſionis reddit text. duas rationes, quæ ambæ huic caſui maximè adaptantur.

Prima, *ne in ipſa cognitione grauius aliquid emergat*, quod ibi exemplificat gloſ. ſi alias inde magnum ſcandalum exoriri timeretur, quaſi expreſſius diceret text. quando in certis caſibus ſolet eſſe maius periculum ex remedio, quam ex ipſa infirmitate, & hic text. confert ad confirmationem prudentis literæ Regis ſummo iudicio negantis id, quo conceſſo maius ſcandalum iudicauit Rex prouenturum ex medicina propoſita per Protegem, quam ex ipſa infirmitate, ibi, quæ eſt, *Poner en platica lo que proponeis, podria ſer con peligro de muchos inconuenientes.*

Secunda ratio poſita per text. eſt, quia ibi ideò libertus non debet admitti ad accuſandum patronum in fauorem pupilli, cum hoc aliis omnibus pateat, quod duobus modis explicat gloſſa.

Primò, quod ideò fuit prohibitus ille libertus: quia alij erant, qui poterant id facere, & hæc ratio prudenter fuit à Rege, & eius Conſilio conſiderata, dum licentiam petitam denegauit, dicens, *Porque eſta pendiente la viſita, y hauiendoſe de eſtar conforme a derecho por lo que ella aueriguaro*, & ita cum hoc officium per alium fieri deberet, non fuit, cur Protegi concederetur.

Secundò, intelligit gloſſa, cum hoc aliis pateat, quaſi dicat, ſi conceditur iſti, conceditur omnibus aliis libertis accuſare patronos, & hæc interpretatio gloſſæ, maximè deſeruit ad caſum noſtrum, vt ex ea ſola, quando alia deficerent, non debeat Rex noſter indulgere præſenti Protegi, quia ex eadem cauſa id fuit in fortiori caſu denegatum in illo text. in accuſatione ſuſpecti tutoris, licet illa erat actio publica, & fauore Reipublicæ introducta ad accuſandum ſuſpectum tutorem, vt *in l. prima §. conſequens ff. de ſuſpect. tutor.*

Et ita probatur, quod iſto caſu neque Rex poſſit in præiudicium iuris tertio quæſiti ſupplere huiuſmodi nullitatem, neque expediat vel ad hoc ſua abſoluta poteſtate, qua vtendo, ſine

magna

magna cauſa, & publicam vtilitatem reſpiciente, non poteſtatem, ſed plenitudinem tempeſtatis appellant *DD.* quos ſequutus refert Molina *de primogen. lib* 1. *c.* 7. *n.* 33.

Quo in loco referre libet, quod olim populus Romanus induxit, vt Conſules, penes quos erat ſummum Reipublicæ imperium, coram ſe deferrent duodecim faſces ſummam poteſtatem in omnibus animaduertendi ſignificantes; quos tamen à ſummo ad vltimum portabant ligatos, vt ſignificarent de Republica eſſe; vt ſubiici ſciant ſummum ius, & ſummam potentiam eſſe apud Principem; Princeps autem ſciat eam ſe debere habere ligatam, neque ſumma poteſtate ſe vſurum, niſi magna, & ineuitabili cauſa id ſuadente, quæ ergo cauſa ſubeſſe poteſt iſto caſu, quæ ſummum noſtrum Regem poſſit mouere, vt omne ius ciuile, & fortè naturale violando id confirmet, quod in ſui inobedientiam expreſſam fuit factum, cùm nullum aliud Regibus expediat, ſicut ſummam obedientiam à ſuis vaſſallis inuiolabilem obſeruari facere. Et inſuper quid tantu ſcandalo dignum eo ortum eſt, niſi annus integer conſumptus, ſi non in nihil faciendo, tamen in nihil per tot licet violentias à Iudicibus adhibitas inueniendo, cùm per totum hoc tempus, nec minimum cauſæ habuerint, quam Regi miſerint alicuius probationis in contrarium factæ, quo ſanè tempore totum Regnum potuiſſet ſyndicari, ſed iudicum intereſt, licet nihil inueniant, tempus quærendo conſumere, vt ſaltim ſibi tantam iuriſdictionem, quamvis nulliter aſſumptam, & per vim exercitam, retineant, & obſequium ab aliis quomodocunque aucupari videantur, vt aptiſſimè poſſim de eis dicere, quod Garmanicus in Tacito *lib. primo annal.*

*Quid enim per hos dies inauſum, intemeratumvè vobis his diebus.*

Rurſus debet Regem noſtrum, & eius ſupremum Conſilium mouere maximè, nè ea iuri fiat violentia, & ius tertij iam quæſitum auferatur ad effectum dehoneſtandi ſuos ſupremos miniſtros, qui non recuſant ſæpiùs à Rege viſitari, negant tamen informationem captam ab iis Iudicibus debere confirmari, quæ ſine vlla iuriſdictione, & cum maxima violentia facta fuit, nec eſt iuſtum, vt ſimpliciter tractetur de ratificatione teſtium, ſed quod per Iudicem non ſuſpectum de nouo ipſi, & alij mille examinentur; informationem autem nullam non debet Rex contra ius in ſuorum miniſtrorum præiudicium
160 validare, cui maximè conuenit, quod præclarè
ſcripſit Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *numero* 6.
161 vbi reſoluit, quod licet iudices quantumcunque ſupremi teneantur iudicare ſecundum acta, & probata, licet ipſi ſciant, illa non eſſe vera;
162 Regem tamen ſupremum dicit, poſſe, & iuſtè debere, ſi viderit reum ex proceſſu delinquentem iuſte condemnandum, quem tamen ipſe ſcit, eſſe innocentem, liberare ex propria conſcientia; in caſu tamen contrario ſi viderit ex proceſſu reum innocentem, quem tamen Rex ſcit delictum commiſiſſe, dicit, quod debet eum ex proceſſu liberare, & non ſequi ſuam conſcientiam & ſummam poteſtatem ad condemnandum, quam dicit Regiæ Maieſtati non conuenire: & ratio eſt: quia Princeps liberando, quem ſcit eſſe, innocentem, licet ex proceſſu ſit culpatus, nulli facit iniuriam, non reo, quem liberat, non Reipublicæ, dum non patitur Innocentem condemnari; ſed quando damnat eum, quem ſcit eſſe culpatum, cùm ex proceſſu ſit innocens, vtitur ſumma poteſtate contra ius in damnum tertij, cui ex actis proceſſus eſt ius quæſitum, vt debeat liberari.

Quod magis debet deſeruire ad caſum noſtrum, vt hæ probationes nulliter factæ non debeant ex ſumma Regis potentia conualidari in tertij præiudicium, cùm ex pluribus ſcripturis productis liquidò conſtet, grandes à dictis iudicibus in iurium examine fuiſſe adhibitas violentias, & iam vnus flagris cæſus vſque ad mor- 163
tem fuerit, vt compelleretur dicere, quòd ipſe dicebat eſſe mendacium, dixit itaque, ſed ſtatim moribundus palinodiam recantauit, dicens ſe contra me mendacium dixiſſe mortis timore, quam tandem non excuſauit, fecit teſtamentum in ſcriptis, & ſcientes Iudices illic ipſum propriam conſcientiam exonerauturum, Notarium, & teſtes ad proteſtationem ſtipulandam vocatos intrare prohibuerunt domum, quam ſemper, vt ſepulchrum Domini, ſignatam habuerunt cum cuſtodibus, carcerauerunt dictos teſtes, & Notarium, morientem teſtari prohibuerunt, quod eſt de iure naturali, & ideò per Principem quantumvis ſupremum tolli non poſſe, not. Couarr. *lib.* 3. *variar. capite* 6. *numero* 6. *&* 9. prohibitus autem iure communi teſtari, id fecit parocho, cui dictum teſtamentum clauſum tradidit; illud iubendo, vt eo mortuo ad ſuæ conſcientiæ exonerationem aperiretur, & publicaretur: Parochus tamen ita eſt minis perterritus, vt noluerit teſtamentum in iudicio producere, fecit tamen ad literas excommunicationis, ex parte hæredis lectas, & publicatas; Vicarius autem Neapolitanus à dictis iudicibus eodem modo ita eſt territus, vt vſque adhuc noluerit dicti teſtamenti copiam concedere, in quo ſcitur veritatem propalaſſe, aliorum teſtium teſtimonia omnia non integrè ſcripſerunt, quia ſi dixerunt ſe vendidiſſe mihi quidquam, pretium per bancum ſub tali die ſibi ſolutum dixerunt; ſed ſcripſerunt debitum, ſolutionem autem ſcribi nullo caſu permiſerunt, dicentes ſè nolle facere defenſiones, & id per fides plurium ipſorum teſtium apparet, nùm nè eſt hæc cauſa iuſta, vt ius ſeruetur, & ſi Rex voluerit contra miniſtros Inquirere, faciat bis, & ſepties, & ſeptuagies ſepties; id tamen de nouo faciendo per iudicem à ſe nominandum, non tamen contra ius ſumma potentia vti debet confirmando in mei, & aliorum præiudicium, acta, quæ de iure ex tot rationibus ſunt ipſo iure nulla, cùm ex hoc, & culpa ſi qua fuerit, iuſtè examinata non remanebit impunita, & ius ſuum vnicuique reddetur, prout tantum Regem decet.

Et hæc dixiſſe ſufficiat ab homine omni genere librorum deſtituto, qui ſe, & honorem ſuum, quem hucuſque illæſum conſeruauit, quomodocunque, & qualitercumque redemptum voluit.

Quæſtio fuit deciſa Regiis literis in alio emergenti:

## EL REY.

*Illuſtre Duque primo nueſtro Viſorray, Lugartenienſe, y Capitan general. por la informacion, que me embiaſtes en carta vueſtra de 6. Deciembro del año proximo paſado, entendi las cauſas, que os monieron à prender los Regentes Coſtanzo, y Montalno, y al Preregente Diego Lopez, y como quedauan ya ſirniendo ſus plaçns, que me hà parecido muy bien, y os agradeſco al zelo con que me oſcriuiſtes en razon deſto; Però porque por orden nueſtrns eſtà probibido à mis Viſorreys el proceder contra ſomejantes miniſtros. aſſi por el lugar, que ecupan, como por la ocoſion. que ſe dà, paraque los ſubditos les pierda el reſpecto, y la juſticia ſea menos preciada, me hà parecido ordenar de nueuo, que vos en vueſtro tiempo, ne ninguno de mis Viſerreys que adelante os ſucedieren en eſſo cargo, en ninguna manera pongaus mano en ſemejantes procedimientes contro los Regentes, Preſidentes, Conſojeros, y miniſtros perpetuos, que me ſiruen, y ſeruiran de aqui adelante en los Tribunales deſſe Reyno, ni vos, ni los demas Viſorreys futuros os podais voler de exemplos, y conſequencias paſſadas para alterar eſta prohibicion, porque en todo han de depender de mi los dichos miniſtros, tanto en la proſecucion, como en la pena, y quando hubiera alguna cauſa, que lo pida, me lo auiſareis, paraque entendido mande proueer ſobre ello lo que pareciere mas conuenir a mi ſeruicio, y ala recta adminiſtracion dela juſticia, y eſta orden proueereys, que ſe regiſtre en Cancillaria, paraque en todo tiempo ſe tenga noticia de elln, que es mi determinada voluntad. De S. Lorenço à 8. de Agoſto 1618. Yo el Rey, con ſeñal del Conde de Lemos. Vidit Comes Th. generalis. Vidit Quintana Dueño Reg. Vidit Caymus Reg. Vidit Carolus Tapia Reg. Vidit Cañizaro Reg. Lopez Secretarius.*

## ARGVMENTVM.

*Baro quando pro iniuria ipſi, ſeù conſanguineo illata erit competens, & poſſit delegare, & quid in officiali, & quid obſeruetur in Regno? Baro an poſſit eligere Capitaneum in ſua Terra conſanguineum, ſeu affinem. Iniuria illata officiali electo, & nondum admiſſo, & abſenti, an ſit punibilis. Lite pendente ſuper electione, officialis an interim abſtinere debeat.*

### SVMMARIVM.

1 *Officialis quando dicatur Iudex competens pro iniuria ipſi illata,*
2 *Iniuria quando dicatur facta, prætextu officij, & dignitatis.*
3 *Epiſcopus cauſam, dignitatem, & iura Eccleſiæ non perſonam cognoſcere poteſt, & in cauſa ſua Eccleſiæ non eſt ſuſpectus, ſed Iudex poteſt eſſe competens.*
4 *Iuriſdictio prorogatur ratione offenſionis factæ prætextu dignitatis, & officij.*
5 *Vnde ſi offenſio alicui ex Regiis Tribunalibus facta ſit, remiſſioni non eſt locus, & deciſio contra Regentem M. C. & quamvis priuilegium cum clauſula abdicatiua, & priuatiua Baro haberet, & n.6.*
7 *Quinimò non ſolùm in offenſione in perſonam Iudicis, vel ipſius familiæ facta, Iudicis prorogatur iuriſdictio, verùmetiam in actu iudiciario, à quouis, & cuilibet, coram eo facta conuiciis, vel percuſſionibus.*
8 *Vaſſallum Baronis contumacem, vel bannitum M.C. receptans non eſt ad Baronem remittendus, & ita deciſum.*
9 *Sic & inquiſitus ratione fracta ſaluaguardia Regis, ad Baronem remittendus non eſt.*
10 *Idemque in delinquente vti aſſerto miniſtro Regij Tribunalis, qui miniſter verò non fuerit.*
11 *Vaſſallus Baronis delinquens tempore, quo detinebatur per palatium M. C. extra palatium in territorio ipſius Baronis non erit puniendus per M.C.*
12 *Vaſſalli remiſſio ſpectans ad eius Baronem, etiam ſecundas cauſas habentem denegatur, cum. Curia Baronis prouiſionibus M.C. non obtemperauit, in detinendo carceratum pendente remiſſionis articulo, iuxta ordinem datum, & ita deciſum.*
13 *Index præſtans tantum auxilium facti in detinendo carceratum, nomine alterius Iudicis, ſi carceratus deliquerit in carceribus, punietur per Iudicem, nomine cuius detinebatur.*
14 *In Regno de delictis commiſſis in perſonam officialium actiuè, & paſſiuè, ſola M. C. cognoſcit, quod procedit, quando iniuria eſt illata intuitu officij.*
15 *Statutum puniens offendentem officialem, an comprehendat offendentem, odio particulari, & electum tantùm, & nondum admiſſum.*
16 *Iniuria illata officiali electo, atrox dicitur.*
17 *Iniuria atrox dicitur illata perſona in dignitate conſtituta.*
18 *Officialis, tempore acceptationis, dicitur habere dignitatem.*
19 *Iniuria in abſentem, quando dicatur punibilis, & qua pœna veniat punienda.*
20 *Iniuria clerico illata atrox dicitur.*
21 *Pro iniuria etiam leui Sacerdoti illata quis capitali punitur pœna, & pœna triremium fuit punitus, qui iniuriam Sacerdoti inſulit.*
22 *Pro iniuriis offenſis, maleficiis & culpis Religioſis, clericis, & Eccleſiaſticis perſonis illatis poteſt nullo accuſatore exiſtente ex officio procedi, nec aliâ requiritur denunciatio.*
23 *Ex officio autem proceditur pro iniuria prædictis perſonis illata, ſi grauis ea fuerit, non verbalis tamen, & ſi earum remiſſio interceſſerit.*
24 *Officiales habentes merum, & mixtum imperium poſſunt per capitulum Regni ex officio procedere in quibuſcumque criminalibus, & M.C. ex preeminentia poteſt procedere ex officio in omnibus cauſis Regentè, & Iudicibus viſis.*

25 *Quando*

25 *Quando in Regno ex officio procedi poſſit, remiſſiuè.*

26 *Iniuriam atrocem partes in præiudicium fiſci remittere nequeunt.*

27 *Iniuriarum atrocium exempla remiſſiuè.*

28 *Quod ſi atrox non ſit iniuria, tunc parte ante litis conteſtationem remittente, proſequi fiſcus non poſſet.*

29 *Sed lite conteſtata, etiam ſi pecuniaria eſſet imponenda pœna, ad fiſci inſtantiam procedi poſſet.*

30 *Baro an, & quando poſſit delegare cauſam, quando iniuria illata eſt in eius perſonam, vti priuatam, vel eius officiales.*

31 *Curia Baronis non poteſt iudicare in cauſis inter ſubditos, & ipſum Baronem.*

32 *Et quid ſi iniuria illata ſit conſanguineo, ſeu alij coniuncto Baroni.*

33 *Et an poſſit cauſam delegare, quando vaſſallus eſt inimicus ipſius Baronis.*

34 *Suſpectus in cognoſcendo an, & quando ſit ſuſpectus in delegando.*

35 *Baro, an, & quando poſſit creare Capitaneum conſanguineum ſuum.*

36 *Intereſſe extra rem non conſideratur in ſuſpitione, & per nimios circuitus vagari non debet.*

37 *Baro ſi aſſumat defenſionem, quando caſus eſſet dubius, Capitaneus Baronis erit ſuſpectus; verum pro liquidis, & notoriis poterit per ſuum Capitaneum compellere, carcerare, & mulctare.*

38 *Appellatio a decreto abſolutionis, ſeu minoritatis pœna laſo per M.C. in beneficium vaſſalli Baroni non conceditur.*

39 *A decreto abſolutionis à pœna pecuniaria admittitur Baronis appellatio.*

40 *Baro poterit defendere decretum ſui Iudicis quando partes ex conſenſu coram Iudice appellationis cauſam remanere petunt.*

41 *Mota lite ſuper nullitate creationis ad officium Capitanei prætextu, quod Capitaneus electus ſit coniunctus Baroni, an interim ſit interdicenda adminiſtratio.*

42 *Lite pendente nihil innouari debet.*

43 *Lite pendente aduerſus promotum ad officium, ad quod non niſi nobiles promouendi ſunt, an, & quando interdicenda eſt adminiſtratio.*

44 *Tutor allegatus ſuſpectus an ſit remouendus lite pendente.*

## DECISIO LXIII.

1 OFficialis erit iudex competens pro iniuria ſibi illata prætextu dignitatis, & officij, ſecùs ſi iniuria ſit illata perſonæ, vt priuato; nam tunc ſuperior erit Iudex, Cyn. *in l. prima C. ne quis in ſua cauſa*, ex profeſſo examinat, & hanc tenet diſtinctionem Alberic. ibidem & *in l. Senatusconſulto num.* 10. *ff. de offic. Præſid.* ibique tradit, ex quibus præſumatur offenſio facta dignitati, & officio. Iulius Clar. *in §. finali quæſt.* 35. *num.* 20. vbi communem teſtatur, &
2 ibi Add. Baiar, *num.* 13. proſequitur declarare, quando prætextu officij dicatur iniuria, Bal. aliique recentiores, quos refert, & ſequitur Caball. *caſu* 291. *in fin. num.* 34. Capyc. *deciſ.* 124. vbi ampliat, etiam aduerſario conſentiente in cauſa propria non erit Iudex, nec alteri committere poteſt, de qua materia diffusè loquitur Dom. Conſil. Carleual. omni virtutum genere cumulatus *de for. comp. lib.* 1 *diſp. tit. diſp.* 2. *q.* 7. *ſect.* 1. *à num.* 785. *verſ. limita*, qui contra ampliationem Capycij tenet, quod ſi tacito conſenſu aduerſarius Baronis nihil opponens procederet, ſuſtineretur proceſſus.

Epiſcopus poteſt cognoſcere cauſam, quæ non reſpicit perſonam, ſed dignitatem, & iura Eccleſiæ, & Epiſcopus poteſt eſſe Iudex competens in cauſa ſuæ Eccleſiæ, & non eſt ſuſpectus, ex adductis per Io. Mart. Belles. *diſquiſit. cleric. par. prima de exem. cleric. a ſtatut. ſæcul.* §. 1. *n.* 34. 35. & 36. 5

Quod tamen ſcriptum eſt, Iudicem poſſe punire eum, qui ſibi iniuriam fecit, intelligitur ex ſententia Abb. *in cap. cum veniſſem, n.* 9. *de iudic.* & Io. de Ana *in cap.* 1. *col.* 3. *in fin. de maledic.* cum pœna eſt clarè pro tali iniuria à lege indicta, at ſecus ſi eſſet arbitraria, non enim ipſemet Iudex, qui paſſus eſt iniuriam, arbitrari hanc pœnam poſſet, verba ſunt Menoch. *de arbit. lib.* 2 *cent.* 3. *caſ.* 263. *num.* 9. Bobadil. *tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 16. *num.* 140. dicens, quod pœna ſit legalis, & certa, etſi Paulus Xamarra *in tract. de offic. Iud. & Aduocati*, contrarium teneat, attamen ſubdit, *exiſtimo, optimum fore conſilium, quod cis.* Bobadil ibidem præbet, *vt euenienti caſu, quo officij & dignitatis obtentu à ſubditis offendantur, informationem reficiant, & perſonas offendentium, ſi fuga timor ſubſit, capiant, & poſteà pro puniendo delicto Regium Concilium adeant, quia ſic ſe integerrimos oſtendunt Iudices, & pectora ab ira, & alio priuato aliena, atque in Regio Concilio tunc rectius contra delinquentes miniſtratur iuſtitia, quàm quando Rei per dominum offenſum condemnati ad illud per appellationem venirent, conquerentes de eo, quod iratus vlciſci ſe volens ius ſibi in cauſa ſua dixit.* Hæc Paulus Xamarra adde Carleual. *diſp.* 51. *quæſt.* 7. *ſect.* 1. *numero* 187. vbi diffusè, an Baro, ſiuè ab ipſo delegatus poſſit cognoſcere de iniuria ſibi illata.

Et in tantum erit Iudex, cùm iniuria prætextu dignitatis, & officij erit illata, quod prorogatur eius iuriſdictio, quamvis aliàs non eſſet competens, iuxta tex. *in l. nullum C. de teſt.* ad cuius declarationem eſt videndus Anna *in conſ.* 107. vide ſi offenſio eſt facta alicui ex Tribunalibus Regiis, non remittitur, ex adductis per Garſ. Maſtrill. *in deciſ.* 147. *à n.* 16. *verſ. rurſus denegand*a. 4

Adde ad hoc, quod ſuſpectus in cognoſcendo, non ſit ſuſpectus in delegando exceptis cauſis inimicitiæ, ob quas nec in cognoſcendo, nec in delegando interuenire licet. Hinc permiſſum eſt ex aliis cauſis recuſationum committere cauſas, iuxta ſolitum eas diſtribuere inter eiuſdem S. R. C. Conſiliarios, ſupplicationeſque porrigendas à grauaminibus prætenſis per partes prætendentes eſſe grauatas a Regiis Conſiliariis eiuſdem Sacri Concilij decretare, & ſuper eis prouidere, quod cauſæ Commiſſarius verbum faciat in Sac. Conſil. iuxta decretum latum in Collaterali Conſilio ſub die 11. Iulij 1571. quod ad verbum inſeruit in repetitione *Pragmatica* 15. *de ſuſp. Official.* Reg Rouit. vbi ſubdendo fundat, quod ſuſpectus ex quavis cauſa Præſidens S. C. abſtinere debet à prouiſionibus requirentibus cauſæ cognitionem, vt in

vnione

vnione Aularum, & in concedendo Adiunctos.

Et idem obſeruandum erit per DD. Regentes ea identitate rationis, etſi aliud dicerit obiter, & abſque fundamento, & authoritatibus, la Rat. *conſ. 32. n 11. in fin.*

In Barone ſuſpecto ea cauſa inimicitiæ quid ſeruandum? Adde Reg. Tap. *in annot. ad capitulum Regni Roberti 261. n. 18. quibus ex cauſis vaſſallus feudo priuetur.*

An Baro poſſit alteri delegare cauſam, in qua habet intereſſe, dicetur infra *dec. 144.* de Regno Siciliæ meminit D. Conſil. Methn. extendens ad inſulam Melitæ Religionis Hieroſolymitanæ, *contron. c. 95. n. 18.*

5 Et obſeruatum fuit de menſe Martij 1621. contra Regentem M C. qui non paruit decreto Præſidentis S. C. & Actuario denuncianti reſpondit irreuerenter, qui D. Præſ. certiorem fecit Ill. Locumtenentem Cardinalem Zapatta, & remiſſa cauſa eidem Sac. Conſilio fuit ordine Sacri Conſilij carceratus, & ſuſpenſus ab officio, deinde ad preces eiuſdem Præſidentis Dom. Cardinalis Locumtenens indulſit, & fuit reſtitutus. Omnia in libro votorum, me ipſo ſcribente.

6 Etſi Baro haberet priuilegium cum clauſula abdicatiua adhuc denegatur remiſſio, in caſu, in quo ratione offenſionis dignitatis prorogatur iuriſdictio, Belleſ. *in d. tract. d. par. prima de fauor. cler. real. §. num.* 22. Quinimò, quan-
7 do in actu iudiciario, non ſolum ſi offenditur Iudex, ſeu eius familia; ſed etiam ſi fiat aliquod delictum coram eo, vel à parte, ſiue à Notario, vel à teſte, ſeu Aduocato, ſeu partes ſe offendunt ad inuicem conuicijs, ſeu percuſſionibus, tunc talis Iudex poterit ſic delinquentes punire ratione offenſæ iuriſdictionis, affert nonnullas authoritates Belleſ. *in præcitato loco num.* 16. quem vide in hac prorogationis materia propter offenſionem *à n. 11. vſque ad n. 32.* & ita deciſum fuit ſub die 13. Decembr. 1616. in S. C. & confirmatum in cauſa reclamationis contra Conſules Artis Serici, qui petierunt remitti Matthæum de Iordano pro verbis irreuerenter dictis in S. C. proceſſus eſt in banca Largellæ.

*Deciſio in Collaterali Conſilio relata per Regentem Reuerterium.*

QVidam vaſſallus Ill. Principis Biſiniani receptauit in patria ſua propriæ originis, cuius eſt Dominus vtilis Dominus Princeps, quendam banditum, & contumacem M. C. V. ſeu Regiæ Audientiæ Calabriæ, fuit vti receptator captus, & carceratus per dictam Regiam Audientiam, à qua fuit appellatum pro parte dicti Ill. Principis ad M. C V. prò remiſſione dicti vaſſalli, qui nedum, quòd eſt ſuus vaſſallus originarius, commiſit delictum in ſuo territorio, in eo receptando dictos banditos, & contumaces M. C. V. ſeu dictæ Regiæ Prouincialis Audientiæ: quocirca virtute ſuorum ampliſſimorum priuilegiorum, quibus ei conceſſa eſt omnimoda iuriſdictio tàm ciuilis, quàm criminalis, cum mero & mixto imperio priuatiuè ad omnia alia Tribunalia tàm Regia, quàm Baronum, prætendit ſibi eſſe remittendum dictum eius vaſſallum; quia conceſſa iuriſdictione cenſetur conceſſa omnis pœna, cùm ſit fructus iuriſdictionis, & tenet Bar. *in l. fiſſ. ſolut. matr.* Bal. *in l. prima C. de tranſact.* & *in l. ſeruus communis ff. de ſtipul. ſeru.* Andr. *in c. ſi vero violator ver. hæreditatem, de pac. ten. & eius violat.* & Aret. *in l. diuortio, in prin. col. penul. ff. ſol. matr.* & prouentus iuriſdictionis ſunt Domini, qui eſt Iudex ordinarius ſuorum vaſſallorum Andr. *in cap. 1. col. 4. quid ſit inueſt. & in cap. 1. §. præterea, de prohibit. feud. alien.* per Feder. conceſſa enim iuriſdictione omnia veniunt, quæ ad eam ſpectant, arg. *l. illud ff. de acquir. hæredit. & l. 2. ff. de iuriſd. omn. Iud.* & Dominus directus non ſe intromittit in cauſis ſpectantibus ad Dominum vtilem, vt per Andr. *in cap. 1. de contron. feud. apud par. termi.* & licet Dominus ſit directus, tamen Baro eſt vtilis Dominus, & dominium feudi vtile eſt ſuum, & ei competit actio, & exceptio, Andr. *in §. ſi quis per triginta col. 1. in fi. cum ſeq. ſi de feud. defunct. milit. fuer. controuerſ.* & Rex non tollit ius, & dominium alterius, niſi ex iuſta cauſa, *l. Lucius ff. de euict. l. item ſi verberatum §. 1. ff. de rei vindicat.* notatur latè per omnes Canoniſtas, præcipuè per Felin. & Dec. *in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* per Paulum de Caſtr. & Aret. *in l. Gallus §. & quid ſi tantum col. antepenult. & final. ff. de liber. & poſthum.* per Andr. *in cap. præterea num. 19. de cap. Corr.* & latè Iaſon. *in l. Barbarius ff. de offic. Præſ. Prat.* vbi etiam latè adducit, quod ſi cum cauſa rem priuati auferret, Princeps teneretur, & ſolueret iuſtum pretium, *l. Lucius ff. de euict. l. item ſi verberatum §. 1 ff. de rei vindicat. & l. venditor §. ſi conſtat ff. com. præd.* & Rex faciendo pragmaticam ſuper receptione committentium delicta, vel bannitorum, & contumacium, vel ſi faciat illuſtriſſ. Prorex., vel M. C. V. bannum ſuper receptatione bannitorum, non propterea in dubio cenſetur tollere, vel diminuere iuriſdictionem Baronum, etiam ſi vigore dictorum bannorum pœnæ iuris communis, vel pragmaticarum Regni augerentur, quia in dubio Rex non cenſetur derogare iuribus tertij, *l. 2. §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loc. public. & l. cum auus C. de emancipat. liber.* imò deberet fieri derogatio in ſpecie, & non tacitè, neque generaliter, vt habetur *in l decurionibus, & ibi notat. C. de ſilent. lib.* 12. & Bald. *in cap. 1 in fine princ. quo tempore mil.* tamen pro parte Regij fiſci dicitur, quòd ipſe tenetur tueri iuriſdictionem Regiam M. C. V. & Prouincialium Audientiam, quæ bona publicant aduerſus malefactores banditos, contumaces, dictarum Regiarum Curiarum, & iubent expreſsè, quòd nullus det illis auxilium & fauorem, neque eos receptet, ſub pœnis in dictis bannis contentis; ergo ratione dicti banni, & pœnæ in eo contentæ poteſt puniri receptator à M. C. à qua eſt bannitus, non obſtante quòd ſit vaſſallus dicti Principis, & quod in ſua iuriſdictione deliquerit, per tex. *in l. prima*, & ibi DD. *ff ſi quis ius dic. non obtemp.* & licet tex. ille loquatur in mulcta, quæ eſt pœna pecuniaria, vt eſt tex. *in l. aliud eſt fraus ff. de verbor. ſignif.* & ita dicit gloſ. ibi *in lit. 1. in v. peccari*, & ibi DD. communiter, licet tex. ille, & titulus loquatur in cauſis ciuilibus, in quibus contumacia non eſt propriè delictum in committendo; ſed potiùs in omittendo, vt per DD. communiter, præſertim Aret. *in l. mora ff. ſolut. matrim.* tamen

quando

quando contumacia prouenit ex delicto commiſſo in committendo, tunc eſt propriè delictum, & maleficium, vt in caſu noſtro, quia prouenit ex delicto in committendo, vt in receptante delinquentem bannitum, & contumacem M. C. ſeu Prouincialis Audientiæ Calabriæ, ita Bart. *in l. omne delictum §. contumacia ff. de re militari*, & colligitur ex deductis per Aret. *in d. l. mora*; adeò quod ſi cauetur ſtatuto, quod bannitus pro maleficio poſſit impunè occidi, contumax pro crimine commiſſo in committendo poterit vigore ſtatuti impunè offendi. vt per Bart. *in d. l. delictum § contumacia*; & ſi in caſu noſtro procedatur virtute contumaciæ, & banni M. C. poteſt dicta M. C. procedere contra dictum receptatorem, quia ſpreta eſt ſua iuriſdictio, ideò ab ea vindicatur, vt eſt tex. *in l. ſi familia ff. de iuriſd. omn. iudicum*, ibi dum dicit tex. *& contempta Maieſtas prætoris vindicatur* eſt tex. *in l. de ætate §. qui tacuit in fine ff. de interrogator. act.* vbi dicit, *quia prætorem contemnere videtur*, & dicit Bart, *in l. prima num. 7. ſi quis ius dicen. non obtemper.* quod remedia prætoria ad defendendum ſuam iuriſdictionem ſunt multa, vt putà capere perſonam, vt ibi per eum, eſt bonus tex. *in §. is videtur eiuſdem l.* per quem dicit Bart. quod pro qualibet inobedientia in quacunque ſpecie iuriſdictionis adhibita poterit quis mulctari, quod confirmatur per tex. *in l. nullum C. de teſtibus*, vbi ſi teſtis coram Iudice dicit falſum, poteſt officio Iudicis criminaliter puniri, licet aliàs non poſſet de cauſis criminalibus cognoſcere quia offenſæ ſunt eius aures, licet non pœna delicti ordinaria, vt ibi Bart. Bald. Salyc. Alber. Paulus de Caſtro, & omnes, & iſtud comprobant recentiores ex notatis per Iaſon. *in l. quoties C. de iudiciis*, quod quando per ſtatutum Ciuitatis inſtrumentum præſumeretur vſurarium, & pars ſe fundat in dicto ſtatuto, tunc cùm non ſit quæſtio iuris canonici, ſed municipalis, ſeu ſtatutarij, poteſt laicus cognoſcere, quod aliàs non poſſet: ſic in caſu noſtro ratione banni emanati contra receptatores bannitorum poterit M. C. cognoſcere contra tales vaſſallos Baronum, de quorum delicto aliàs non poſſet cognoſcere, ſtantibus priuilegiis Baronum, facit quod notat Bart. & ibi ſequitur Aretin. *in l. ſeruus plurium §. ſi quis autem ff. de legat. 1.* quod ille, qui delinquit, poteſt puniri in diuerſis locis, & ſi in vno loco imponitur maior pœna, eſt rationabile, & ſicut mutatio fori facta in fraudem non prodeſt, vt *in l. prima, & quod ibi not. ff. de pœn. & in l. fin. ff ſi ex nox. cauſa agat.* ita nec præuentio, quæ ſimiliter extinguit forum, aliàs poſſet ſemper Baro fraudare leges, & pragmaticas contra receptatores æditas, nam faceret à ſuo vaſſallo aliquem ſuum amicum, vel conſanguineum, vel affinem receptare, & ſi ipſe ſolus Baro poteſt de hoc delicto cognoſcere, ſemper illum ſuum vaſſallum abſolueret, & liberaret; poſtquam de eius tacito ordine ille delinquens receptatus fuit. Vltimò pro Regio fiſco adiecit, quod ita pluries, & indiſtinctè à pluribus annis fuit iudicatum tàm in Regiis Prouincialibus Audientiis, quàm in M. C. & decreta confirmata per S. R. C. ſunt producta quinque decreta, vltra quæ fuit facta fides per magnificos Ioannem Andream de Curtis, & Antonium de Orificio, quorum alter fuit ſæpiùs Iudex in M. C. alter verò Regij fiſci patronus, quod ita ſemper fuit obſeruatum, & iudicatum in M. C. & idem in Regiis Prouincialibus Audientiis, vt atteſtati fuere magnifici Morgat. & Quadra Regij Conſiliarij, qui ante fuerunt Auditores Prouinciarum, & ita interpretatum, iuxta tex. *in l. ſi de interpretatione ff. de legib. cap. cum delictum de conſuetud.* Bart. *in conſ. communis* Spolet. & Roman. *in conſ. 271. in cauſa Sancti Lucidi*; tùm quià conſuetudo dat iuriſdictionem etiam priuato, qui aliàs eam non habet, *l. prima* vbi gloſ. & omnes *C. de emancipat. liber. l. cum prætor §. item is*, ibi, *quibus more conceſſum eſt*, dicit ibi glo. *in fine*, ideſt conſuetudine *ff. de iudic. in capite cum contingat in fine*, vbi gloſ. & omnes not. *extr. de for. compet. & in cap. conqueſtus 9. quæſt. 3.* conſuetudo valida, & bona inducitur per duas ſententias in iudicio contradictorio obtemprat, eſt gloſ. *in cap. cum cauſas, de re iudic.* Bart. *ff. de legi. l. de quibus in lectur. num. 13. & 14.* vbi dicit, quod ſi Iudex pluries iudicauit contra legem, & decennium tranſiuit, eſt inducta conſuetudo, quia dicitur inductus tacitus conſenſus populi, & hoc latiùs diſcutit, & determinat *in repetitione eiuſdem legis num. 17. & 21.* vbi dicit, quod ſi producuntur duæ ſententiæ latæ infra decem annos, in quibus tota hæreditas eſt primogenito adiudicata; non tamen eſt ſcriptum in ſententia, quod talis eſt conſuetudo, dicit, quod DD. vltramontani circa hoc inhærent fantaſiæ eorum magis, quàm rationi; ipſe autem dicit, *dic audacter, quod probata eſt conſuetudo, caſus eſt in l. prima C. eod. & l. an in totum C. de ædificiis priuatis, in l. cum de conſuetudine ſecundum primam lecturam ff. de legib.* ibidem Bal. *in rubr. C. quæ ſit long. conſuetud. in 4. quæſt.* vbi quærit, per quot ſententias inducatur conſuetudo, reſpondet poſt gloſ. per duas, vel plures, dummodò ex intentione ſint promulgatæ, vt perpetuò in eiſdem caſibus ſic ſeruetur, idem tenet *in l. prima eod. tit. col. prima*, ibi, *frequenter, not. quod ad conſuetudinem inducendam, ac probandam requiritur actuum frequentia*, & gloſ. *in rubr.* dixit, *quod ſufficiunt duo actus*, *Tu dic*, dicit ipſe, *quod requiruntur duo, vel plures ſecundum caſuum emergentiam; nàm in his, quæ tota die emergunt, & ſuper quibus infinitæ ſententiæ ſunt latæ*, centum ſententiæ infra decennium, & pro alia parte, vna non propterea erit interrupta conſuetudo illarum centum, quia ſufficit, vt frequenter. & quod pluries eſt ſic ſeruatum, & qui quæſiuit ibi iuriſdictionem iudicandi inter certas perſonas, quandó exercuit vniuerſaliter, & tanquam Iudex omnium vniuerſalis, & animo exercendi contra quemcumque, cum caſus occurrerit, & tunc licet de facto exercuerit contra certos, acquirit tamen contra omnes, arg. *legis peculium, & l grege ff. de legat. 1.* ita tenet Cyn. & Salycet. *in d. l. prima C. de emancipat. liber.* & in totum hæc conſuetudo operatur in materia iuriſdictionis, quod dicebat Bartol. *in l. viros C. de diuerſ. offic. lib. 12.* quem refert, & ſequitur Aret. *in l. 2. in prin. col. prima, & in l. quod in rerum §. ſi quis poſt col. fin. de leg. 1.* quod per commiſſionem ſpecialem factam alicui etiam limitatiuè, & per dictionem taxatiuam non tollitur iuriſdictio, quæ competit alicui ex conſuetudine, tenendo hanc partem pro Regio fiſco ad ſupra adducta in contrarium eſt facilis reſponſio, quia procedunt regulariter, & in

omnibus

omnibus aliis caſibus,& genetal iter, quod Barones habent iuriſdictionem in vaſſallos ſuos; hoc tamen non pruccdit in caſu iſto ſpeciali, in quo erit limitata eorum iuriſdictio per rationes ſupra adductas, & allegatas.

Iſta cauſa fuit votata in Regio Collaterali Conſilio per omnes Dominos Regentes Regiæ Cancellariæ, & totum Sacrum Conſilium, pro vtraque parte fuerũt adductæ rationes validiſſimæ, quas non refero, quia prolixus eſſem: priùs enim, quam cauſa votaretur, iam ſupradicta ſcripſeram pro mei memoria, & quia tempus mihi nunc deeſt multis, & variis negociis impeditus, non poſſum, vt dixi, alia multa motiua, & rationes adducere pro vtraque parte Dominorum votantium, quæ pro vtraque parte ſubtilia fuerunt, & vota in duas partes diuiſa fuerunt, pro parte Ill. Principis actoris fuerunt ſex vota, quod dictus vaſſallus remitteretur ad dictum Ill. Principem, & quod M. C. non poterat de ea cognoſcere; pro parte verò Regij fiſci fuerunt octo vota, omnes nos quatuor Regentes Regiam Cancellariam, Excelleus, & reuerendus Præſidens S. R. C. & magnifici Domini Ioannes Andreas de Curtis, Antonius de Orificio, & Doctor Quadra Regij Conſiliarij, qui fuerunt voti, dictum vaſſallum non eſſe remittendum ad dictum Ill. Principem, ſed quod de eo deberet cognoſci per M. C. V. vel Regiam Prouincialem Audientiam Calabriæ, & hoc potiſſimùm propter obſeruantiam, & conſuetudinem in ſimilibus cauſis adductam.

Hæc cauſa fuit magni momenti ratione exempli, quia in futurum hæc ſententia faciet ius, & amplius non erit dubitatio.

Et ſi de hoc dubitet Dom. de Pont. *de poteſt. Proreg. in tit. de prouiſ. fieri ſolitis §. 3. num. 27. verſ. ſed aduertatur*, & nonnullas deciſiones pro Baronibus referat Viſcon. Add. *ad dict. deciſ.* 470. attamen non eſt recedendum ab obſeruantia fundata ex præfat. deciſio. Coll. Conſ. & S. C. quæ in articulo dubio faciunt, & ita vidi ſemper ſeruari.

8 Et in receptante contumacem M. C. eſſe illum puniendum per M. C. & non remittendum ad Baronem deciſum fuit pluties, & ſic obſeruatur teſte Vinc. de Franch. *dec.* 470. qui affert *deciſ.* Regentis Reuerter. *manuſcriptam*.

9 Denegatur remiſſio ad Baronem inquiſiti pro fractura ſaluaguardiæ Reg. Rouit. *ad pragmat.* 2. vbi *de delict. n.* 13.

10 Et idem in delinquente vti aſſerto miniſtro Regij Tribunalis quamvis verè non fuerit miniſter, iudicatum fuit per S.C. ſub die vigeſimo ſexto Septembris 1609. in cauſa Cæſaris Scarpari, qui vti commiſſionatus Regiæ Audientiæ homicidium patrauit, & occiſum bannitum aſſerebat, & ſic impunè, & cum Baro loci delicti petiiſſet remitti, fuit per Regiam Audientiam M. C. & S. C. iudicatum, cauſam eſſe decidendam per ipſam Regiam Audientiam.

11 Ex prædictis quoque denegata fuit remiſſio per Magnam Curiam ad Curiam Vniuerſitatis Afragolæ Nicolai Antonij Corcioni de ipſo oppido Afragolæ, qui detinebatur per M. C. in palatio eiuſdem, à quo diſceſſit, & extra palatium in diſtrictu eius oppidi deliquit, & per Sacrum Conſilium fuit confirmatum decretum Magnæ Curiæ ſub die 2. Octobris 1612. in
banca Cioffi, & proceſſus eſt in M.C. & in banca Rummi.

Itemque ſi Curia Baronis non obtemperaue- 12
rit præceptis M. C. in detinendo carceratum,
articulo remiſſionis pendente, ex hoc ſolo fuit
denegata remiſſio cauſæ Baroni, quamvis Baro
haberet ſecundas cauſas, ita deciſum per Mag.
Cur. & Sac. Conſ. die 2. Octobris 1625 In cau-
ſa Horatij, Octauij, Fabritij, & Franciſci Por-
cello, Franciſci Monrone, Virgilij Maione, &
Blaſij Quaranta inquiſitorum de appenſato ho-
micidio ſuper remiſſione petita ad Curiam Iu-
gliani, vt in actis in banca Muutorij.

Idem fuit iudicatum, cùm nomine M. C. qui- 13
dam in carceribus alterius Tribunalis detinere-
tur, ibique deliquerit, nàm adhuc ipſius M C.
erit cognitio, ille erat competens Iudex, cuius
nomine detinebatur, & non prorogatur iuriſ-
dictio ratione delicti commiſſi in carceribus al-
terius Iudicis, qui præſtuit tantùm auxilium
facti, ad quod facit doctrina Bart. *in l. a Diuo
Pio §. ſententiam Romæ verſ. ſi verè præſtet au-
xilium facti ff. de re iud.* ita cenſuit Collaterale
Conſilium contra Audientiam exercitus con-
trarium pretendentem de menſe Septembris
1612.

In Regno de delictis commiſſis in perſonam 14
officialium cognoſcit ſola M. C. ita *ritus M. C.
enunciati* per Vinc. de Franch. *deciſ.* 407. man-
dantes, quod de delictis officialium M. C. co-
gnoſcat, intellecti fuerunt, v. g. tam actiuè,
quàm paſſiuè, vt per *eund. in deciſ.* 274. *num.* 4.
*verſ. iudicauimus enim* Ad quorum rituum de-
clarationem vide Dom. Reg. Carolum de Tapia
*ritu* 49. *Item quòd Curia ipſa, & in conſtitutione
Regni magiſter iuſtitiarius à num.* 4. ſunt videndæ
*deciſiones* eiuſdem Præſidentis de Franchis 407.
*&* 474. qui declarat, id procedere, quando
offenſio proceſſit intuitu officij, ſed non odio
particulari, ad quod facit deciſio relata per Ca-
ball. *caſ.* 148. vbi non comprehendi in ſtatuto 15
loquente de offendente officialem, quando odio
particulari proceſſit, ſuſtinet, nec ſi offenſus ſit
tantùm electus.

Sumpta hac occaſione, ponam aliquas obſer-
uationes in materia iniuriarum in perſonam of-
ficialium, & Baronum, quoad pœnam impo-
nendam atrox dicitur iniuria facta officiali ele- 16
cto tantùm, nondum admiſſo, quia cùm dica-
tor atrox ratione dignitatis per tex. *in l. prætor* 17
*edixit ff. de iniuriis*, dignitatem habere dicitur 18
tempore acceptationis Bart. *in l. Publius ff. de
cond. & demonſtr.* quamvis iniurioſa verba ſint 19
prolata ipſo abſente per tex. *in l. item apud La-
beonem §. conuicium ff. de iniur.* quem ad hoc
allegat Farinac. *de variis, & diuerſis criminibus
quæſt.* 105. *in princ.* & in Conſilio Catalon. fuit
punitus pœna carlij, qui abſenti protulit ver-
ba iniurioſa, vt eſt videre per Peguen. *deciſ.* 13.
quod eſt intelligendum iuxta diſtinct. Couarr.
*variar. reſolut. cap.* 11. *lib.* 1. *verſ. verum vt ad pro-
poſitum*, diſtinguentis, quod aut verba ſunt pro-
lata eo animo iactando, vt in eius perueniat no-
titiam, & tunc contumelia dicitur, & punitur,
aut verba proferuntur in abſentem, vt illa ce-
lare velit, & tunc non punitur, & dicitur de-
tractor, & per prædicta per M C. in Collatera-
li Conſilio fuit relegatus in caſtro per quin-
quennium, quidam nobilis de Lytio, qui verba
iniurioſa in platea protulit in perſonam Præſidis
abſentis

abſentis electi, non dum admiſſi ad exercitium
officij in anno 1613.
20 Item dicitur quoque atrox iniuria facta cle-
21 rico Afflict. *in conſt. poſtquam citata, in fine*, io
tantum quod pro leui iniuria Sacerdoti illata
punitur quia pœna capitali tex. *in l. ſi quis in
hoc genus C. de Epiſcop. & cler.* quam ad hoc
adducit Theſ. *deciſ. 224. numero 21. in fin.* ſi
ſacra miſteria conturbauerit, ſed ſi ſolùm iniu-
riam fecerit, verberibus, exilioque traditur *§. ſi
quis cum ſacra miſteria in aut. de Sanctiſſ. Epiſcop.*
& quia verbera non ſunt in vſu, fuit M.C. ar-
bitraria pœna triremium in eo, qui intus Eccle-
ſiam Parochum per brachia excuſſit pelliceа, &
ſtola indutum: quia reprehenderat concubina-
tum de menſe Auguſti 1629. cauſa Regij fiſci
cum Ioſepho Lancelloto.
22 Vnde pro iniuriis, offenſis, maleficiis, at-
que culpis Religioſis, clericis, & Eccleſiaſti-
cis illatis poteſt ex officio procedi, vbi nullus
accuſator apparet, tex. *in l. ſi quis in hoc genus
de Epiſc. & cler. & per capitulum Reg. vt de-
lata.*
Per quæ iſta ita tenuit Campag. *in capite ab
illo incheandum, de inquiſit. n. 22. verſ. item de in-
iuria illata clericis.*
23 Quod intelligendum refert in graui iniuria,
non de verbali tantum; Foller. *in fragmen. in
tit. de iniur. numero 145.* & ſi ipſe ex authorita-
te Chriſp. teneat requiri denunciationem; at-
tamen contrarium ſuſtinet Sebaſt. de Neap. *per
caput* quod incipit *quidam enim noſcentes prin-
cipium capit. quod non reperitur impreſſum*, per
24 quod eſt ſtatutum, quod ſinguli officiales ha-
bentes merum, & mixtum imperium, poſſint
procedere ex officio in quibuſcunque crimini-
bus, quæ doctrina Sebaſt. eſt poſita *in capite ab
illo incheandum in compilat.* Campag. *numero 31.
in fin ibique paulò antè numer. 21. cum ſeq.* ha-
25 bes caſus in quibus in Regno ex officio pro-
cedi poteſt, verùm M. C. ea præeminentia eſt
permiſſum in omnibus caſibus Regenti, & Iu-
dicibus viſis procedere per inquiſitionem abſ-
que accuſatore, Paris *in tract. de ſyndicat. in verbo
inquiſitio n. 2. & aduerte n. 2. verſ. non puto habere
locum.*
26 Et quamvis remittant tales perſonæ iniuriam,
adhuc ex officio procedi poteſt per d. Reg. *conſt.
27 poſtquam citata*: remittere enim non poſſunt in
præiudicium fiſci, quando atrox dicitur iniuria,
vbi Afflict. *in 3. notab.* ibique in fine tradit exem-
pla iniuriarum atrocium.
28 Secus verò, quando non eſſet atrox iniuria;
nam tunc ante litis conteſtationem parte remit-
tente fiſcus non poſſet proſequi, ſicut in om-
nibus caſibus, in quibus ex officio procedi non
poteſt ex dictis per Foller. *in pragmat. 8 de tem-
port. in fin.*
29 Verùm lite conteſtata etiam ſi eſſet imponen-
da pœna pecuniaria, poſſet procedi ad fiſci in-
ſtantiam, Affl. *in d. conſt. poſtquam citata in 3.
notab.*
30 Fuit dubitatum, an pro iniuria Baroni illata,
vt ne ſonæ priuatæ, poſſit ipſe Baro delegare
cauſam, Bar. *in l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſd.
omn. Iud.* non poſſe, dixit, ea ratione, quia Iu-
dex non datur, quem pars petit nominatim, *l.
obſeruare ff. de iud.* multò fortiùs ipſi electio
danda non eſt: nam ei prohibetur poſtulatio, &
eius effectus, vt *C. de bon. pet. ſubl. l. prima lib. 10.*

& ibi glo. *in verb. delinquitur.* Ex quibus neque
eius officialis tanquam ab ipſo electus iudicabit,
Capyc *d. deciſio. 124. n. 2. verſ. & quod non poterat
alteri committere.* An & quando ex capite inimi-
citiæ ſuſpectus eſt Baro: poſſit Curia ipſius Ba-
ronis procedere in cauſa, Hector Capyc. Lat.
*dec. 90.*
Barones enim non poſſunt iudicare in cauſis 31
inter ſubditos, & ipſum Baronem, nec per eius
officiales, vti ſubordinatos, & dependentes, ſed
ordinarius eſt adeundus, niſi ageretur de rebus
liquidis, & notoriis, Garſ. Maſtrill. *in tract. de
magiſtr. lib. 4. cap. 5 à num. 29. vſque in finem*, qui
cumulat alios Scribentes, & ita fuit obſeruatum
in S. C. in cauſa Fabritij Biſignani cum Ferdi-
nando Pariſio in redditione computorum præ-
dicti Fabritij, vti ærarij ipſius Baronis ſub die
17. Septembris 1619 referente. Conſiliario Me-
liore, & aliàs in fideiuſſione, quæ prætendeba-
tur malè incuſata in beneficium Baronis, fuit
per M. C. auocata cauſa, vt in decreto in fine
relato.
Quod non idem erit dicendum, ſi conſan- 32
guineo, ſeu alteri coniuncto Baroni illata eſſet
iniuria: quia etſi vetitum ſit, vt iudicet gener,
ſocer, vitricus, priuignus, ſobrinus, propiorue
eorum, qui ea cognatione affinitateuè attinget,
*l. lex Cornelia ff. de iniuriis*, attamen quia prædi-
cta ſuſpicio ſigillat perſonam, & non iuriſdi-
ctionem, *l. prætor*, vbi Paul. de Caſtr. & alij *ff. de
iuriſd. omn. Iud.* non amittit facultatem eligendi,
vnde inoleuit ſtylus in M.C. & in S. Conſ. quod
remittitur cauſa Baroni, qui procedat in Ciui-
tate cum conſilio Conſultoris non ſuſpecti, de
quo noviſſimè teſtatur Io. Franc. Capiblanc. *in
tract. de iure, & auth. Baronum in pragm. 3. à
num. 165. verſ. ſed quid ſi Baroni*: Barones enim
habent iuriſdictionem in dominium, & non in
adminiſtrationem, quam non de facili perdere
poſſunt, idem Capiblanc. *in pragm. 8. part. 12
num. 185. verſ. ſed mandabit Baroni*, verùm quan-
do grauis eſſet iniuria, & dubitaretur de electio-
Iudicis, eligitur per M. C. ſeu S. C. iuxta ea,
quæ per Marin. Frecc. *in tract. de ſubfeud. de
differ. inter feuda quaternata, & alia num. 37. verſ.
ſuſpicio enim perſonam*, & ita obſeruatum fuit
per S. C. in cauſa Baronis Terræ Batthalearum
cum Pompeio Morte, & aliis inquiſitis de in-
ſultu in perſonam nepotis ipſius Baronis in ban-
ca Putei de menſe Nouembris 1612. & paſſim 33
obſeruatur conſtito de inimicitia inter Baro-
nem, & vaſſallum inquiſitum; & ita fuit pra-
cticatum in cauſa Baronis Chiuſani in eodem
anno, & in cauſa Principis Morconi cum Pom-
peio Cirifalco de menſe Februarij 1613. & in
cauſa Baronis Opi cum Baptiſta Cimino eo-
dem tempore, & ſi D. Tap. *in conſt. ſtatuimus
vt M.C. numero 34. in ver. recurſum habuerunt*,
dicat, non fuiſſe ſeruatum ſuo tempore depu- 34
tari per S. C. & hanc ſuſtinet opinionem di-
gniſſimus Conſiliarius Hector Capyc. Latro
*dec 90.* & facit, quia quamvis regulariter ſuſpe-
ctus in cognoſcendo, non eſt ſuſpectus in dele-
gando, ex trad per Menoch. *in tract. de arb. Iud.
caſ. 458* & per Garſ Maſtrill. *deciſ. 151. n. 81.* atta-
men, quando ex capite grauis inimicitiæ red-
ditur ſuſpectus, etiam in delegando eſt ſuſ-
pectus, Maſtrill. *in tract. de magiſtrat. lib. 4.
cap. 17. num. 86. verſ. niſi tamen ſuſpicio*, Reg.
Tap. & Rou. quos affert Capiblanc. *in d. pragm. 3.*

*numero 167. verſ. iuxta ergo facti qualitatem*, intelligens in graui inimicitia, propter quam fuit obſeruatum etiam in M. C. cauſam auocare, & prouidere, quod cauſa remaneat ſub die 20. Octobris 1627. in cauſa inter Octauium Serram Baronem Catouinez, & Cæſarem, & fratres Brancatos.

35 Itemque contracta inimicitia inter Baronem, & vaſſallos ob grauamina in S. C. propoſita, non erit permiſſum Baroni Capitaneum eligere ipſius conſanguineum, pro quo facit *d. l. lex Cornelia*: nam Capitaneus vti ſubordinatus, & dependens à Domino præſumitur, & ipſe animoſus, *l. ita § geſſiſſe ff. de adminiſtr. tutor.* nam factum Domini, ac eius officialis dicitur correſpectiuum, Inn. *in cap. inſinuante, de off. deleg.* & cùm eſſet creatus per Baronem Terræ Quagliettæ eius affinis, ſub die 19. Decembris 1590. fuit per Sacrum Conſilium prouiſum, quod abſtineat, penes Secretarium. Verùm poterit Baro, non exiſtente cauſa odij inter ipſum Baronem, & vaſſallos eligere ipſius Baronis conſanguineum, cùm non reperiatur prohibitum in iure, & quilibet admittitur, niſi lege reperiatur prohibitus, & in his, quæ ſunt à iure permiſſa, facilior modus eſt, prohibitas perſonas præponere, & per conſequens aliæ cenſentur admiſſæ, *l. cum prætor ff. de iudic. cum concord. adductis* per Gom. *in l. 2. Tauri*, hoc argumento vtitur in teſtibus Andr. *in conſtit. humanitate.*

Nec coniunctio cum Barone reddit eum ſuſpectum: non enim iudicat cauſas inter Baronem, & vaſſallos, & ſi incidenter propter iuriſdictionem tangat intereſſe Baronis, facit gloſ. *in l. ſi quis ex aliena ff. de iudiciis*, & ibi-
36 dem Bal. nam hoc intereſſe extra rem eſſet, & per nimios circuitus vagaretur, quod eſſe non debet, *de ſent. quæ pro eo, quod int. l. 1.* Innoc. *in cap. dilectis filiis, de appell. n. 2. verſ. illud enim, quod dictum eſt de paupertate*, & idem eſſet in extraneo.

37 Secùs verò ſi Baro aſſumeret defenſionem pro ſua iuriſdictione in aliquo caſu, nàm tunc ſicut eſſet ſuſpectus Iudex, ita eſſet ſuſpectus Baro, quia licet aliàs Iudex cognoſcere poteſt, an ſua ſit iuriſdictio, vt *l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. & l. ex quacunque ff. ſi quis in ius vocat. non ierit, capite ſuper litteris, de reſcrip.* cùm tamen Iudex aſſumit defenſionem pro ſua iuriſdictione, ſuſpectus redditur, & vt talis recuſari poteſt, vt notat gloſ. *in cupien ſtatutum in princip. in verb. copiam, de reſcr. lib. 6.* tenet Abb. *in cap. conquerens, de reſt. ſpoliat. col. 3.* & ibi notat gloſ. Vaſq. *lib. 2. §. 12. part. 2. requiſ. 29. declar. primo numero 44. verſ. quia licet alius Iudex* ita etiam in liquidis, & notoriis poſſunt per ſuos Capitaneus compellere, carcerare, & mulctare iuxta declarationem multis authoritatibus fundatam, traditam per Dom. Conſil. Carlenal. *in tract. de iudic. de foro compet. diſp. iur. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 1. numero 289. verſ. ſublimata modò*; ſed ſi caſus eſſet dubius, & vaſſalli ſe opponerent, redderetur ſuſpectus, & ita iudicatum fuit in fideiuſſione, quæ prætendebatur malè fuiſſe incuſata, quia acquirebatur Baroni, & articulus erat dubius, fuit auocata cauſa per M. C. & prouiſum, quod cauſa remaneat.

38 Et Baro non poteſt appellare à decreto lato per M. C. in beneficium vaſſalli ab abſolutione, ſeu minoritate pœnæ, & ita fuit deciſum in Sacro Conſilio moctis duabus anlis in cauſa Appi Brunduſij vaſſalli Ill. Principis Hoſtiliani, reclamantis à decreto lato per S. C. quod citra torturam cauſam expediret, ſub die 17. Iulij 1614. pro quo faciunt dicta Innocentij *in cap. dilectus extr. de appell.*

Fuit aliàs admiſſa appellatio à decreto abſo- 39
lutionis à pœna pecuniaria ſpectante ad Baronem, ex dictis per Bald. *in c. 1. verſ. ſolaria, de pac. iur. fir. num. 5.*

Poterit enim Baro comparere, & oſtendere, 40
ſuam Curiam benè iudicaſſe, quando partes conſentiunt, quod procedatur coram Iudice appellationis, Vinc. de Franch. *dec. 529.*

An lite pendente ſuper creatione Capitanei, 41
qui coniunctus ſit Baroni, ſit interdicenda adminiſtratio, cùm eſſet tantùm oppoſitum de conſanguinitate, quæ, vt ſupra fundatum fuit, non impedit exercitium, fuit prouiſum, quod liceat exercere.

Secùs ſi adeſſet cauſa inimicitiæ inter Barones, & vaſſallos, quo caſu non licet conſanguineum creare, ſi ante captam poſſeſſionem opponeretur, impediretur adminiſtratio, lite pendente ex dictis per Alex. & Bart. *in l. 1. ff. de gland. leg.* refert, & ſequitur Præſes de Franch. *deciſ. 419.* & tex. *in l. Imperatores in verſ. ſi magiſtratus ff. de appellat.* ibi, *ſi vterque appellauerit, alium interim in locum eorum creandum.* & vt æqualitas ſeruetur, & contrariorum eadem ſit diſciplina; & habeat locum regula quodquiſque iuris, &c. idem erit dicendum, ſi ad-
uerſarius appellauerit, facit regula, quod lite 42
pendente, nihil debet innouari, & non debet capere poſſeſſionem, Lancell. *de attent. in præfat. in 2. part. capite 4. illat. prima num. 349.* & ſufficit citatio tantum ad hoc, vt nihil poſſit innouari c. *cum M. Ferrarienſis in fin. de conſt. & c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, vt lit. pend. & clem. 2. tit. eo.* cum reliquis adduct. per Lancel. *in præcit. loco n. 50.* ſecus verò ſi capta poſſeſſione opponeretur; nam non remouetur lite pendente, Præſ. de Franc. *dec. 264.*

Verùm in promoto ad officium, ad quod non 43
niſi nobiles creandi ſunt, ſi de ignobilitate oppoſitum ſit, & reperitur in quaſi poſſeſſione nobilitatis, non eſſe interdicendam adminiſtrationem, conſuluit Ann. *conſ. 80.* & ratione ipſius quaſi poſſeſſionis ſuſtineri poteſt, facit tex. *in c. 1. vt lite pendente.*

Namque nobilitas cum conſiſtat in facto accidentali, non præſumitur ſed eſt probanda, Anna iunior *conſ. 80.*

Oppoſita tamen ignobilitate, opponenti incumbit onus probandi, & non eſt interdicenda adminiſtratio ei, qui reperitur in quaſi poſſeſſione nobilitatis, Anna *præcit. conſ. 80. numero 3. & 4.* Ludouic. Rom. *in l. in illa ſtipulatione 8. num. 30. verſ. quartò poteſt eſſe ff. de verb. oblig.* Fuluius Pacian. *in tract. de probat. lib. 2. c. 26. num. 14.*

Et ita fuit iudicatum in Collaterali Conſilio ſub die .. Iunij 1641. referente D. Regente Matthia Caſanate, viro doctrina, & in arduis negotiis prudentia inſigni in cauſa Ioannis Baptiſtæ de Rogatis de Ciuitate Caſtrimaris de Stabia cum aliis nobilibus eiuſdem Ciuitatis.

Et an lite pendente ſuper nobilitate, honoribus gaudere poſſit, & tributa à Rege iniuncta plebeis

beis non ſoluere, Couar. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 16. *numero* 11. Otalor. *de nobilit. par.* 3. *capite* 3. *numero* 7. Ioan. Gutier. *lib.* 1. *practicar. cap.* 25.

Et quid ſi eſſet productum priuilegium nobilitatis, Ioan. Anton. ab Otalora *in tract. de nobilit. in* 4. *part. prin. cap.* 3. *num.* 9. *in fin.* Didac. Perez *lib.* 4. *ordinam. tit.* 2. *lib.* 6. *in verb. imbargante que tenere pleito*, & Azeued. *ſuper recompilat. lib.* 2. *tit.* 9. *lege* 9. *n.* 9. *verſ. non imbargante*, Garſ. *de nobilit. gloſſ.* 35. *n.* 48.

44 Quid in tutore coniuncto pupillo allegato ſuſpecto, an pendente cauſa ſuſpicionis ſit remouendus, vide Gutt. *de tut. par.* 2. *num.* 11. & per Vinc. de Franch. *deciſ.* 8. *in fin.*

## ARGVMENTVM.

*Cauſa cognitio, quæ requiritur pro remiſſione malefactorum, à quo Iudice adhibenda ſit. Et an M.C.V. poßit denegare remiſſionem, cognita innocentia carcerati. Brachium quando, & quomodo ſit impartiendum.*

## SVMMARIVM.

1 *Iudex, penes quem reperitur carceratus remittendus, nullam regulariter præmittere ſolet criminis cognitionem in remiſſione malefactorum. Et ratio aſſignatur n. 3.*

2 *Summaria delicti cognitio, & probatio, quæ ad remiſſionem reorum ex communi Doctorum ſententia eſt neceſſaria, ad Iudicem ſpectat requirentem, à quo ſat erit; ſi in literis requiſitoriis ſummatim inſeratur delicti probatio.*

4 *Magna Curia (patefacta inquiſiti innocentia) poteſt denegare remiſſionem, & vinctum licentiare, vbi afferuntur decretorum exẽpla.*

5 *Per pragm. Regni delinquentes in hoc Regno Siciliæ citra, & in Regno Siciliæ vltra Pharum remittuntur per officiales Regni hinc inde ad omnem inſtantiam, & ſimplicem requiſitionem.*

6 *Remiſſio inquiſiti poteſt fieri etiam ab eo Iudice, qui nec ratione domicilij, nec ratione originis iuriſdictionem habet in ipſum delinquentem.*

7 *Remiſſio clerici ad Iudicem Eccleſiaſticum delinquentis in Regno Siciliæ, & detenti carcerati in Magna Curia fieri debet per Iudicem illius Regni, ad quem pro dicta remiſſione erit tranſmittendus, & ita iudicatum.*

8 *Brachium per M.C. non impartitur, niſi viſis actis, & cognita iuſtitia.*

9 *Brachium in literis exequutorialibus virtute obligationis incenſuatæ non impartitur, niſi inſeratur tenor obligationis.*

10 *Quod limita in literis exequutorialibus expeditis virtute obligationis cameralis in alma Vrbe.*

11 *Remiſſio denegata non fuit in ſecunda Inſtantia Baroni ſecundas cauſas habenti, etiam patefacta inquiſiti innocentia per M.C. ad quam vti grauatus à Iudice Baronis, qui receperat cognoſcere, omiſſo Iudice ſecundarum cauſarum, conuolauit.*

## DECISIO XLIV.

IVdex, penes quem reperitur carceratus remit- 1
tendus nullam criminis cognitionem regula-
riter præmittere ſolet in remiſſione malefacto-
rum facienda, ex dictis per Bart. *in l. fin.* § 1. *ff. de*
*publican. & vectigal.* Imol. ibidem, qui teſtatur de
communi opinione, Couarr. *pract. quæſt. c.* 11. *n.* 8.
*verſ. nam*, & Bart. & ſi neceſſaria erit ſummaria 2
delicti cognitio, & probatio ad remiſſionem reo-
rum ex communi Doctorum ſententia relata per
Farinac. *in tit. de inquiſitione q.* 7. *n.* 33. *verſ. verum*
*etiam debet conſtare*, alios adducit Add. ad Bellug.
*in ſpec. Princ. de Propoſit. in § ex quo prædiximus*
*rubr.* 11. *verb. remiſſionis, in ſexta limitatione*, Petr.
Nuñez de Auendaño *de exequendis mandatis lib.*
2. *c.* 7. *in l. vigeſima ſeptima, de puniend. recep.*
*delinq. num.* 6.

Attamen cognitio prædicta erit Iudicis requi-
rentis, Couarr. *in d. c.* 11. *n.* 8. *verſ. hæc autem fieri*
*debet*, refert, & ſequitur Add. ad Bellug. *in d. ſex-*
*ta limitatione verſ. quam ſummariam informatio-*
*nem*; & ſat erit ſi in litteris requiſitoriis ſum-
marim delicti probationem inſerat iuxta com-
munem practicam relatam per Farin. *pracit. loc.*
*verſ. benè verum eſt.*

Et præſumptio eſt pro Iudice requirente, vt 3
*in c. in præſentia de renunc.* & requiſitus eſt merus
executor, *cap. paſtoralis § præterea, de officio dele-*
*gati, l. ſi vt proponis* 2. *C. de execut. reiudicat.*

Iudex non ſubordinatus, nec inferior Iudici
requirenti, vti Magna Curia in Regno, poterit
ante remiſſionem innocentiam carcerati ex de-
ductis inueſtigare, & cognita denegare remiſſio- 4
nem, & vinctum licentiare, nè alias indebitè in-
iuriam patiatur, quod tanquam facinoroſus, &
ligatus ad alium remittatur, quod conſiderauit
gloſ. *in clem. paſtorali §. denique in verb. de mero*
*in fin. de ſentent. & re iudicat.* & Imol. *in d. §.* 1. *de*
*publican. & vectigal. in fin.* ita tenuit Caraulc. *in*
*rit.* 235. *n.* 9. *verſ. intellige tamen, quæ diximus*, lo-
quens de clerico detento per Iudicem ſæcula-
rem, & ita tenet Auil. de Prætor. *cap.* 27. *in verbo*
*entreguen. n.* 9. *verſ. adde quoque, quod in caſibus*, &
obſeruatum fuit, vt ex ſequentibus exemplis, &
ſi diuerſimodè diuerſis temporibus obſeruatum
refert Rouit. *ad pragm.* 1. vbi *de crimine agi*
*oportet n.* 41. *verſ. pro coronide.*

In cauſa Io. Baptiſtæ Gizzarelli inquiſiti, vt in actis in bãca de Puteo ſuper remiſſione petita per Ill. Ducem Magdaloni ad Curiam Cereti die 9. menſis Iulij 1626. Neapol. per Magnam Curiam Vicariæ prouiſum, & decretum eſt. Magna Curia declarat non adeſſe delictum, & proindè non eſſe locum remiſſioni. Hoc ſuum &c. Io. Franciſcus Sanfelicius, Lanarius.

In cauſa Nicolai de Blaſio inquiſiti de tentata ſubornatione, proiectione pilei, & iniuriis ante præſentiam magiſtri nundinarum, & aliis, acta venerunt per viam grauaminis ad Inſtantiam ſubſcripti Nicolai, vt in actis in banca Borrettæ die 14. Iulij 1626. Neap. Per Magnam Curiam Vicariæ fuit prouiſum, & decretum, non adeſſe delicta, & proindè non adeſſe locum remiſſioni petitæ, & non eſſe moleſtandum dictum Nicolaum de Blaſio. Hoc ſuum, &c. de Vera.

Interim in remiſſione conſideranda eſt culpa, quod ſi penes Iudicẽ requiſitũ non adeſſent acta, & penes aliũ cõpetentem reperiuntur, remittitur

L 2 articulus

articulus remiſſionis ad Iudicem, penes quem reperiuntur. Acta, vt in caſu ſequenti deliberatum fuit.

Per *Pragmaticam 3. & 6. in tit. vbi de delicto*
5 *quis conuen. deb.* eſt prouiſum, quod delinquen-
tes, & facinoroſi homines, qui delicta, & facinora committunt in hoc Regno Siciliæ, & in Regno Siciliæ vltra Pharum, remittantur pro officiales Regni hinc inde ad omnem inſtantiam, & ſimplicem requiſitionem accidit, quod quidam in Regno Siciliæ, qui ibidem deliquerat, fuit captus, & carceratus in Magna Curia, & allegauit clericatum, fiſcus inſtitit ad Tribunal Regni Siciliæ eſſe remittendum, ibique pronunciandum eſſe ſuper clericatu: nam
6 & ſi Magna Curia poterat decernere ſuper remiſſione ad Iudicem Eccleſiaſticum, cùm remiſſio poſſit fieri etiam ab eo Iudice, qui nec ratione domicilij, nec ratione originis iuriſdictionem habet in ipſum delinquentem iuxta ea, quæ dicit Abb. *in capite vlt. de for. compet. numero 16.* quem ſequutus fuit Couarru. *in capite 11. practicar. quæſt. numero 6.* & Præſ. de Franch. *deciſ. 37.* attamen quia illa ſummaria cognitio, & probatio, quæ requiritur ad remiſſionem reorum, non poterat adhiberi per alium Iudicem, quàm per Iudicem Regni Si-
7 ciliæ, cum in Magna Curia nulla adeſſet informatio contra carceratum, idcircò fuit de menſe Iulij 1613. per Collaterale Conſilium iudicatum, eſſe tranſmittendum ad Regnum Siciliæ ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, ac illius Regni Iudicem eſſe adeundum pro remiſſione ad Iudicem Eccleſiaſticum.

Itemque in materia implorationis brachij non impartitur per Magnam Curiam, niſi ſum-
8 matim, ſaltem actorum exempla edantur, vt intelligere poſſit, an benè Iudex, qui brachium implorat, iudicauerit, Abb. *in capite 1. de off. ord.* tenent Andreas de Iſernia *in conſt. poſt mundi machinam verſ. hodie autem*, Paridor. *contr. quotidianarum lib. 2. cap. fin. §. 2. ſecunda par.*

Quando ſunt edenda exempla Iudici laico requiſito pro imploratione brachij a Iudice Eccleſiaſtico, habes infra *deciſ. 193. 3. vol.*

9 Vndè inoleuit praxis, quod in litteris exequutorialibus virtute obligationis incuſatæ inſeratur obligationis tenor, quando petitur brachium, & earum exequutio, aliàs non conceditur, nec exequutio permittitur; verùm litteræ exequutoriales expeditæ virtute obligationis Cameralis in alma Vrbe, non inſerta obli-
10 gatione, fuerunt exequutæ, & impartitum brachium contra laicum ob authoritatem cameralis obligationis, & per Sacrum Conſilium approbatum ſub die 15. Decembris 1600. acta ſunt in banca Roppoli inter Olimpiam Zelenam, & Ioannem Mariam Scalam.

Et quod dictum eſt, Magnam Curiam, comperta innocentia inquiſiti, poſſe remiſſionem denegare, limita in ſecunda inſtantia, quando Baro habet ſecundas cauſas; & primus Iudex cœpit cognoſcere cauſas, & cùm accidiſſet caſus, & adiiſſet Magnam Curiam grauatus à Iu-
11 dice Baronis, comperto per Magnam Curiam non adeſſe delictum, declarauit, non adeſſe locum remiſſioni, Sacrum Conſilium reuocauit decretum, & cenſuit, eſſe remittendum ad Iudicem ſecundarum cauſarum ex dictis per Capiblanc. *in pragm. 3. de Baronibus numero 226. verſ. contrarium tamen eſt.* — [see below]

Cauit. *in prit. 32. numero 2. verſ. ſecundò limita*, & de iure, omiſſo medio, non licet adire ſuperiorem ex authoritatibus adductis per Capiblanc. *in pragm. 3. de Baronibus numero 226. verſ. contrarium tamen eſt.*

## ARGVMENTVM.

*Curia Baronalis an ſit competens contra alium Baronem delinquentem in eius territorio.*

## SVMMARIVM.

1 *Baro an ſit exemptus à iuriſdictione Baronis proprij domicilij, ſeu delicti, & quid iudicatum, & n. 18.*
2 *Par in parem non habet imperium.*
3 *Baro dicitur Regius officialis.*
4 *De delictis officialium ſola Magna Curia cognoſcit, ſed declara, vt num. 14.*
5 *Barones quando dicantur Ciues Neapolitani, & gaudeant eorum priuilegiis & num. 16.*
6 *Barones ſubſunt Magnæ Curiæ, & quando ibi procedas, & num. 17.*
*Inter authoritates, & priuilegia Baronum non eſt, quod ſit exemptus a iuriſdictione alterius Baronis. ibid.*
7 *Fiſcus non intelligitur priuilegiatus in aliis, quàm in expreſſis.*
8 *Baro an poſſit punire Conbaronem delinquentem, & officialem Iudicis maioris, & numero 12.*
9 *Baro propter delicta amittit dignitatem, quam vti Baro habet.*
10 *Archiepiſcopus delinquens in territorio Epiſcopi ſubmittit ſe iuriſdictioni Epiſcopi.*
11 *Archiepiſcopus delinquens in foro ſuffraganei non poteſt cognoſci à ſuffraganeo, ſed à ſuperiore, & ita etiam Baro delinquens in territorio vaſſalli.*
12 *Baro non poteſt cognoſcere de delicto commiſſo per Baronem habentem æqualem iuriſdictionem.*
13 *Baronia quando dicatur dignitas, & qua dicatur Baronia.*

## DECISIO LXV.

Baro deliquit in territorio proprij domicilij 1
ſub iuriſdictione alterius Baronis, Baro loci delicti, & domicilij petiit in M. C. ad eius Curiam remitti.

Reos dicebat ſe, vti Baronem eſſe exemptum à iuriſdictione alterius Baronis.

Primò, ex vulgata regula, quia par in pa- 2
rem non habet imperium, *l. ille, a quo §. tempeſtiuum ff. ad Trebell.* & ratione dignitatis, quia Barones nullum diſcrimen habent cum Ducatu, Marchionatu, & Comitatu, vt *in Conſtit. Regn. ſi quis Baro*, & expreſsè habetur *in pragm. edita 1519. detta delli noui capi*, D. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſ. Reg. ſuper alienat. feud. præſtand. n. 16 verſ. his non obſtantibus*, vbi teſtatur de communi opinione.

Secundò, quia Baro dicitur Regius officialis, 3
vt dicit Affl. *in conſtit. Regni Capitaneorum*

in

*in 5.notab.* & de delictis officialium ſola M.Cu-
ria cognoſcit, ex ritibus adductis per Vincen-
4 tium de Franch. *deciſ.*407.
5 Tertiò, quia Ciues Neapolitani dicuntur, vt
dicit Capiblanc.*de Baronibus pragm.* 13. *num* 4.
qui non poſſunt conueniri, niſi in M.Curia per
ritum M. Curiæ, & ſic remittendos ad Magnam
Curiam tenet.

Quartò, adducebant *ritum Magnæ Curiæ*
46. vbi Carau. *in* 4. *notab. in fin. verſ. ſed ho-
6 die iſte ritus ſolum ſeruatur*, dicit, ritum præ-
allegatum ſeruari, quoad Barones, qui omnes
ſubſunt ipſi Magnæ Curiæ & ciuiliter, & cri-
minaliter, ibi citantur, conueniuntur, & carce-
rantur.

Pro Barone domino territorij dicebatur, ad
ipſum ſpectare cognitionem, & ratione deli-
cti, & ratione domicilij, vulgaria iuribus, de
quibus latè per Marin. Frecc. *de ſubfeudis
7 lib.* 5. non reperitur hæc authoritas, quod ſint
exempti à Iudice ordinario proprij domicilij, &
delicti, arg. eius, quod dicitur in fiſco, qui
nunquam intelligitur in aliquo priuilegiatus,
vt inquit Boſſ. *in tit. de fiſco, & priuileg. eius nu-
mero* 76. & ſemper vtitur iure communi, niſi
in caſu, vbi expreſsè conſtat de eius priuilegio,
*l.fiſco ff.de iur.fiſci*, Viuius *in deciſ.*537.*n.*10.*&* 11.
8 Pro quo facit, quia officialis Iudicis maio-
ris delinquens in Terris Baronis extra exerci-
tium officij, punitur ibi per Baronem, *l. in of-
ficiales C. de officio Rectoris Prouinc.* dum ta-
men notum faciat Superiori ſuo, & ibi notat
Bar. & idem Alber. *in l. ſi quis fortè verſ. ſi quos
comitum ff. de pœnis*, cum cæteris adductis per
Boer.*deciſ.*9 *à n.*5.Carau.*rit.*49.*n.*14.*verſ. quia of-
ficialis Iudicis maioris.*

Et fuit deciſum per Rot. Romanam, poſ-
ſe videlicet Baronem punire Combaronem de-
linquentem *in deciſ.* 3. *in nouis, de foro com-
pet.* quam opinionem communem refert Bald.
*dec.* 116. de qua meminit Baiard. ad Clar. *in
quaſt.* 38. *numero* 8. & ſi Felin. relatus à Baiard.
& Clar. ibidem contrariam communem quo-
que referant, attamen non obſtat affirmatiuæ
noſtræ ſententiæ, illa quidem ratione, quia Ba-
rò, qui deliquit, vt priuatus puniri poteſt ab
9 alio Barone, nam dignitatem illam, quam vti
Baro habet, per delictum amiſit, *l. prima C.
vbi Senat. vel Clariſſ. l. quoties C. de dignit. lib.*
12. facit, quod refert Camill. de Curt. *in di-
uer. feud.* 2 *part. capite* 1. *numero* 169. *ver. item
10 in delictis*, è Archiepiſcopo delinquente, qui
delinquendo ſe ſubmittit iudicio, ac cogni-
tioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi delinquit, vt
legitur, & notatur *in capite cum inferior de ma-
ior. & obed. gl. prima in capite* 1. *de raptoribus*,
Albet. *in l. ſæ ff. de offic. Praſid.* cuius ratio
eſt, nam Archiepiſcopus, ratione illius Diœ-
ceſis, vbi deliquit, dicitur perſona priuata,
Abb. *in capite ſi ſecunda col. de for. comp.* ſi-
mile dixit Petrus de Anchar. *in clem. prima de
foro compet* quod Patriarca delinquit in Diœ-
ceſi Bononienſi, poterit puniri ab alio Epiſco-
po illius loci, & Diœceſis, *C. vbi de crim.agi.
opor. auth. qua in Prouincia*, non eſt ſic in Ar-
11 chiepiſcopo, qui ſi delinquat in foro ſuffraga-
nei ſui, ad Papam remittetur, vel Patriar-
cam. de qua quæſtione latiùs habetur per Hen-
ric. Boic. *in d.capite cum inferior*, Iacob. autem
de Aretio *in § prauinciales inſt. de act. in fin.*

5. ponit quæſtionem de domino delinquente in
territorio vaſſalli ſui, vt ipſum non puniat, quia
Inferior non poteſt condemnare maiorem, quia
nec parem, *l.nam magiſtratus ff. de arbitrio, &
d.§.competitinum.*

Ad primum argumentum in contrarium ad- 12
ductum reſpondetur, illam regulam habere lo-
cum, & procedere inter Barones habentes æ-
qualem iuriſdictionem inter eos diuiſam, vt in
puris terminis Bar. *in l. inter tutores, numero* 6.
*ver. & prædicta ff. de adminiſtr. tutor.* ita Clar.
*in quaſt.* 38. *verſ. quaro pone*, Capyc. *deciſ.* 27.
*numero* 11. *verſ. & facit, quando ſunt duo æqua-
les*, in caſu, de quo agitur, eſt vaſſallus; & non
habet æqualem iuriſdictionem.

Ad ſecundum reſpondeo, quod tunc Baronia 13
eſt dignitas, quando conceditur feudum in ti-
tulum Baroniæ, & non ſufficit, vt ſimpliciter
concedatur Baroniam, ita Reg. de Pont. *in d.
tit. de aſſenſibus Regiis numero* 3.. *verſ. dubitatio
oritur*, quæ Baronia non eſt ſimplex feudum,
ſed feudum, alia feuda ſub ſe continens, &
hæc æquiparatur cum dignitate Comitis, & ha-
bet ſuas prærogatiuas, ſuaſque dignitates, & ita
loquuntur *conſt.ſi quis Baro, & conſt.proſequentis*
ſupra adductæ, vt per eundem de Ponte *eodem
loco citato paulò inferius n.*16. *verſ.his non obſtan-
tibus.*

Nec obſtat tertiò, quod Baro dicatur offi- 14
cialis, & de his officialibus ſola M. C. co-
gnoſcit, quia ritus loquitur, quando delictum
eſt commiſſum per officialem exercendo offi-
cium, & non aliter, ita reſpondet Vinc. de
Franch. *in deciſ.* 274 *numero* 7. ibique refert
deciſum per S.C. Baronem iuriſdictionis crimi-
nalis poſſe cognoſcere de delicto commiſſo in
perſonam Baronis iuriſdictionis ciuilis, non ob-
ſtante ritu prædicto, quem actiuè, & paſſiuè
loqui iudicatum fuit, Carau.*d.rit.*49. *num.* 14.
tunc non puniri per Baronem refert, ſi delique-
rit in exercitio officij ſecundum Io. Fabr. *in l.
quod promulgatis C.de off.Præfecti Vrbis*, & Boer.
*d. deciſ.* 9. *n* 9.

Nec quartò obſtat dictum per Capibl. quod 15
dicantur Ciues Neapolitani, cùm nulla autho-
ritate ſit fundatum, quoad priuilegium fori,
quod aduertit Garſeual. *in tract. de iudic.& foro
comp.diſp.*2.*q.*6 *ſect.*8.*num.*697.*verſ.dum verò*, &
contrarium fundauit infra *in pragmat.*12. *c.*85.
*n.*7. *verſ. in contrarium replicatur.*

Nec quintò obſtat *ritus M.C.* nam ritus diſpo- 16
nit, omnes iuriſdictioni Mag.Cur. eſſe ſubiectos
etiam Comites, & Barones, ſed non priuatiuè, &
quod dicit obſeruari Carauit. in Magna Curia,
quoad Barones, illud procedit non concurrente
Barone loci delicti habente in priuilegio clau-
ſulam abdicatiuam.

Ex quibus per M C. fuit iudicatum, eſſe remit-
tendum Baronem Camillum Pannullum ad Cu-
riam Baronis Perdifumi, & in S. C. in cauſa re-
clamationis fuit decretum confirmatum de men-
ſe.... anni 1614. in Banca Cioffi, & aliàs fuit
idem ſeruatum in Sacro Conſilio.

Inſuper ritus loquitur de officiali, qui habet 17
officium in adminiſtratione, vt ſunt officiales in
Regno, ex commiſſione alterius, *ex l. principali-
bus ff. ſi cert. petat.* non autem in Baronibus,
qui habent iuriſdictionem iure proprio, & di-
cuntur Procuratores in rem ſuam, haben-
tes dominium, & in ius iuriſdictione, fundat.

& adducit Scribentes Maſtrill.*deciſ.*219.*num.*22.

Et nouiſſimè per M. Curiam in cauſa Petri Pretoſi Baronis Ciuis Terræ Cerreti vaſſalli Ill. Dneis Magdaloni inquiſiti de vſuraria prauitate, qui fuit remiſſus ad Curiam Cerreti, non obſtante prætenſa exemptione, vti Baro de menſe Martij 1634. de qua deciſ. memini poſt hæc ſcripta D. Conſil. Merlin. *controuerſ. iur. c.* 69. qui fundat doctè hanc opinionem.

Contrarium conatur ſundare Capan. *in tractatu de iure adhoc q.* 47. *n.* 15. *verſu ſed an Baro delinquens in territorio alterius Baronis cum ſequent.* adducens fundamenta prò contraria negatiua per me relata ad quæ in eadem noſtra deciſione reſponſa patent. Nec attendenda eſt deciſio relata per Thorum qui non interfuit deciſioni. Sed relatæ per me deciſiones articulo diſcuſſo & optimis mediis fundatæ in quibus interfui & ſum teſtis de viſu.

## ARGVMENTVM.

*Cognitio de delictis officialium ad quem Iudicem ſpectet, & per qua verba conceſſa cenſeatur. Regalia quando, & per quæ verba conceſſa intelligantur.*

### SVMMARIVM.

1 *De delictis officialium tàm Regiorum, quàm Baronum in eorum officiis delinquentium, tàm actiuè, quàm paſſiuè ſola M. C. cognoſcit.*

2 *Cognitio autem hæc an conceſſa intelligatur per verba pleniſſima, etiam ſub clauſula, quòd poſſit cognoſcere de omnibus, de quibus ſola M.C. cognoſcit, & quid deciſum n.* 6.

3 *Cognitio criminis falſæ monetæ, quæ ex præeminentia ad Magnam Curiam ſpectat, an comprehendatur ſub clauſula iſta etiam de his, de quibus M.C. cognoſcit.*

4 *Regalia in generali conceſſione non veniunt; ſed neceſſaria eſt, vt conceſſa dicantur, ſpecifica regalium nominatio, & quare, vbi etiam exemplificatur.*

5 *Poteſtas remittendi delicta non venit in generali conceſſione.*

### DECISIO LXVI.

1 IMperator Federicus *in conſtit. magiſter iuſtitia,* authoritatem tribuit Magiſtro Iuſtitiario cognoſcendi de delictis officialium, eandem cognitionem per *cap. iniunxit,* dedit Regenti Magnæ Curiæ Carolus Secundus, quod clarius per Ioannem Secundam *in rit.* 49. declaratum fuit, quod Curia ipſa cognoſcat de exceſſibus officialium, & aliorum delinquentium in eorum officiis, ea exercendo, & non aliter, idemque cauetur *in rit.* 51. *&* 61. de quibus meminit Præſ. de Franch. *deciſ.* 407. referens, verum eſſe ſermonem communem, quod de delictis officialium ſola Magna Curia cognoſcat, qui ritus recepti, & interpretati fuerunt actiuè, & paſſiuè, ex dict. per eundem Vinc. de Franch. *deciſ.* 274. *num.* 4. quod videlicet cognoſcat etiam de delictis contra officiales intuitu officij commiſſis, Camil. Borrell. *de præſtant. Reg. Hiſp. c.* 62. *n.* 60. idemmet Dom. de Franch. refert *deciſ.* 505. *n.* 7. *&* 18. comprehendendo tam Regios, quàm Baronum iuxta intellectum Caran. *in præcit. rit.* 49. & ita indiſtinctè intellecti fuerunt ritus prædicti, vt teſtatum reliquit Dom. de Franch. *in præalleg. deciſ.* 274. *n.* 8. Reg. Carolus de Tap. *in conſt. Reg. magiſter iuſtitiarius, & in rit. Mag. Cur.* 49. *item quod Curia ipſa,* & inter præeminentias M. Cur. *DD.* hanc cognitionem de delictis officialium connumerant, & Barones non ſe intromittunt, vt per Borrell. *in d. cap.* 62. Marin. Freec. *de ſubfeud. de officio Mag. iuſt. lib.* 1. *in fine.*

Et nunquam cenſetur conceſſa hæc cognitio 2 per quæcunque verba, tanquam caſus Regij reſeruati Regiis Iudicibus in ſignum ſupremæ iuriſdictionis, quæ nunquam intelligitur conceſſa, vt tradit Couar. *pract. quaſt. c.* 4. Azeued. *ad lib.* 4. *nouæ recollectionis tit.* 1. *l. prima,* Grammat. *vot.* 28. *n.* 14. licet pleniſſimis verbis concedatur, non tamen cenſetur conceſſa illa ſuprema iuriſdictio, quam habet in cognoſcendo caſus ſibi reſeruatos in ſignum ſupremæ iuriſdictionis Vincenc. de Franch. *deciſ.* 275. *n.* 6. *verſ. inquit gloſ. Pariſienſ.* quia in crimine falſæ monetæ, cuius cognitio ſimiliter ex præeminentia ad Ma- 3 gnam Curiam ſpectat, eam aſſerit, non comprehendi ſub clauſula iſta, etiam de iis, de quibus M.C. cognoſcit *in d. deciſ.* 275 tanquam ipſi Principi reſeruatam, & ſic regalia, quæ non ve- 4 niunt in generali conceſſione, cùm neceſſaria ſit ſpecifica regalium nominatio, vt conceſſa dicantur, ita ſcribunt Gaſpar Valaſq *in l. imperium num.* 50. *ff. de iuriſd. omn. iud.* & ibid. Iacob. à S. Georg. *n.* 14. aliique *DD.* relati per Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 97. *n.* 41. *verſ. ſextus eſt caſus, quando agitur de regalibus,* Reg. Carolus Tapia *in conſtit. Reg. ea, quæ ad decus n.* 43. & quod Principi reſeruatum eſt in feudatarium etiam de regalibus in genere inueſtitum, tranſlatum non cenſeri, prout in poteſtate con- 5 donandi delicta, tenuit per multas authoritates Sol. *ad conſt. Saband. de reſtit. ſpoliat. decreti indulgentiam* gloſ. vna *n.* 8. per hanc nempè generalem conceſſionem huiuſmodi ſpecialia transferri non intelligūtur ex doctrina Luc. de Penn. *in l.* 2. *C. de iure Reip. lib.* 11. *n.* 3. *verſ. per hanc namque generalem commiſſionem,* & idem Luc. de Penn. *in l. contra publicam n.* 9. *verſ. contra videtur manifeſtè C. de re milit. lib.* 12. referens caſus ſoli Principi reſeruatos, ait, *quod ſi concedat ipſe Princeps generaliter, atque indefinitè regalia, non veniunt huiuſmodi prærogatiua, tanquam Regis, & Principis oſſibus inhærentes quæ ab eis difficile, & quodammodo impoſſibiliter ſeparantur.*

Verum quoad cognitionem delictorum offi- 6 cialium tàm actiuè, quam paſſiuè fuit iudicatum per Sac. Conſ. ſufficere clauſulam, quod poſſit cognoſcere de omnibus, de quibus ſola Mag. Cur. cognoſcit, vt refert Carolus de Tapia *in d. rit.* 49. *item quod Curia ipſa verſ. ſecundò declara n.* 15. & ita deciſum fuit me patrocinante pro fiſco in cauſa Ill. Principis de Colle de menſo Aprilis 1617. per S. C. & per M. C. contrarium fuerat iudicatum.

## ARGVMENTVM.

*Vtrum vnus ex Regiis Conſiliariis S. C. vti Commiſſarius ciuilis diſſenſionis competens ſit Index in cauſa criminis, ex ipſa ciuilis diſſenſione orti, & cauſam habentis. An vnus ex Conſiliariis S. C. poßit reuocare decretum Mag. Cur. An delinquentes poßint capi per M. C. in Sac. Conſ. abſque licentia Domini Præſidentis.*

## SVMMARIVM.

1 *Vnus ex Regiis Conſiliariis Sacri Conſilij vti Commiſſarius ciuilis diſſentionis an poſſit procedere in cauſa criminis propter ipſam ciuilem diſſentionem ſubſequuti, & num. ſeqq. & quid deciſum num. 24.*

2 *Magna Curia de omnibus cauſis criminum cognoſcit, quod ampliatur, & declaratur, vt in num. ſeqq.*

3 *Sacrum verò Conſilium non eſt Iudex cauſarum criminalium, nec de iis cognoſcit, niſi in gradu appellationis à ſententiis M. C. & num. 5.*

8 *Reus per Magnam Curiam citatus, ſi antequam in eadem compareat, ſupplicationem in S. C. porrigat, non auditur, niſi antea in M. C. perſonaliter comparuerit.*

9 *Et quid ſi Regiam obtinuit decretationem iuxta ſtylum, comparente perſonaliter.*

10 *Cauſa per appellationem in S. C. deuoluta, ſolus ipſius Commiſſarius pronunciare non valebit, reuocando geſta per ipſam M. C.*

*Cum nec interlocutoriam diffinitiua vim habentem proferre queat, quamuis ſecus videatur in interlocutoria diffinitiua vim non habente, num. 12. & 13.*

11 *Quoties enim iuriſdictio pluribus competit, vt vniuerſis, vnus abſque aliis iudicare nequit, ſed, quod maior pars conueniat, eſt neceſſè.*

14 *Iuriſdictio per Regium Pragmaticum Conſiliariis eſt conceſſa ſub nomine collectiuo, ſub forma pluralis numeri.*

15 *Pluralis numerus in vno non verificatur.*

16 *Mandatum legis cuilibet inſolidum datum intelligitur.*

17 *Secus in mandato hominis.*

18 *Itidem in mandato legis, quando data eſt forma.*

19 *A forma data recedendum non eſt.*

20 *Seruientes publici domum Potentis intrare non debent ad finem capiendi reos latitantes; ſed extra ſtare debent.*

21 *Quod ipſam prohibitum non erit Magiſtratui, accedente mandato exercentis in Ciuitate iuriſdictionem.*

22 *Cum & in Regis palatium authoritate Iudicis, ingredi, & delinquentes inquirere permiſſum ſit.*

23 *Verum tempore, quo Regij Conſiliarij ius dicunt, ſeruatur, vt non accedant, niſi prius petita licentia à Domino Præſidente.*

## DECISIO LXVII.

CVm eſſent diſſenſiones inter duas Vniuerſitates, aliqui Ciues ambarum ad arma deuenerunt, pro quo per Mag. Cur. fuerunt citati, per vnum ex Regiis Conſiliariis Sacri Conſilij, vti Commiſſarium ciuilis diſſenſionis fuit mandatum Magnæ Curiæ, quod non procedat ad vlteriora, quo non obſtante per Mag. Curiam fuerunt contumaces reputati, & capti in aula Sacri Conſilij, & carceribus Magnæ Curiæ mancipati, præuio ordine Excellentiſſimi Domini. 1

Nam Magna Curia cognoſcit de omnibus 2
cauſis criminum, & Sacrum Conſilium non, 3
niſi in gradu appellationis *pragm.* 43. & 47. *de offic. S.C.* & non ſolum diffinitiuè pronunciat, 4
ſed etiam de incidentibus annexis cognoſcit, & etiam ſi dependeret crimen ex proceſſu ipſius Sacri Concilij, veluti ſi producerentur teſtes falſi in proceſſu Sacri Concilij, quod practicatur, petita prius, & impetrata venia ab ipſo Sac. Conc. ex dictis per Vinc de Franch. *in dec.* 147. *in fin.* quia Sacrum Concilium non eſt 5
Iudex cauſarum criminalium, niſi in cauſis appellationum à ſententiis Mag. Curiæ ex dictis per eundem Dom. de Franch *in deciſ.* 358. *n.* 5. *verſ. fuit dictum, quod declarare,* & Magnæ Cu- 6
riæ Iudices iuriſdictionem ordinariam habent in cauſis criminum ex dictis per eundem de Franch. *in deciſ.* 145. *in fin.*

Quod limitatur in homines Tribunalis ip- 7
ſius Sacri Conſilij, quia Præſes illius Tribunalis habet iuriſdictionem in homines illius ex adductis per Ioan. Franciſcum de Pont. *dec.* 36. *per totum.*

Et ſi reus fuerit citatus per M.C. antequam 8
in eadem compareat porrigat ſupplicationem in S. C. non auditur, niſi primo comparuerit perſonaliter in M. C. Vicariæ, hoc dictat *pragm* 44. *verſ. item ſi aliquis fuerit citatus, de* 9
*offic. Sac. Conſ. & etiam obtenta Regia decretatione iuxta ſtylum comparente perſonaliter, &c.* erit in arbitrio ipſius Magnæ Curiæ in carceribus mancipare per *pragm.* 42. *de offic. M.C.*

Et Commiſſarius ſolus ipſius S. C. non po- 10
terit pronunciare, reuocando geſta per ipſam Mag. Curiam, cum iuriſdictio competat pluribus, vt vniuerſis, vt patet *ex pragm.* 1. *verſ.* 11
*igitur Sacrum, de offic. Sac. Conſ.* quo caſu vnus ſine aliis iudicare non poteſt; ſed neceſsè eſt, maior pars conueniat, *l. vbi abſunt ff. de tutor. & curat.* Bartol. *in leg. ſi vni ex pluribus*, quæ alias incipit Pomponius *num.* 1. *ff. de re iudicata*, Alex. Ibidem *num.* 7. *verſ. item illud, quod eſt dictum*, Abb. Imol. & Ioan. Andr. *in cap. prudentiam de offic. deleg.* Caball. *reſol. criminal. caſ.* 119. *n.* 33. *verſ. bene verum eſt.*

Et quamuis poſſit ſolus interloquutoriam 12
ferre per gloſ. communiter approbatam *in d. l. ſi vni ex pluribus*, attamen non poterit interloquutoriam habentem vim diffinitiuæ profer- 13
re, vt idem Bart. *in d. l. ſi vni ex pluribus n.* 4. *verſ. ſecus in interloquutoria*, Alex. ibidem *n.* 8. *verſ. quod limitat* Bart. hic, Caball. *loc. cit. n.* 25. *& inferius vſque in fin.* quid in delegatis eſſe obſeruandum determinat.

Pro quo facit etiam, quia *in dicta Pragm.* 14
fuit conceſſa iuriſdictio Conſiliariis ſub vno

nomine collectiuo ſub forma pluralis numeri,
quia dicit, *cum quo Conſiliarij nonem ius dicent*,
non autem dicit Conſiliarius cognoſcat, &
ſic eſt forma data, quod per plures cognoſ-
15 catur, non per vnum: quia pluralis numerus
non verificatur in vno, *ff. ad Trebell. l. Lu-*
16 *tius Phabus*, & ideò licet mandatum legis vi-
deatur alias datum cuilibet inſolidum, ſecus
in mandato hominis *ff. de procurator. l. pluribus*;
17 tamen hic ſecùs eſt propter datam formam, à
18 qua non eſt recedendum, *C. de iur. fiſci l.*
19 *ſuper creandis lib.* 11. ita Bal. *in l. prima n. 3. in fin.*
*& ſeq. ff. de off. Conſulis.*

20 Et ſi ſeruientes publici non debeant intra-
re domum Potentis ad capiendum reos lati-
tantes; ſed extra debent ſtare, vt refert Boer *de-*
21 *ciſ.* 147. *num.* 4. attamen Magiſtratus mandato
exercentis in Ciuitate iuriſdictionem non eſt
prohibitum: in Regis enim palatium authori-
22 tate Iudicis ingredi, & delinquentes Inquirere
permiſſum eſt, text. eſt *in l. Diuus Pius ff. de*
*ſeruis fugitiuis.*

23 Verum tempore, quo Regij Conſiliarij ibi
ius dicunt, ſeruatur ex vrbanitate, quod
non accedunt, niſi petita prius licentia à Do-
mino Præſidente, quod ſi abſque licentia ca-
perent, non erunt dimittendi, & capientes
non punientur, & cum de menſe Auguſti an-
ni 1628. tempore, quo Regnum regebat Dux
Alb. & in S. C. præſidebat D. Petrus Iordanus
Vrſinus Vir equidem maximis, clariſſimiſque
virtutibus ornatus, & meus ſingularis domi-
nus, capti fuerunt in aula Sac. C. de manda-
to Marchionis Manzedæ Regentis Magnæ Cu-
riæ præuio ordine Excellentiſſimi D. Proregis
non petita licentia à Domino Præſidente ali-
qui aromatarij, qui conſiſi præcepto D. Præ-
ſidentis, & decreto S. C. non paruerunt man-
dato Excellentiſſimi Domini, dum congregati
pro Tribunali erant Regij Conſiliarij cum
Præſid. de mandato eiuſdem, & totius Conſi-
lij fuerunt detenti capientes, & dimiſſi carce-
rati, D. Prorex quod ſibi conueniens viſum
fuit ſumma cum prudentia mandauit: iterum
apprehenſi fuerunt mentionati delinquentes,
& præuia relatione Mag. Cur. in S. Conſ. iux-
ta ſtylum fuit decretum, quod cauſa rema-
neat in S. C. tanquam quid indiuiduum à cau-
ſa ciuili, cum fundamentum principale ſit Iu-
ſtitia cauſæ ciuilis.

## ARGVMENTVM.

*Baro loci delicti an præferatur Baroni ori-*
*ginis, ſeu domicilij, quando Iudex ori-*
*ginis, ſeu domicilij præuenit, & habet*
*clauſulam cognoſcendi de delictis com-*
*miſsis extra territorium.*

## SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio conceſſa cum clauſula priuatiua,*
*& abdicatiua eſt tanta potentia, quod*
*ad inſtar clerici non poteſt cognoſci ab alio,*
*ita quod non ſit prorogabilis ab alio.*
2 *Delinquens an ſit remittendus ad locum deli-*
*cti, quando Baro loci originis, & domi-*
*cilij habet priuilegium cum clauſula co-*
*gnoſcendi de delictis commiſſis extra terri-*
*torium, & num.* 7. *&* 14.
3 *Iudex loci originis, & domicilij, qui præue-*
*nit in captura an præferatur Iudici delicti,*
*& quid in leuibus delictis, num.* 8. *& quan-*
*do dicatur præueniſſe.*
4 *Iudex originis, & domicilij poteſt per viam*
*inquiſitionis, & accuſationis contra reum*
*legitimè procedere.*
5 *Iudex loci delicti præfertur cuilibet alteri*
*Iudici.*
6 *Iudex loci delicti quando præferatur, ita*
*quod Iudex loci originis, & domicilij te-*
*neatur reum ad ipſum remittere, & nu-*
*mer.* 15. *& quid in Regno inter Barones*
*num.* 16.
9 *Domicilium quando contrahatur ex tranſla-*
*tione tabernæ, & num.* 19.
10 *Iudex loci domicilij, & delicti præfertur Iu-*
*dici originis.*
11 *Priuilegium poſterius quando præiudicat*
*priuilegio anteriori, & num.* 17. *& quid*
*quand per illud non eſt quæſitum ius*
*in re; ſed ius ad rem num.* 18. *Statu-*
*ta recipiunt interpretationem, & reſtri-*
*ctionem à iure communi, vt tertio non*
*fiat præiudicium, etiam ſi verba ſta-*
*tuti remanerent eluſoria, & ſine effectu*
*num.* 12.
13 *Princeps non poteſt iuri tertij præiudicare,*
*etiam de plenitudine poteſtatis abſque le-*
*gitima cauſa.*

## DECISIO LXVIII.

INter Baronem Siani, & Ill. Marchionem Braciliani orta eſt contentio, ad quem ex eis ſpectet cognitio Vincentij de Philippo aromatarij originarij Caſalis Siani, qui deliquit in territorio Braciliani, ſtuprum cum abortu committendo, ex quo mors ſtupratæ ſequuta fuit.

Pro Barone Siani allegabatur priuilegium,
per quod conceſſa fuit iuriſdictio in homines
dicti Caſtri delinquentes extra territorium
etiam priuatiuè ad alios, quæ conceſſio abdi-
catiua eſt tantæ potentiæ, vt cauſas hominum
de Siano faciat velut clericales, & ipſius iu- 1
riſdictionem improrogabilem adeò, vt ipſo-
rum cauſæ de præciſa neceſſitate ab ipſo tan-
tum Barone cognoſcendæ veniant, Capyc. *in*
*inueſtitur. feud. in ver. feudorum clauſula verſ.*
*ita quod de illis fol. mihi* 127. Vincent. de Franch.
*deciſ.* 417. *numer.* 8. Add. ad Bellug. *in ſpecul.*
*Princ. rub.* 11. §. *ex quo prædiximus in verb. re-*
*miſſiones in* 20. *limitat.* vbi in terminis tenet,
delinquentem non eſſe remittendum ad Iudi-
cem loci delicti, quando Baro loci originis
habet priuilegium in ſubditos delinquentes
extra territorium, & teſtatur, vidiſſe pluries
reperi plures delinquentes carceratos apud Iu-
dicem delicti, & remitti ad domum originis,
Capiblanc. *in tract. de Baron. pragm.* 8. *part.* 2.
*num.* 218. *verſ. ſed ſi Baro habeat*, & tenet, quod 2
delinquentes etiam extra territorium ſunt re-
mittendi ad Baronem originis, & domicilij,
quando Baro habet priuilegium de delictis
commiſſis extra territorium cum clauſula ab-
dicatiua, & priuatiua.

Secundò,

Secundò, quia præuenit in captura, de qua materia præuentionis vide Capibl. *in pragm.* 8. *p.* 2. *à num.* 11. *de Baron.* cum nulla à Curia Braciliani, vbi delictum erat patratum, ad reum citatio eſſet tranſmiſſa, quo caſu Iudex præueniens obtinere debet, & præfertur Iu-
3 dici loci delicti, Præſ. de Franch. *deciſ.* 37. *&* 505. *& in deciſ.* 129. non dubitauit de hoc Sac. C. licet forus delicti ſit principalior, *& in deciſ.* 88. *num.* 5. nam etſi forus delicti ſit potentior, non tollit forum originis, quin Iudex
4 originis, ſeu domicilij, tam per viam inquiſitionis, quam accuſationis poſſit contra reum legitime procedere, Fachin. *in libr.* 9. *controuerſ. iur. cap.* 20. & ſolemniter deciſum refert Præſ. de Franch. *deciſ.* 66. ſi ergo de iure communi eſt competens, data præuentione præfertur, quia in pari cauſa is præfertur, qui præuenit Petr. Gregor. *ſyntag. iur. part.* 3. *de act. lib.* 32. *numer.* 9. *verſ. concurrunt & in Aliis.*

5 Prò Marchione Braciliani allegabant potentiam fori loci delicti, cuius potentia tanta eſt, vt præferatur cuiuis alteri Iudici, ſiue originis, ſiue domicilij iuxta text. *in auth. qua in Prouincia*, vbi DD. *omnes C. vbi de crimin.*
6 *ag. oport.* quod adeò verum eſt vt etiam ſi delinquens reperiatur penes Iudicem originis, ſeu domicilij, tamen ambo hi Iudices requiſiti à Iudice loci delicti tenentur ad ipſum remittere, vt poſt gloſ. *in clem. paſtoralis in verb. de more, de ſentent. & re iudic.* communiter DD. hanc ſuſtinuerunt opinionem, de qua per Cæpoll. *conſ. crim.* 59. *verſ. primum eſt de iure*, Clar. *in pract. crimin. quæſtion.* 38 *num.* 19. *verſ. eſt autem tanta potentia locus delicti*, Petr. Gregor. *ſyntag. iuris part.* 3. *lib.* 32. *cap.* 8. *numer.* 6. *verſ. ordinarij autem iuris eſt*, Gram. *deciſ.* 26. *num* 7. Theſaur. *deciſ. Pedem.* 90. *num.* 6. Auend. *reſp* 40. *in princ.* Azeued. *lib.* 8. *recompil. tit.* 16. *l. prima num.* 13. *& num.* 24. Fachin. *lib.* 9. *controuer. cap.* 20. *verſ reſpondeo, ſi petatur remiſſio*, Ioan. Kopp. *deciſ. Germanica* 43. *num.* 12. Viuius *comm. opin. tom.* 1. *opin.* 410.

7 Et data quoque præuentione per Iudicem loci originis, ſeu domicilij adhuc remittendum eſſe ad Iudicem delicti tenent Couarr. *pract. quæſt. cap.* 11. *numer.* 6. *verſ. hic equidem ſuffragatur, & inferius in verſ. contraria*, Decian. *lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 12. *&* 13. Azeued *præcit. loc. numer.* 25. *&* 27. Ioan. Kopp. *in alleg. deciſ.* 43. *num.* 15 Theſaur. *in d. deciſ. numer.* 6. Ioan. Guiott. ad Clar. *in d. quæſt.* 28. *litt. A.* Gomeſ. *de delict. cap.* 1. *numer.* 87. Viuius *dict. opin.* 410. *num.* 4. Petr. Caball. *reſolut. crimin.*
8 *caſu* 162. *à num.* 8. quod declarat pro grauibus non autem pro leuibus delictis: nam in leuibus non eſſe neceſſariam remiſſionem tenet, nec teneri Iudicem loci originis delinquentem ad locum delicti remittere, ita eam declarauerunt Couarr. & DD. relati per ipſum *in d. c.* 11. *num.* 7. *verſ.* 8. *remiſſioni locus erit*, Ranchin. *in annotat. ad deciſ.* Guid Pap. 202.

9 Secundò, ex tranſlatione tabernæ Aromatariæ in Terra Braciliani, in qua eam exercuit per plures annos continuos, ex quo actu ſolo contraxit domicilium in dicta Terra Braciliani iuxta text. & ibi Bart. *in l. heres abſens §. proinde ff. de iudic.* & ſic Curia Braciliani ex duplici cauſa eſt competens huius cauſæ, altera ratione domicilij, ergo præferri debet Baroni Siani, qui eſt Iudex originis tantum, vt probat Affl. *in conſtit. ſtatuimus, vt magna num* 54. *in fin.* & in propriis terminis confirmat Foller. *in pract. crim. verſ. audiantur excuſatores n.* 74. imò forus ſolius domicilij eſt principalior, quam forus originis, vt notatur *in cap. ſtatutum §.* 1. *in gloſ. olim dicebamus de reſcript in* 6. Bald. *in l. fin. num.* 54. *propè finem C. de edict. diu. Adria. toll.* & quando dicatur domicilium, latè Petr. Gregor. *ſyntag. iur. d. part.* 3. *lib.* 32. *de act. cap.* 8. *num.* 6. *verſ. domicilium principale*, & quid ſi ambo habeant æquale priuilegium, Capiblanc. *de Baron. pragm.* 8. 2. *part. à num.* 319.

Et hanc defendentes opinionem pro Ill. 10
Marchione, reſpondebant ad fundamentum de clauſula priuilegij contra delinquentes extra territorium; nam cum priuilegium Ill. Marchionis erat conceſſum in anno 1487. priuilegium autem Baronis Siani 1528. dum ex omnimoda iuriſdictione conceſſa prædeceſſoribus in territorio Braciliani acquiſiuerat hanc iuriſdictionem, etiam quoad extra ſuum territorium delinquentes ab anno 1487. non habebat opus alio ſpeciali priuilegio, cum ſufficiat ſibi ius ſemel quæſitum ex illa conceſſione omnimodæ iuriſdictionis in genere in toto territorio, coniuncta diſpoſitione iuris communis, & ſic eſt verum, quod tempore, quo Baro Siani acquiſiuerat ſuum priuilegium in ſuos vaſſallos etiam in delictis extra ſuum territorium longe poſt in anno ſcilicet 1528. Marchio Braciliani iam tenebat, & poſſidebat iuriſdictionem cognoſcendi de delictis etiam per extraneos in ſuo territorio commiſſis, & ſi hoc eſt verum, erit quoque verum, quod illud ſecundum priuilegium Baronis Siani conceſſum quantumuis ampliſſimum non præiudi-
cauit priuilegio Marchionis anteriori, tum ex 11
illa generali regula, quod Princeps nunquam cenſetur iuri tertio quæſito præiudicare, & quod vni ſemel conceſſum velit auferre, & alteri dare etiam in reſcriptis, & priuilegiis *l.* 2. *§. merito, & § ſi quis a Principe ff. ne quid in loco publico, l. nec auus C. de emancip. liber. cap. quamuis, de reſcript. in* 6. etiam ſi verba priuilegij eſſent adeò ampla, quod viderentur importare conceſſionem cum præiudicio tertij, Ruin. *conſ.* 88. *col.* 4 debent enim ſtrictiſſimè interpretari, vt minùs, quam fieri poſſit, præiudicent tertio, *clem. paſtoralis de priuil.* etiam ſi neceſſe eſſet improptiare verba priuilegij, & taliter impropriata redderentur otioſa, & ſuperflua, vt eſt text. expreſſus *in cap. ſuper eo extra de offic. deleg.* vbi id notat in terminis Dec. *in prima limit. verſ. & hoc intelligendum*, faciunt tradita per Bart. *in l. cum à matre C. de rei vend.* & per Alex. *in l. fin. §. in computatio-*
*ne C. de iure delib.* dum concludunt, ſtatuta 12
recipere interpretationem, & reſtrictionem à iure communi, vt tertio non fiat præiudicium, etiam ſi verba ſtatuti remanerent eluſoria, & ſine effectu per text. *in l.* 3. vbi Bart. & cæteri, *C. de noxal. act.* declarat optimè Claper. *cont. cauſ fiſc. cauſ.* 8. *quæſt.* 2. *à num.* 1. *ad* 6. tum 13
quia etiam ſi voluiſſet, non potuiſſet Princeps præiudicare iuri tertij etiam de plenitudine poteſtatis abſque legitima cauſa, prout tradunt Fulg. Rom. Corn. Iaſ. & communiter Scri-

bentes

bentes *in l. ſi teſtamentum C. de teſtam.* & cauſa legitima dicitur cauſa publica, & non priuata iuxta text. *in l. Lucius ff. de euict.* tradit Bald. *in l. quicunque C. de fide inſtr. lib.* 10. Oldr. *conſ.* 224. Crauet. *de antiquit. temp. part.* 1. *ſect.* 1. *num.* 31. Peregr. *de iure fiſci lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 49. Reg. de Pont. *conſ* 4 *num.* 9. & 10. quæquidem cauſa publica nulla conſiderari poteſt in priuilegio conceſſo Baroni Siani. vnde de Foller. *in pract. crim. in verb. audiantur excuſatores poſt num.* 66. *verſ. ex quibus inferri poteſt,*
14 dixit, quod de iure communi Iudex loci delicti eſt Iudex ordinarius, & competens, & licet conceſſa ſit iuriſdictio Iudici loci originis, vel domicilij etiam pro delictis alibi commiſſis, non videtur tamen derogatum iuriſdictioni Iudicis ordinarij de iure communi, & ſic Iudicis loci delicti, Bal. *in l. prima verſ. extra quæritur, de off. Conſul.* Rom. *conſ.* 393. *præſens conſultatio num.* 2.

Replicabatur pro Barone Siani, quod & ſi communis ſit opinio, eſſe reum remittendum ad locum delicti, id ex generali conſuetudi-
15 ne non ſeruatur, quando ſub diuerſis Principibus eſſet iuriſdictio, vel ſub vno Principe, diſtincta tamen, & ſeparata, tunc enim non tenetur Iudex loci originis, ſeu domicilij reum, qui extra territorium deliquit, ad Iudicem loci delicti remittere; quia vnuſquiſque defendit ſuam iuriſdictionem, ita ferè omnes præcitati DD. hanc communem opinionem declarant, vt eſt videre per Caball. *in d. reſolut.* 162. *num.* 10. *ver. tamen de conſuetudine*
16 *generali*, tunc verò ad locum delicti fit remiſſio, quando ſunt ſub eodem Principe, Goffred, à Bauo *in tract. reatuum cap.* 16. *num.* 14. *verſ. quia ſi ſunt ſub eodem Principe*, at in Regno, cum Barones habeant ſeparatam iuriſdictionem, ita vt ſint, ſicut Reges in eorum Terris, Affl. *in prooem. conſt. quæſt.* 24. *in fin. num.* 4. & dictum fuit ſupra in alio loco, ſequitur, non eſſe locum remiſſioni ad locum delicti, cum quilibet Baro defendat ſuam iuriſdictionem, & quamuis ſint ſub eodem Rege, nihilominus iuriſdictio ſeparata eſt in Regno, Præſ. de Franch. tenet, non eſſe locum remiſſioni à Iudice originis, ſeu domicilij præueniente per realem citationem ad Iudicem loci delicti *in prealleg. deciſ.* 88. *num.* 5. & Add. ad ſpec. Princip. *in d. rubr.* 11. §. *ex quo prædiximus in* 18. *limitat. verſ. vbi tamen peteretur à tertio.*

Verum Viuius *comm. opin. d. opin.* 410. *à num.* 9. contrarium fundat, quia ſub vno Rege, idem tenet Foller. *in d. verb. audiantur excuſatores num.* 138.

Itemque reſpondebant ad allegatam priuilegij prioritatem, nam, & ſi priuilegium Ill. Marchionis Braciliani ſit anterius, non habet clauſulam cognoſcendi in exteros delinquentes in eius territorio, ſed habet cognitionem ex iure communi, priuilegium Baronis Siani ſpeciale eſt cum clauſula cognoſcendi etiam in vaſſallos delinquentes extra territorium, & tanquam priuilegium ſpeciale præualet, & præ-
17 iudicat illi; quod habetur de iure communi, ita poſt gloſ. Innoc. Cardinal. Butr. Imol. Ioann. Andr. Speculator. Ancharan. & Geminian. dicit Felin. *in cap. ſicut Romana num.* 3. *verſ. limita ſecundò, de reſcrip.* & in propriis terminis Follerius *in practica in verb. audiantur excuſatores numer.* 71. cui reſponſioni non tute adhæreo; nam, & ſi ſecundum priuilegium contra primum generale, continens ius commune, non facta mentione primi, valeat iuxta prædictam limitationem Felin. & aliorum doctrinam, tamen vt idemmet Felin. declarat, & reſtringit, intelligenda eſt, dummodo particula, quæ eſt contra ius commune, non tollat ius alterius; ſed ſolum proſit priuilegiato, vt eſt videre per eumdem Felin. *in d. cap. ſicut Romana dicta limitat.* 2. *verſ. hoc modo reſtringitur*, quam reſtrictionem ex mente Abbat. & Hoſtienſ. fundat, & latiùs *in cap. nonnulli, de reſcript. num.* 12 *verſ. limita ſecundò hanc fallentiam*, & eam refert, & ſequitur Peregr. *in tractat. de iur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 32. *in fin verſ. quam tamen concluſionem.*

Altero modo reſpondebant, quod cum per priuilegium Ill. Marchionis non eſt quæſitum
ius in re, ſed ad rem, priuilegium ſpeciale, 18
quod ſequitur in beneficium Baronis Siani, præualet, ita tenuit aliorum Doctorum authoritates adducens Felin. *in d. cap. ſicut Romana num.* 2. *verſ. limita ſex modis* per text. *in cap. dudum, de præbend. in* 6. conſuluit Dec. *conſ.* 247. ſed hæc reſponſio nequaquam tuta eſt, cum ſit contra opinionem gloſ. quam multi ſequuntur, & communem refert Imola *in cap. cum ordinem* 4. *col. verſ. in quantum verò, de reſcript.* & quod fortè ſeruaretur in practica, quod aduertit Præſ. de Franch. *deciſ.* 125. *n.* 4.
*verſ. ſed prædictis primò dicebatur.* Nulla fuit 19
habita ratio de tranſlatione tabernæ aromatariæ in Terra Braciliani, per quem actum domicilium contraxiſſe fundabant pro parte Marchionis Braciliani; quia non ſufficit ſolum tabernæ aromatariæ exercitium; ſed alia ſigna requiruntur ſignificatiua domicilij, de quibus latè per Felin. *in cap. dilectus filius el ſecondo* §. *ad domicilium ſortiendum verſ. ſecundus caſus eſt, de reſcript.* & per Petr. Greg. *ſyntag. iuris loco citato*, quæ non concurrebant in caſu, de quo agebatur, imò ſigna contraria, cum in Caſali Siani vxorem cum domo, & familia habebat, ex quo ab eo animum domicilium mutandi non præſumebatur habere, illudque do- 20
micilium propriè dicitur forum ex dictis per Grammat. *deciſ.* 87.

Magna Curia de menſe Septembris 1612. iudicauit pro Barone Siani, exiſtentibus in ea Iudicibus Regiis Conſiliariis Marco Antonio Motta, & Didaco Pareſia, Maſcambruno, vna mecum, Macedonio, & Matta, & deuoluta cauſa per remedium appellationis ad S. C. ſententiam protulerunt pro Ill. Marchione Braciliani reuocando decretum Magnæ Curiæ.

Et denuo ſub die 27. Septembris 1622. per S. C. idem iudicatum inter Baronem Caccuri, & Ill. Principem Catiati, ſuper remiſſione Ioan. Leonardi, & Marij Veſelgli, & ſi aliter iudicauerat M. C. remittendo ad locum originis, & domicilij.

## ARGVMENTVM.

*Remiſſio poſt ſententiam in cauſa criminali Baroni an competat, & quid in cauſa ciuili.*

### SVMMARIVM.

1 *Remiſſio ad Curiam Baronis poſt ſententiam in cauſa criminali an fieri debeat.*

2 *Et prædictæ quæſtioni negatiuè reſpondetur, & n.ſeqq. & ita etiam deciſum n.12.*

*Idemque in cauſa ciuili locum ſibi vindicare traditur n.13.*

*In concernentibus verò exequutionem ipſius ſententiæ, Baroni etiam poſt ſententiam remiſſionem competere, ideoque ſententiam per Iudicem domicilij latam exequendam etiam per Iudicem loci delicti hoc petentem affirmatur num.14.*

3 *Magna Curia ordinariam in toto Regno iuriſdictionem habet.*

4 *Sic & Regiæ Prouinciales Audientiæ in eorum Prouinciis.*

5 *Itemque Barones in eorum Terris, iure tamen ſpeciali, hoc eſt ex priuilegio.*

6 *Citatus à M. C. vel Regiis Prouincialibus Audientiis comparere, ſuique Baronis priuilegia, & ſi notoria, allegare tenetur, & qua ratione.*

7 *Notorium licet ab onere probandi releuet; non tamen excuſat ab onere proponendi.*

8 *Remiſſio donec per Baronem petita non fuerit, omnia acta facta, & ſententia ex ipſis ſequuta cenſentur valida.*

9 *Sententia prolata, perempta dicitur inſtantia, & peremptum illud litigium adeo, quod Iudicis officium in illo litigio aliquid plus facere non habet.*

10 *Prouocari ad minorem Iudicem non debet, ſed ad maiorem.*

11 *Appellatio propriè dicitur, quando aliquis in iudicio ſe agrauat ab aliquo actu iudiciario tendente in eius læſionem, ad ſuperiorem recurſum habendo.*

## DECISIO LXIX.

1 POſt ſententiam in cauſa criminali an ſit locus remiſſioni ad Curiam Baronis: affirmatiuam tenuerunt Reg Rou. *ad pragm.* 11. vbi *de crim.ag.oportet num.* 6. Reg. de Tap. per Rouit.*loc.cit.relatus.*

2 Negatiuam fundauerunt Dyn. Saly. *in l. prima C. vbi de crim. ag. oport. num.* 2. *verſ. nam condemnatus non eſt remittendus*, Bal. *in l. exequutorem C. de exec. rei ind.num.*28. *verſ. quæro de tali quæſtione*, vbi tenet, non eſſe remittendum poſt condemnationem, & debere puniri in loco, vbi condemnatus eſt, Affl. *in conſt. Capitaneorum. de off. Capit. & Magiſt. Inſt. n.* 11. *verſ. iuxta hoc quærit*, Grammat.*deciſ.*26. *num.*5. ibi, *vbi remiſſio petita fuiſſet ante condemnationem criminalem, ex quo condemnatus non remittitur*, Ann. *ſing.* 56. vbi in cauſa criminali poſt ſententiam non fieri remiſſionem, tenet, & ſic deciſum refert, ſequuntur alij DD. relati per Auil. de Prætor. *cap.* 21. *in verb. entreguen num.*7. Garſ. Maſtrill. *deciſ.* 147. *num.* 12. *verſ. præterea deneganda eſſet remiſſio*, Capiblan. *ſup. prag.*8. *de Baronib. cap.* 49. *à num.* 13. *verſ. & coniungendo vltima primis*, & nouiſſimè Tor. *in coll.deciſ.*2.*vol.fol.*573 *in verb.remiſſio.*

Pro quorum ſententia facit, quia M C. ha- 3
bet ordinariam iuriſdictionem in toto Regno,
patet *ex rit.* 49. & per Affl. *in conſtit. ſtatuimus*
*vt Mag.Cur.*8.*not.quæſt.*3.*num.*29. & Regiæ Au- 4
dientiæ Prouinciales in ipſis Prouinciis, Ba- 5
rones verò, licet & ipſi habeant ordinariam iu-
riſdictionem in eorum terris, fundantur in iure
ſpeciali, id eſt in eorum priuilegio, quo ſtan-
te nullum dubium eſſe debet, quod cum ab
iſtis Tribunalibus citatur aliquis, teneatur com- 6
parere, & priuilegia ſui Baronis allegare, *l. ſi*
*quis ex aliena ff. de iudic.* Corauit. *in rit.* 230.
*num.*7. quod non eſt inconueniens, nec noto-
rietas priuilegiorum Baronum obſtat, quia etſi
priuilegia ſint notoria, ob multos caſus, quos
ipſi cognoſcere non poſſunt, ſemper dubium
eſt, an ſubſit locus remiſſioni, vel non, & in
eo dubio vendicat ſibi locum diſpoſitio *d. l. ſi*
*quis ex aliena.* Inſuper notorium licet releuet ab 7
onere probandi, non releuat ab onere propo-
nendi, glo. *in clement. appellanti in ver. aliàs*
*de appellat.* donec ergo non fuit per Baronem 8
petita remiſſio, acta, quæ fiunt in M. C. ſeu
Regiis Audientiis, vna cum ſententia ex ipſis
ſequuta, valida ſunt Alex. *in l. à Diuo Pio §.*
*ſententiam ver. nec obſtat, quod aliàs eſſet in du-*
*bio.* Prolata igitur ſententia perempta eſt in- 9
ſtantia, & peremptum eſt illud litigium, adeò,
quod Iudicis officium amplius in illo aliquid
ſuperaddere nequit, *vt l. terminato C. de fruct. &*
*lit. expenſ. & l. Iudex ff. de re iud.* verba ſunt Bar.
*in l. nam & poſtea §. ſi damnetur verſ. ratio, quia*
*lata ſententia ff. de iureiurand.* ſi igitur non adeſt
lis, nec inſtantia non erit locus remiſſioni, &
ſi per appellationem forſan datur ſecunda in-
ſtantia, non erit Iudex Baronis competens,
quamuis Baro haberet ſecundas cauſas, cum
non ſit Iudex maior: ad minorem enim Iudi-
cem prouocare non debet, ſed ad maiorem, *l.* 10
*prima §. ſi quis in appellatione ff. de appellat.* &
appellatio propriè dicitur, quando aliquis in 11
iudicio ſe aggrauat ab aliquo actu iudiciario
tendente in eius læſionem habendi recurſum
ad ſuperiorem, Marant. *in ſpec.par.*6. *& quan-*
*doque appellatur num.* 5. & ita iudicatum fuit
per Sacrum Conſilium ſub die 15. Iunij 1621. 12
in cauſa Iulij, & Blaſij Ciccarelli de Caſali
Iuliani cum Ill. Duce Montisleonis petentis
remiſſionem poſt ſententiam latam per Magnam
Curiam, de Ferrariis Actuarius.

Quod etiam in cauſa ciuili obſeruandum erit 13
pro tradita per Rebuff. & per Ann. *ſing.*55.

Poſſet ſuſtineri opinio affirmantium in con- 14
cernentibus exequutionem ipſius ſententiæ,
prout ſic tenet Imol. *in l. pen. in princ. ff. de*
*public. iud* qui dixit, quod ſi ſententia eſt lata
per Iudicem domicilij, exequetur poſtea per
Iudicem loci delicti, hoc petentem iuxta id,
quod habetur *in d. l. prima C. vbi de crim. ag.*
*oportet*, & deciſum refert per Sacrum Conſi-
lium Thor. *in d. comp. deciſ. volum.*2.*fol.*573 *in*
*verbo remiſſio.*

## ARGVMENTVM.

*An ob fratricidium quis indignus efficiatur. Indignitas à quo obiici poſſit. Bona ob indignitatem propter defuncti necem ad fiſcum pertinere coram quo petendum ſit. Vtrum cauſa, quæ vertitur in S. C. inter priuatos ſuper eadem re, ſuper qua pendet iudicium per fiſcum motum in Reg. Cam. ad eandem remittenda ſit. Et num pendente iudicio per fiſcum moto ſit ſuperſedendum in cauſa S. C. ſuper eadem hæreditate inter priuatos vertente.*

## SVMMARIVM.

1 *Ob fratricidium quis indignus efficitur, non autem incapax, & num 9.*

2 *Hæreditas aufertur à fratre fratrem occidente, & idem ius obtinet in aliis ſimilia ſcelera committentibus hic relatis, & num ſeqq.*

3 *Bona, quæ ab indignis auferuntur, fiſco applicantur.*

8 *Ab indigno adire differente, ius adeundi mero iure ei quæſitum fiſcus aufert, & poſt ablationem eam hæreditatem Cæſaris procurator adibit.*

10 *Incapax dicitur, qui ob delictum deportatur.*

11 *Indignitas à fiſco tantum obiici poteſt ex gloſſa communiter recepta.*

12 *Bona ob indignitatem propter defuncti necem ad fiſcum pertinentia coram procuratore Cæſaris ſunt petenda.*

13 *Fiſcus vbi eſt conuentus, per Regiam Cameram, litem terminandam eſſe per Regiam pragmaticam prouiſum eſt.*

14 *Remittenda an ſit cauſa (quæ in S. C. inter priuatos vertitur ſub eadem re, ſuper qua pendet iudicium in Regia Camera per Regium fiſcum motum) ad eandem Regiam Cameram, ad partes diſcutitur.*

15 *Articuli deciſio in cauſa in S. C. inter priuatos vertente, an, & quando ſit ad Regiam Cameram remittenda pro illius determinatione, & num. 16.*

17 *Iudicio in vno, eodemque quod terminari poteſt, apud diuerſos Iudices ventilare prohibitum eſt.*

18 *Continentia cauſæ quando dicatur.*

19 *Et an ob eam quis coram eodem Iudice comparere teneatur.*

20 *Et quid propter rationem abſurditatis vitandæ.*

21 *Fiſcus quotieſcunque pro ſuo intereſſe comparet, cauſam ad ſuum Iudicem trahit, idque declaratur, & limitatur, vt n. ſeqq.*

24 *Fiſcus quando ad ſuum Tribunal cauſam nequit aduocare, ſaltem ibidem, vbi lis pendet, aſſiſtere poteſt, ne aliquod præiudicium ſibi inferatur.*

25 *Proinde prolatio ſententiæ, eiuſdemque executio impediri non poterit.*

26 *Fiſcus in ius priuati ex cauſa publicationis, ſiue confiſcationis bonorum ſuccedens, litem captam coram ſuis Iudicibus terminari facere poterit.*

27 *Id tamen intelligendum eſt prima inſtantia durante.*

28 *Quod ſi prima ſententia iam lata, cauſa in appellationis inſtantia reperiretur, fiſcus quamuis mere particulare intereſſe habens appellationis iudicium Iudice non mutato proſequi debet, & ita deciſum, vt infra in poſtremis verbis.*

29 *Fiſci priuilegium circa ſuperſeſſoriam cauſæ inter priuatos in S. C. vertentis.*

30 L. apud Iulianum ff. de iur. fiſc. *quæ de prælibato agit priuilegio, an ſit correcta per* l. vlt. in fin. C. de pet. hæred.

*Diſſidium fuit in hoc inter Scrib., vt patet num. 31. & 32.*

33 *Diſpoſitio quantumuis generalis non complectitur caſus ſpecialiter à iure prouiſos.*

34 Cit. l. apud Iulianum *intellectus.*

35 *Priuilegium deriuatum ex* d. l. *continet exceptionem dilatoriam.*

36 *Exceptiones dilatoriæ opponi debent ante litis conteſtationem.*

37 *Deciſio.*

## DECISIO LXX.

PHilippus Spinola petiit 30. Iulij 1616. declarari incapacem per S. C. Ioannem Baptiſtam Cataneum ob homicidium in perſonam Stephani Catanei hæreditatis, & bonorum peruentorum à quond. Balthaſare Cataneo patre ipſius Stephani occiſi, nec non ipſius Stephani, & Cæſaris fratris, & ad ipſum ſpectare, vti hæredum Cæſaris, & poſtmodum ſub die 4. Octobris 1617. idem petiit, facta denunciatione Regio fiſco, inſtans declarari, nullum ius competere.

Sub die 24. Octobris 1617. pro parte Regij fiſci in Regia Camera fuit petitum, declarari eadem bona ſpectare ad Regium fiſcum ob indignitatem Ioannis Baptiſtæ Catanei ex cauſa prædicti homicidij.

Et nouiſſimè petiit in Collaterali Conſilio mandari, quod per S. C. non procedatur in iudicio per dictum Philippum moto, & quod Regia Camera procedat ſuper inſtantia Procuratoris fiſci.

Pro cuius inſtantiæ fundamento, ſequentes concluſiones fundabat fiſcus.

Primò, bona quond. Balthaſaris, Stephani, & Cæſaris ad fiſcum ſpectare ob homicidium per Ioannem Baptiſtam patratum in perſonam dicti Stephani, filij dicti quond. Balthaſaris, & fratris dicti Cæſaris, propter quod indignus Ioannes Baptiſta effectus fuit ad text. *in* 1
*l. Lucius ff. de iur. fiſc. in l. cum ratio § fin. ff. de bonis damnat.* vnde à fratre occidere fratrem 2
aufertur hæreditas, Albericus *de ſtatut. lib. 3. quæſt. 58.* & idem de occidente liberos, vt pri- 3
uetur hæreditate obueniente ab ipſo patre, tanquam indignus, Farin. *in 4. part. in tract. de* 4
*homicidiis quæſt. 120. ſect. 2. n. 34. verſ. ſed quoad occidentem vxorem, vel liberos*, & de quocunque agnato occidente ſuum agnatum, Farin. *in d. quæſt. 120. in princ.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 5. num. 21.* & bona, quæ auferuntur ab indignis, fiſco applicantur, *l. Papi-* 5
*nianus §. meminiſſe ff. de inoff. teſt. l. alia C. quibus vt indig.* Affl. *in cap. 1. de fratr. de non. benef. inueſt. num. 9. in 53. priuileg.* quod etiam in ſubſtituto 6
procedit,

7 procedit, ſi ipſe occidat inſtitutum, adhuc enim induceret regula *d. l. cum ratio §. fin.* etiam ſi ſit ſubſtitutus per fideicommiſſum, Barboſ. *in l. ſi ab hoſtibus la 2. § fin ſupra num. 20. verſ. quam concluſionem ampliabis,* Molin. *in tract. de primog.* 8 *lib. 1. cap. 9. num. 26.* & quamuis differat ad re indignus, mero iure ius adeundi ei acquiſitum fiſcus auferr, & poſt ablationem procurator Cæſaris eam adibit hæreditatem iuxta *l. primam ff. de off. procur. Caſ.* & videtur tex. *in l. ſi ſequens in fin. ff. ad S. C. Sylla.* iuxta inductionem Barboſ. ibid. *ſupra num. 22. verſ. amplia ſecundò,* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 2 tit. 4 num. 14.*

9 Nec iure fundari poteſt prætenſio Philippi ob aſſertam incapacitatem; nam ex omnibus addu-10 ctis authoritatibus patet, indignum, non incapacem propriè dici poſſe ob fratricidium, & tunc incapax eſſet, ſi ob delictum deportatus eſſet, Bar. *in l fin. ff. de pet. hæred.* Molin. *in d. cap. 9. num. 27. verſ. quod intelligendum erit.*

11 Secundò, indignitatem à Fiſco tantùm obiici poſſe tenet gl. *communiter recepta in l. hac conſequenter §. ſed an ff. fam. herciſc.* quam, vti ſingularem à Doctoribus relatam affert Boër. *deciſ. 25. n. 19. verſ. & aduerte ad vnum ſingulare,* communiter approbatam dicunt DD. per Viuium *in recoll. comm. opin. opin. 135.* per Mantic. *in d. tit. 5. n. 20.* & per Peregr. *de iur. fiſci lib 2. de indign. tit. 2. n. 8.*

12 Tertiò, bona ad fiſcum pertinere ob indignitatem propter necem defuncti coram procuratore Cæſaris eſt petendum, tex. *in l. ſecunda C. vbi cauſæ fiſcales,* Angel. *in l. in cognitione, in fin. C. ad S. C. Syllan.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 7.* 13 *tit. 1. num. 13.* & vbi fiſcus eſt conuentus, prout in caſu, de quo agitur; per Regiam pragmaticam eſt prouiſum, quod lis per Regiam Cameram terminetur.

His iactis fundamentis de duobus fuit dubitatum in Collaterali Conſilio, in quo interuenerunt Regent Valenzuela, & Regens Iordanus Vrſinus vnà cum Conſiliarijs Saluo, & Palatio, & Præſidente Regiæ Cameræ Laurentio de Franchis adiunctis.

14 Primò, an cauſa, quæ vertitur in S. C. inter priuatos ſuper eadem re ſit remittenda ad Regiam Cameram.

Secundò, an pendente iudicio per fiſcum moto ſit ſuperſedendum in cauſa vertente in Sacro Conſilio ſuper eadem hæreditate.

Ad primum, & ſi cauſa vertatur inter priuatos in S. C. quia in deciſione articuli de intereſſe Regij fiſci principaliter agebatur; nam declarando incapacem, & non indignum Ioannem Baptiſtam Cataneum iuxta prætenſa per Philippum Spinula, reiecta veniret prætenſio fiſci, in 15 qua prætenſione cum fuerit citatus, ſententia præiudicium fiſco afferret, quo caſu nulli dubium erit, eſſe ad Regiam Cameram remittendum etiam non inſtante patrimonij procuratore, cum S. C. ſit Iudex penitus incompetens, Præſ. de Franch. *deciſ. 132. in princ.* quod patet etiam ex diſpoſitione *Reg. pragm.*

16 Inſuper etſi principaliter adhuc cum deciſio poſſit afferre præiudicium Regio fiſco, etiam ſi forſan habere poſſet ſimiles cauſas, nè ex deciſione per aliud Tribunal facta inter priuatos generetur aliquale præiudicium fiſco, maximè ſi tribunal eſſet magnæ authoritatis, adhuc ad Regiam Cameram ſpectaret cognitio, Capyc. *in inueſt. in verb. gabellis verſ. gabellarioꝝ*

*rum lites,* eſſet D. de Franch. *in deciſ. 117. in fin.* Cabail. *in caſ. 168. in fin num. 8.* eo magis in caſu, de quo agitur, cum idem ſit petitum ſub titulo incapacitatis per Philippum Spinulam, quod ob indignitatem fiſcus petit, & quod vno, eodemquè iudicio poterit terminari, prohibitum eſt 17 apud diuerſos Iudices ventilari *l. nulli C. de iudic.* & continentia cauſæ dicitur, cum ſit eadem perſona conuenta, eadem res, & actio ex vno, eo- 18 demquè fonte procedit, vt declarat Afflict. *dec. 154. num. 13.* vnde tenetur comparere coram eodem Iudice, Innoc. *in cap. veniens verſ. poteſt proponere coram ipſo Iudice delegato, de ſponſal.* qui erit 19 Iudex cauſarum fiſcalium, nam quotieſcumque 20 comparet fiſcus pro ſuo intereſſe, cauſam trahit ad ſuum Iudicem, *l. ſi minori C. de iure fiſc. lib. 10.* Anchar. Paol. de Caſtr. Cagnol. & reliqui, quos adducit Peregr. *de iur. fiſc. lib. 7. tit. 1. num. 9.* quod etiam ratione abſurditatis vitandæ obſeruandum 21 erit; vt aduertit gloſ. *in l. prima in verbo eundem Iudicem ff. de quib. reb. apud eund. Iudic.* nam poſſet euenire, quod per Sac. Conſ. incapax, ſeu innocens declararetur, & per Regiam Cameram indignus, vti fratricida.

Replicatur, in Sacro Conſilio non eſſe conuentum fiſcum, ſed litem eſſe inter duos priuatos, & de petitione Philippi contra fiſcum nullam habendam eſſe rationem in S. C. & remittendam eſſe ad Regiam Cameram; illud verò intereſſe, quod conſideratur ex ſententia forſan proferenda inter ipſos priuatos non attenditur pro remiſſione cauſæ ad Regiam Cameram; ſed proceditur ad expeditionem cauſæ inter par- 22 tes ſaluis iuribus Regij fiſci, vt deciſum teſtatur Dom. de Franch. *deciſ. 117. circa finem,* non eſt conſiderabile illud leue præiudicium, quod poteſt induci ex ſententia Sac. Conſ. ob authoritatem Tribunalis, vt poſſit operari effectum remiſſionis, attenta diſpoſitione Regiæ pragmaticæ; quæ exceptis tribus caſibus, in quibus fiſcus eſt actor, vel reus, aut author laudatus arbitrio Excellentiſſimi Proregis, cauſas per Regiam 23 Cameram decidendas remiſit: vnde non valuit fiſcus obtinere remiſſionem cauſæ moræ contra debitorem à debitore fiſci, quamuis ageretur de totali, & formali fiſci intereſſe, quia debitore ſuccumbente inanis remanebat actio fiſci per inopiam debitoris excluſi vt refert idem Reg. Rouitus, fuiſſe deciſum in cauſa Victorij Pudericꝫ cum Dominico Spinola *in pragmat. 64. de officio procur. Caſ.* incip. *deſiderando ſua Maieſtà num. 2.* Poterit enim fiſcus aſſiſtere, nè ali- 24 quod præiudicium in Sac. Conſ. ſibi inferatur, vt aduertit Vinc. de Franch. *in relata deciſ. 117.* & Reg. Rouitus *in allegata pragmat. 64. num. 4.*

Fatit, quia Fiſcus in hoc caſu, vti tertius, comparet ad infringendum, iura vnius ex litigantibus pro ſuo intereſſe, quo caſu non habet declinatoriam ex deductis *d. deciſ. 70. num. 22.* & ſi tertius comparens ſit clericus, vide *ſupra deciſ. 90 num. 22. & 23.* & cùm eſſet petita reſtitutio in integrum per Fiſci Procuratorem, ex adductis *in prealleg. dec. 70. & 90.* rationibus, & exemplis fuit prouiſum, non eſſe deferendum petitæ in integrum reſtitutioni ſub die 6. Febr. 1643. & proinde nec 25 prolatio ſententiæ, nec executio poterit impediri, vt tradit idem de Franch. *deciſ. 261.*

Cum inter duos priuatos eſſet contentio, Fiſco creditori vnius illorum fuit denegata remiſſio ad Regiam Cameram, verùm liceat aſſiſte-

re liti pro ſuo intereſſe, & proponere exceptiones, quas ille opponere omittit in Sacro Conſilio, in quo pendet lis, nam & priuatus creditor pro ſuo intereſſe idem facere poteſt, *l. ſi cui, C. de non numerat. pecun.* ſic Paul. de Caſtro *in l. 1. C. ne fiſcus, vel priuat.* & benè ſecundùm Peregrin. *in tract. de iure fiſc. lib. 4. tit. 6. num. 47.* & obſeruatum fuit in Collaterali Conſilio me referente inter Regium Fiſcum, & hæredes q. Portiæ Caracciolæ cum D. Aſtorgio Agneſe adminiſtratore hæreditatis ſororis Mariæ Carrafæ Ducíſſæ Ceræ.

Dicebatur etiam, quod ſimul in inſtantia reclamationis, vt ex ſupra dictis verbis decreti Sac. Conſ. patet, & inſtantia appellationis eſt tantæ efficaciæ, quod licet fiſcus ſuccedens in ius pri-
26 uati ex cauſa publicationis, ſeu confiſcationis bonorum, poſſit litem cœptam coram ſuis Iudicibus terminari facere iuxta tradita *in l. ſi conſtante §. fin. ff. ſol. matrim.* de quo per Peregr. *de iur. fiſci lib. 7. tit. 1. num. 12.* hoc tamen eſſet intelligendum
27 durante prima inſtantia, ſecus autem ſi lata prima ſententia cauſa reperiretur in inſtantia appellationis, quo caſu fiſcus quamuis merè principalis habens intereſſe teneretur illud iudicium appel-
28 lationis proſequi, Iudice non mutato ex doctrina Salyc. *in l. prima C. ſi pend. appell.* Franc. Lucanus *de priuileg. fiſci num. 20.* Peregr. *in dicto tit. 1. lib. 7. num. 12.*

29 Ad ſecundum, quod propter priuilegium fiſci erat ſuperſedendum in cauſa inter priuatos
30 vertente in S. C. ſuper eadem re, afferebat tex. *in l. apud Iulianum ff. de iur. fiſci.*

31 Ex aduerſo dicebatur tex *l. apud Iulianum* fuiſſe correctum per tex. *in l fin § fin. C de petit. hered.* vt Andr. *de Iſern. in cap. Imperialem § præterea ſi inter duos poſt num 73. verſ. quid ergo ſi dominus, & in verſ. verius videtur,* & Specul. *in ver. item ſi fiſcus in tit. de reo,* aduertit Aduocatum rei, nè actio prædicta ſit ſublata per id, quod habetur *in d. l. fin. C. de petit. hered.*

Hæc autem correctio non fuit habita pro ve-
32 ra: nam tex. ille non loquitur in fiſco, vt aduertit gl.
33 *in d. l. apud Iulianum in verbo expreſſum,* & ſequuntur alij, & diſpoſitio quantumuis generalis non comprehendit caſus ſpecialiter prouiſos *l. fin.* vbi glo. *C. de ſilent. lib. 10.* latè Præſ. de Franch. *in deciſ. 162. n. 54.* & Pater Molfeſ. *in Conſuet. Neapol. de renunt. quæſt. 1. n. 46.*

Dicebatur ſecundo admiſſo tex. *in d. l. apud Iulianum* non eſſe correctum, locum tamen ſibi
34 vendicare, quando eodem tempore fiſcus, & priuatus concurrunt pro vendicatione certorum bonorum, aliàs ſi fiſcus litem non mouerit, vel priùs conteſtata non fuerit nomine fiſci, non impeditur expeditio cauſæ priuati, & ne debitur fiſco per cautionem in caſu, quo ille, qui de præſenti non poſſidet, priùs obtineret; iuxta tex. *in l. ù, à quo ff. de rei vendic. & in l. pen ff. de petit. hered.* iuncta gloſ. *in d. l. apud Iulianum in verb. expreſſum eſt,* per tex. *in l. ſi heres ff. ſi cui plus, quam per l. falcid.* vbi gl. intelligit ſuperſederi, ſi eſſet lis conteſtata, & Albericus clariùs dicit *in d. l. apud Iulianum,* fiſco vendicante etiam lite ſuper hoc conteſtata, vel vendicare inchoata antequam priuatus contendat ad ſe pertinere, ita concordando tex. *in d. l. ſi heres,* & ſic ſuperſederi non debet, niſi quando fiſcus, & priuatus concurrit in agendo, vt Affl. declarat *in §. 1. §. rei autem n. 9. de inueſt. de re alien. fact.* & Peregr. *loc. cit.* & Andr. *in d §. præterea, ſi inter duos n. 23. verſ. verius videtur.* Hæc
enim exceptio licet in fauorem fiſci dicitur di- 35
latoria, vt poſuit Specul. *in d. verſ. item ſi fiſcus,* ideòque ſi proceſſus priuati eſt compilatus, non
poterit hac ratione impediri expeditio cauſæ 36
priuati, cùm clarum ſit, dilatorias exceptiones opponi debere ante litem conteſtatam, *l. ita demum,* vbi gloſ. & Doct. *C de procur. l. exceptionem,* vbi glo. Bal. & cæteri *C. de probat. & l. Pomponius § ratihabitionis ff. de procur.* & quod ſuperſederi non debeat in expeditione cauſæ inter priuatos ſaluis iuribus Regij fiſci, fuit ſollemniter deciſum in Collaterali Conſilio facta relatione per Regiam Cameram in cauſa Catherinæ Pellegrinæ cum Alphonſo Sanchez, vt refert Dom. de Franch. *in dec. 261. in fin.*

Ex quibus ſub die 30. Octobris 1618. fuit 37
deciſum, quod procedatur in S. C. ad ea, quæ incumbunt in cauſa reclamationis prætenſæ incapacitatis dicti Ioannis Baptiſtæ Catanei inter eum, & Philippum Spinolam vertentis in eodem S. C. verùm circa prætenſa per dictum Philippum Spinolam contra regium Fiſcum adeant Regiam Cameram Summariæ.

## ARGVMENTVM.

*Citatus pro extractione pecuniæ ad partes infidelium, & frumenti extra Regnum, ac pro emptione liberantiarum contra formam regiarum pragmaticarum, ſimulatque contumax effectus eſt, an pœna pecuniaria mulctari poſſit abſque alia citatione.*

## SVMMARIVM.

1 *Ex delicto agi poteſt criminaliter, & ciuiliter, ſcilicet ad pœnam, & ad intereſſe.*
2 *Cæterùm quæſtionis eſt, quando vtraque pœna debeatur, & in vno, eodemquè libello cumulari poſſit, & ſub diſtinctione reſoluitur quæſtio, & num. 3. & 4.*
5 *Iudex poteſt pecuniarias ſtatuere pœnas aduerſus contumacem conſtito de delicto.*
6 *Et in abſentem ſententiam proferre, ſiue conteſtata lis ſit, ſiue non, ſi modo de capitali, vel de pœna corporis afflictiua non agatur, & num. 9.*
7 *Quod in cauſa criminis, pro quo ciuiliter agitur, locum quoque ſibi vendicat.*
8 *Contumacia vim habet litis conteſtationis.*
10 *Citata pars an eo ipſo, quod non comparuit, & fuit contumax, poſſit à Iudice mulctari abſque noua citatione: ſuper hoc diuerſæ Scrib. opiniones pulchro diſtinctionis fœdere conciliantur, & num. 11. & ſeqq.*
12 *Iudex in acceſſoriis plurimum poteſt.*
13 *Contumax per M. C. ritum in Regno non auditur, nec in alia ciuili cauſa etiam ſe defendendo, ſi Iudici ſic viſum fuerit.*
14 *Pœna quando eſt promiſſa, & ſtipulata penes aliā Curia, abſque alia citatione, & libello fit exequutio pro omni eo, quod in obligatione eſt deductum iuxta Mag. Cur. ritum, & Regia Camera ſtylum.*

DECISIO

## DECISIO LXXI.

Citatus fuit ad informandum Michaël Vacz iuxta ſtylum Magn. Curiæ pro extractione pecuniæ ad partes Infidelium, & frumenti extra Regnum, ac pro emptione libertantiarum contra formam regiarum pragmaticarum, & facto contumace, inſtituit fiſcus pro pecuniaria pœna exequi pro nunc, ad quam etiam tenetur, virtute
1 obligationis immittendi frumentum ad Ciuitatem Neap. ad vtramque enim tenetur, & ad corporalem, & ad pecuniariam, cùm vna reſpiciat vindictam, altera perſequutionem rei familiaris pro intereſſe Regij fiſci, *l. ſi quis reos §. fin. ff. de recept. arbitr.* vbi gloſ. & Bar. *in l. prima §. Prætor edixit ff. de iniur.* & poſſunt cumulari in eodem libello, Marant. in Specul. *par. 4. in prima diſt. jud. num. 4. & 6.* prout actum fuit in citatione ad informandum ſuper extractione prædicta, pro
3 qua vtraque pœna imponitur, & poteſt agi altera via, non obſtante, quod prius actum eſt vna, ita communem refert Maranta in Specul. *in dicta 4. par. in prima diſtinct. iud. num. 9. verſ.*
4 *breuiter communis concluſio*, ſecùs ſi vtraque pœna tenderet ad publicam vindictam ex dictis per Ann. *alleg. 40.*

5 Et Iudex in contumaciam conſtito de delicto ſtatuere poteſt pœnas pecuniarias tex. aſt *in l. abſentem ver. aduerſus contumaces verò ff. de pœn.* per quem tex. gloſ. *in Conſt. Grandis, in verb. capitaliter* tenuit in abſentem poſſe dari ſententiam, ſi-
6 ue ſit litis conteſtata, ſiue non, ſi non agitur de capitali, ſequitur Affl. ibidem, *& in conſt. pœnam nouem unciarum in §. contumacem in primo notab. verſ. ſed ex quo in Regno*, ſubdens *per cap. Reg-*
7 *ni deteſtantes* non requiri litis conteſtationem, quod procedit, etiam quando agitur ciuiliter pro cauſa criminis ex dictis per Marant. *in d. 4 par. in prima diſt. jud. num. 94. ver. tamen, quia dicta regia*
8 *pragmatica*, & contumacia habet vim litis conteſtationis, Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verbo conteſtata num. 2.* Rouit. *ad pragm 131. de ord. iud. num. 10.*

9 Et abſentem poſſe condemnari, vbi non venit imponenda pœna corporis afflictiua, communem eſſe refert Bald. *in l. abſentem in fin. C. de accuſ.* & alij adducti per Iul. Clar. *in § fin. quæſt. 44. in princ. ver. hanc tamen concluſionem intellige.*

10 Sed dubitatur, an requiratur noua citatio, & videbatur requiri per doct. Bart. *in l. ſecunda ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* vbi tenet, quod priuſquam proferatur ſententia, ſeu mulcta contra contumacem, debet de nouo citari ad allegandum, quare mulctari non debeat, quam opin. refert, & vti communem ſequitur Clar. *in d. quæſt. 44. n. 9. ver. verum tamen ſciaæ.*

Facit etiam *deciſio* de Franch. 457. vbi contumax, dum de priuatione officij agebatur, fuit citatus ad omnes, & ſingulos actus.

11 Sed his non obſtantibus citationem aliam non eſſe neceſſariam, patet quia cùm pœna hæc reſpiciat proceſſum, & eius ſit acceſſorium, tunc ſine noua citatione fieri poteſt condemnatio: quoniam Iudex multum poteſt in acceſſoriis, *l. ædilee §. item ſciendum ff. de ædil edict.* & ita tenuit Bart. *in l. 3. §. ſi ad diem ff. de re militari*, quem refert Imol. *in cap. 1. de iud.* & poſt vtrunque Andr. Barbat. *in d. cap. 1. n. 62. ver. ſed* Io. de Imol. aſſignat rationem diuerſitatis, *& inferius num. 63. verſ. vnde dicis, de iud.* Diſtinguentes, quandam eſſe pœ- 12
nam contumaciæ, quæ reſpicit primum proceſſum, ſuper quo contumacia eſt admiſſa, puta vt contra contumacem feratur ſententia, vel perueniatur ad primum, vel ad ſecundum decretum, & tunc proculdubio noua non requiritur citatio; ſed Iudex poterit condemnare contumacem, non repetita citatione, quandam verò eſſe pœnam, quæ ipſum proceſſum non reſpicit, neque eius acceſſoria, vt ſi propter contumaciam vellet quis aliquem in certa quantitate damnare, vel ab officio remouere, & tunc requiritur noua citatio, vt habeat terminum, intra quem doceat, & docere poſſit de ſua excuſatione, & ita loquitur Bar. *in d. l. 3.* & procedit relata Vinc. de Franc. *dec. 457.* & ſic patent reſponſiones ad contraria, & firma remanet concluſio, quod non requiratur alia citatio.

Quod fortiùs in Regno procedit, cùm *per ritum M. Cur. 220.* ſecundùm ordinem Cat. incip. *item ſi aliquis, vel aliqua*, non audiatur contu- 13
max, nec in alia cauſa ciuili, etiam ſe defendendo, ſi Iudici videbitur, vt ibi notant Scribentes, de quo meminit Vinc. de Franc, *dec. 271. n. 3. in fin. & num 5.*

Eo maximè in caſu, de quo agitur, in quo pœna 14
eſt promiſſa, & ſtipulata penès acta Curiæ, quo caſu abſque alia citatione, & libello fit exequutio pro omni eo, quod in obligatione deductum eſt *per rit. Mag. Cur.* & ita ſe habet ſtylus Regiæ Cameræ, vt ex exemplis patet.

Non fuit poſtmodum in deceſſum, quia compa- 15
ruit, & perpenſo negotio coram Delegatis, falſa denuntiatione reperta, non eſſe moleſtandum cenſuerunt, Imò Regium Patrimonium eius induſtria, & labore magnum fructum conſequutum fuit, proinde titulo Comitatus pro mercede decoratus extitit, & Nepos ad Præſidentis R. C. munus aſſumptus fuit, in quo cum patrui veſtigia fuerit ſequutus, non minus commodum eius opera percipit idem Patrimonium.

Verùm aliàs practicatum in M. C. contra contumacem pro pœna pecuniaria fuiſſe citatum reum ad omnes, & ſingulos actus, & accuſatis contumaciis in contumaciam proceſſum ad exequutionem pœnæ.

## ARGVMENTVM.

*Cumulationis actionum materia diffusè, longaque manu pertractatur.*

## SVMMARIVM.

1 *Actionum cumulatio quid ſit.*
2 *Ad cumulationem inducendam quot, & quæ requirantur.*
3 *Quæ do permittatur, & num. ſeqq. & quando prohibeatur, num. 16.*
L. hæreditas materteræ C. de petit. hæredit. *declaratur, & num. 27.*
5 *Actionum accumulatio regulariter permittitur.*
6 *Actiones plures ex diuerſis cauſis concurrentibus ad eidem competentes cumulari poſſunt.*
7 *Actionum cumulatio quando prohibeatur, & num. 11.*

 8 *Reiuendicatio*

8 *Reiuendicationis, & petitionis hæreditatis iudicia non ſunt inter ſe contraria, ſed diuerſa.*

9 *Hæreditatis petitionis iudicium, cui, aduerſus quem, & pro quibus rebus detur, & num.10.*

11 *Actor contraria allegans non auditur, & ideò neceſſariò eligere debet vnam ex pluribus actionibus ſibi contrariis, idque exemplis illuſtratur.*

12 L. vt debitum 5. C. de hæredit. act. intellectus, & num.26.

*Cauſa maior potitur prælationis prærogatiua.*

*Iudicium particulare interdum differtur, quoad iudicium vniuerſale finem accipiat.*

13 *Hæreditatis petitio qua ratione præiudicialis dicatur, quoad alia minora iudicia?*

14 *Reiuendicationem, & petitionem hæreditatis aliquando poſſe accumulari non ſine ratione docuit Bal. hic. alleg.*

15 *Iudicium ſecundo loco intentatum quando ſit prius terminandum, quàm primum.*

16 *Actione vna electa quando altera tollatur.*

17 *Actionum ex diuerſo fonte prouenientium quando permittatur accumulatio.*

18 *Actionum accumulatio quando impediatur reſpectu executionis.*

19 *Actionum accumulatio impeditur ratione ſuperfluitatis.*

20 *Actionum accumulatio in Regno eſt permiſſa, & de ratione.*

*Regula prohibeatos actionum cumulationem dicuntur de apicibus iuris.*

*Præiudicialia in Regno fuerunt ſublata.*

*Occurritur cuidam motiuo, quod ſit in contrarium.*

21 *Exceptio cumulationis vti dilatoria eſt opponenda ante litis conteſtationem.*

22 *Actionum contrariarum ad idem tendentium datur accumulatio ex gl. hic allegata.*

23 *Actionum contrarietas ex* Bal. *ſententia conſideratur tripliciter, origine, exercitio, & executione.*

24 *Actionum cumulationem regulariter excludit prima contrarietas. Item & ſecunda, vt num.28.*

25 *Actiones origine contraria quonam pacto dignoſcantur.*

*Iudicium inofficioſi, & iudicium nulli, aut falſi teſtamenti aduerſantur ſibi, vti contraria. ibid.*

27 *Accumulatio non admittitur in contrariis, etiam ſi ſententia lata in vno non afferat præiudicium in alio ſecundùm* Bal.

28 *In actionibus, quæ electione non tolluntur, quando ſine controuerſia ſit prohibita accumulatio.*

*Accumulatio non admittitur in duabus cauſis lucratiuis.*

30 *Actionum realium ex quacunque cauſa deſcendentium inhibetur accumulatio.*

31 *Accumulatio non admittitur, vbi exequutione facta in vna actione tollitur alia.*

32 *Inconuenientia enumerantur, quæ oriuntur ex prohibita accumulatione.*

33 *Accumulatio reiici debet à Iudice etiam parte non opponente.*

34 *Iudex parte non inſtante ratione contrarietatis actionum debet libellum lacerare.*

35 *Conſtitutio Regni* Si ciuiliter *agens tollens præiudicialia, non comprehendit exceptionem prouenientem ex fonte repugnantiæ.*

36 *Legiſlator facere non poteſt, quod actus continens in ſe repugnantiam valeat, imò nec Omnipotens Deus.*

37 *Accumulatio permittitur ad tollendam multitudinem litium; vt ſub vno Iudice terminentur.*

38 *Accumulatio coram diuerſis Iudicibus ſuper eadem re prohibetur.*

39 *Conſt. Regn.* Si ciuiliter agens *non ſeruatur, ſi quæſtio pendet coram diuerſis Iudicibus.*

40 *Accumulatio ſtrictius accipitur in Regno, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta.*

41 *Deciſio S.C.*

42 *Contrarietas ceſſat, quando actiones non proponantur.*

43 *Accumulatio non dicitur actionum, quæ competunt ex diuerſis cauſis, & diuerſo tempore.*

## DECISIO LXXII.

MOndo Antonio Brancia, qui emerat à Regia Curia feuda Lareni, & Caſalium pro pretio ducatorum nonaginta mille, cum poteſtate nominandi in ſucceſſorem, & hæredem in dictis feudis vnum ex eius filiis ſecundogenitis, facta dicta nominatione in perſonam Hieronymi filij ſecundogeniti, egit in S. C. Io. Vincentius Brancia deſcendens ex filio primogenito in anno 92. & petiit ſe declarari hæredem in dictis feudis non obſtante dicta nominatione tanquam nulla, & inualida, & proinde condemnari Hieronymum nominatum, & poſſeſſorem ad ea relaxandum unà cum fructibus, & in dicta cauſa fuit proceſſum ad vlteriora, & ipſa remiſſa ad S. C. Mortuo poſtmodum dicto Hieronymo in
1 anno 1600. Philippus eius frater vtrinque coniunctus ad præſens Marchio Lareni apprehendit ab inteſtato poſſeſſionem dictorum feudorum, iterum Io. Vincent. in anno 1607. petiit in S. C. ſe declarari hæredem in eiſdem feudis dicti Hieronymi ſine præiudicio litis primò motæ, & proinde condemnari Marchionem poſſeſſorem ad ea relaxandum vnà cum fructibus. In hac cauſa fuit prouiſum procedendum eſſe in Sac. Cur. non obſtante remiſſione petita ad Regiam Cameram, fuit datus terminus, & proceſſum ad vlteriora, comparuit Marchio conuentus, opponendo exceptionem prohibitam cumulationis, & duplicitatis, & propterea inſtitit prouideri eſſe ſuperſedendum in hoc ſecundo iudicio, donec terminetur, & diffiniatur primum, aduerſus quam exceptionem hæc pro Marchione adducebantur.

Cumulatio ex communi Doctorum placito eſt coacervatio plurium actionum contra eundem propoſitarum in iudicio legitimè facta, vt poſt alios notat Aret. in §. *minus* n. 35. *inſt. de action.* Ex qua definitione clarè duo colliguntur. 1

Primum, requiri ad cumulationem inducendam, vt plures actiones actori tempore iudicij mouendi competant ad hoc, vt illis coacervatis experiatur contra reum. 2

Secundum, vt cumulatio plurium actionum contra eundem proponatur.

Primum omnino deficit in caſu noſtro, cum tempore primi iudicij à Ioan. Vincentio intentati ei non competebat actio ſucceſſionis, & tenutæ

bonorum

bonorum feudalium Hieronymi, qui adhuc erat viuus, & contra eum dirigebatur iudicium. Quo mortuo abſque deſcendentibus propoſuit Ioannes Vincentius ſecundum iudicium ex nouo ſibi iure ſuperueniente, & proinde ex hac noua ſucceſſionis cauſa agi poteſt, vt eſt tex. *in l. hereditas materteræ C. de hered. petit.* vbi ſi quis petiit hæreditatem materteræ, quæ non pertinet, nec ad petentem, nec ad conuentum, & ſic actor ſuccubuit, ſi deinde tertius, cuius eſt hæreditas, decedat, & noua ſuperuenit ex eius morte cauſa ſuccedendi actori, poterit agere contra conuentum, non obſtante exceptione rei iudicatæ ex prima ſententia reſultante, & ſic quando plures actiones diuerſo tempore ex diuerſis cauſis competunt, tunc datur petitio ſucceſſiuè, non cumulatio ex noua cauſa ſuperueniente, nec eſt vera illatio partis, quod in illo tex. permittitur ſecunda petitio, & ſic cumulatio, quia erat finitum primum iudicium, quia tex. hoc non dicit, & eſſet eius literam deſtruere, nec Imperator ſe fundat in ſententia lata contra petentem, vt tunc demum denuò agi potuiſſet ex nouo iure ſuperueniente, ſi primum iudicium eſſet contra petentem finitum; ſed principaliter ſtatuitur, quod petitio hæreditatis non infringit aliam petitionem ſucceſſiuam, quæ ſuperuenit ex noua ſucceſſionis cauſa, ideóque non deducitur ex illo tex. quod ordine ſucceſſiuo vna poſt aliam deberet proponi, cum ibi hoc euenerat ex facti contingentia, cum ſecunda actio non cœpit competere, niſi finito iudicio, ſed dum prima non infringit ſecundam ex nouo iure competentem, ſuper hoc fundatur deciſio tex. vt admittatur tanquam petitio ſucceſſiua ex noua non autem, vt poſſit dici cumulatiua.

4 Deficit & ſecundum requiſitum ad inducendam cumulationem, cum in his duobus iudicijs agatur non contra eandem, ſed diuerſas perſonas, quo caſu non procedere regulam prohibitiuam cumulationis, cum proprie cumulatio non ſit, notat Bart. *in auth hoc ita col. 3. C. de duob. reis,* Curt. *in d. l. edita num.* 207. Purpur. *n.* 50. Alciat. *verſ. quid de accumulatione*, hiſque relatis Bologn. *num.* 133. Primum namque iudicium fuit inſtitutum contra Hieronymum, ſecundum autem contra Marchionem, non vti hæredem Hieronymi, ſed vti tertium extraneum detentorem, cum ipſe Io. Vincentius agens ex nouo iure ſit hæres Hieronymi.

Verùm vt omnino obturetur os parti aduerſæ,
5 etiam ſi in caſu noſtro eſſent applicabiles cumulationis termini, non eſſet prohibita cumulatio, cum cumulatio actionum regulariter ſit permiſſa, vt poſt gloſ. *in d. l. edita* firmant Bart. ibidem *num.* 13. & 14. Salycet. *num.* 18. Decius *num.* 39. Bald. *in lect. Patauina num.* 77. Viu. *opin.* 173. Conſil. Carleual. *in tract. de Iudic. tom. 2. lib.*
6 *1. tit. 2. diſp. 2.* hinc in noſtris terminis quando ſunt plures actiones ex diuerſis cauſis competentes ad idem, poſſunt cumulari, vt poſt Dyn. & Angel. docet Dec. *in d. l. edita num.* 8. Odofred. *in l. 1. num. 7. verſ. ſi autem C. de furt.* vt etiam notauit gloſ. *in l. ſecunda ver. ob aliud ff. de priu. delictis*, poſſe fieri cumulationem plurium actionum ex diuerſis factis concurrentibus.

7 Nec obſtat, tunc prohiberi cumulationem, quando actiones ſunt contrariæ origine, electione, & executione, de quibus latè agitur per DD. *in d. l. edita*, per Bald. *in cap. querelam num. 17. de elect.* nam regula prædicta prohibitiua nullo iure in caſu noſtro locum ſibi vendicat, cùm hæc duo iudicia non ſint contraria origine, nec in exer- 8
citio, & minùs in executione, quod vt clarè pateat, illud antea pono, hæc duo iudicia non eſſe inter ſe contraria; ſed diuerſa, & diuerſis iuribus fundata, nec verum eſſe in vtroque iudicio agi de dominio, quod non poſſit dici pertinuiſſe ad Io. Vincentium, vti ſucceſſorem in feudis dicti quond. Antonij ad excludendum Hieronymum, & nunc pertinere ad Hieronymum, & ſucceſſiue ad ipſum Io. Vincentium, vti illius hæredem, & ſic de directo contrarium, quoniam primum iudicium eſt reiuendicationis Ciuitatis tantum Lateni contra Hieronymum poſſeſſorem, in quo agebatur de dominio ex parte actoris, ſecundum verò iudicium propoſitum poſt mortem Hieronymi eſt petitionis hæreditatis in vniuerſis bonis feudalibus prædictis remanſis in hæreditate eius, in quo non agitur particulariter de domi- 9
nio, ſed ſufficit tenutam remanſiſſe in hæreditate, cum conſiſtat in ſimplici poſſeſſione defuncti, *l. item videndum §. fin. & l. non tantum, in prin. ff. de pet. hered.* & datur contra eum, qui pro 10
hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet, *l. regulariter ff. eod. tit.* idcóque non requiritur in hoc iudicio dominij probatio, ſed detentionis per defunctum glo. *in l. fin. ver. fuerunt C. de edict. Diu. Adr. toll.* Menoch. *de adipiſc. remed. 1. num. 5.* Oliban. *de action.* poſt alios *par. 2. lib. 1. in addit. ad cap. 43. num. 34.*

His ſuppoſitis, hæc iudicia non ſunt contra- 11
ria origine, eſſent namque contrariæ origine, quando quis habens plures actiones competentes, tunc prohibetur contrarias actiones cumulare, veluti ſi velit agere contra teſtamentum querela inofficioſi, quæ approbat teſtamentum in ſui eſſentia, non poterit eodem tempore agere actione furti, vel nullitatis, quæ negat ipſius teſtamenti eſſentiam, & hoc caſu impeditur cumulatio, *l. 1. cum ibi notatis C. de furt. l. qui de inofficioſo, de inoff. teſt.* ſicut declarant Bart. Bald. Socin. & alij recentiores *in d. l. edita*, hoc autem intelligitur, quando plures actiones eodem tempore competunt, & per natiuitatem vnius impeditur ortus, ſeu natiuitas alterius, tunc non poſſunt cumulari ſecundum Bald. *in d. c. querelam n. 17. de elect.* Purpur. *in d. l. edita num.* 188. ſecùs quando vna poſt aliam ex noua cauſa incipit competere, quo caſu contrariæ dici non poſſunt, nec repugnantes in natiuitate, vt Bolognett. declarat *in eadem lege edita n.* 504. ſicut in ſpecie noſtra, cum defuncto Hieronymo, contra quem primum iudicium erat inſtitutum, incepit competere Ioanni Vincentio actori ex nouo iure, vti hæredi ipſius Hieronymi, quæ tempore primi iudicij in rerum natura conſiderari non poterat, nunc autem merito Io. Vincentius ſuperſeſſo primo iudicio proſequitur ſecundum quoad tenutam dictorum feudorum, quoniam ſi declarabitur hæres Hieronymi excluſo Marchione, relaxari debet eidem tenuta feudorum, & hoc tanquam petitionis hæreditatis abſorbet primum iudicium, quod de cætero 12
proſequendum non eſſet, vt probat tex. *in l. vt debitum C. de hered. actio.* ibi enim creditor agebat pro conſecutione crediti contra poſſeſſorem hæreditatis, & eidem competebat petitio hæreditaria debitoris, & decidit tex. quod præpoſterè agit pro debito, cùm debuiſſet experiri petitione hæreditatis, ex qua per confuſionem extinguitur pe-

titio debiti, & ſic abſortum dicebatur primum iudicium ex petitione hæreditatis, & hic caſus fortior eſt noſtro, cum ibi eodem tempore vtraque actio competebat, crediti ſcilicet & hæreditatis; in ſpecie autem noſtra diuerſis temporibus, & dum Ioannes Vincentius dicitur ſucceſſor Hieronymi, hoc ſecundum iudicium tanquam vniuerſalius abſorbet primum, iuxta gloſ. *in d. l. vt debitum in verbo præpoſtera*, & ideò hoc ſecundum ratione ordinis & tanquam maius præcedere debet, *l. ſi per minorem ff. de iud.* licet minus iudicium priùs cœptum fuiſſet, *l. ſi quis libertatem verſic. de teſtamento cognituro*, vbi gloſ. *in lit. O. ff. de petit. hæred.* Paul. de Caſtro *in d. l. per minorem num.*
13 2. quod expreſsè notat gloſſa in iudicio petitionis hæreditatis *in d. l. per minorem, verſ. pone*, ibique Albert. notat, quod petitio hæreditatis non dicitur præiudicialis, quia aliis minoribus iudiciis præiudicet, ſed quia ſibi præiudicaretur, & ideò ſemper præcedit, & eſt tex. in terminis noſtræ quæſtionis adductus ab eadem gloſ. *in l. non diſtinguemus §. ſi is faciat, de recept. arbitr.* vbi ſi Titius moueat litem Caio ſuper relaxatione fundi, ſi Caio mortuo petat a detentore ipſius hæreditatis bona petitione hæreditatis, vti conſanguineus, iudicium primo loco motum, ſuper relaxatione fundi penitus ſilebit, & tractabitur ſecundum petitionis hæreditatis etiam coràm alio Iudice; ibiquè notat Odofred. & ſequitur Bal.
14 Fulg. Albet. & Caſtrenſ. & in propoſito cumulationis notat Bal. *in l. ſi poſt num. 6. C. de petit. hæredit.* omnino videndus, quod quando reiuendicatio fuit propoſita ſuper alia re particulari, & petitio hæreditatis pro vniuerſo, tunc admittitur cumulatio, quia non videntur ad idem proponi, & proinde omni iure debet procedere cognitio huius ſecundi iudicij tanquam vniuerſalis. Huc etiam pertinet, quod admonet
15 Bald. *in l. prima C. de fur.* vbi quod ſecundum iudicium debet prius cognoſci, quando illa cognitio poteſt abſorbere primum, vt in caſu noſtro, & ſufficit, quod in potentia ſit aptum abſorbere primum, licet non in actu, vt in ſimili dixit Bart. *in d. l. edita num.* 18. quod de primo iudicio dici non poteſt, quoniam ſi Ioannes Vincentius vellet inſtare pro expeditione primi iudicij, ſine dubio deberet illud proſequi cum hærede Hieronymi, & dum prætendit claro iure, ipſummet eſſe hæredem Hieronymi, non poſſet illud proſequi cum ſemetipſo, & ſi eſſet audiendus Marchio fateretur, eundem Marchionem eſſe hæredem Hieronymi, quod negatur expreſsè, & controuertitur in hoc ſecundo iudicio, quòd dici non poteſt abſortum à primo, in quo non agitur, quis ſit hæres Hieronymi, ſicut eſt contra declarato Ioanne Vincentio hærede Hieronymi. Hoc ſecundum iudicium totaliter abſorbet primum, & ſic per neceſsè priùs videndum eſt, quis ſit hæres Hieronymi, vt etiam notat Bolognett. *in d. l. edita num.* 110.
16 Contrarietas autem in exercitio pariter applicari non poteſt ad caſum noſtrum, procederet enim in pluribus actionibus eodem tempore competentibus, in quibus vna electa altera tolleretur, & tunc prohiberetur cumulatio poſt Bart. reaſſumit Purpur. *in d. l. edita num.* 179. Bolognett. *num.* 103. iuxta tex. *in l. quod in hæredem §. eligere ff. de trib. act.* & electione vnius induceretur renunciatio alterius ad tex. *in d. l. prima C. de fur. cap. vt qui duas, de elect. in* 6. In quantum verò noſtra ratione primi iudicij non poteſt dici renunciatum huic ſecundæ actioni nondum natæ, nec aliquo modo competenti, niſi ex nouo iure poſt mortem Hieronymi, & proinde ceſſat regula prædicta prohibitiua, vt per Bolognett. *dicto num.* 105. *in fine*.

Inſuper regula prædicta prohibitiua non habet 17
locum, quando actiones ex diuerſo fonte proueniunt, & licet tendant ad idem, dantur contra diuerſas perſonas, quia tunc admittitur cumulatio, *l. non eſt nouum ff. de action. empt.* Bart. *in l. 3. §. fin. ff. de duob. reis, & in d. l. edita verſ. quintum genus*, vbi Purpur. *num.* 185. 214. 231. Roman. *conſ.* 240. imò plures actiones competentes ex diuerſis cauſis, vt hic, poſſent cumulari etiam contra eandem perſonam Specul. *in tit. de act. ſeu petit. §. ſequitur nu.* 16. Crauett. *conſ.* 16. *n.* 8 *ex mente* Caſtrenſ. *in conſ.* 291. *col. 2. lib.* 2 ex qua reſponſione, quando cumulantur contra diuerſas perſonas, tolluntur omnes aliæ obiectiones, quæ ea Alciat. Bal. Gulielmo de Cuneo, deducunt ex aduerſo, cum eo caſu ceſſet contrarietas, & incompatibilitas, cùm prima actio propoſita non fuerit contra Marchionem, ſed contra Hieronymum, cuius perſonam Marchio nunc conuentus non repræſentat, cum non ſit illius hæres, & hoc caſu poſſe etiam contrarias actiones cumulari contra diuerſos poſt Cort. Purpur. & alios reaſſumit Bologn. *d. num.* 133.

Vltima contrarietas, quæ impedit cumulatio- 18
nem reſpectu executionis, ſeu exactionis, procederet, quando ita ſe haberent actiones, quod executione facta in vna, alia tolleretur, vel contingeret liberatio ab alia ex tex. *in l. prima in fine C. ſi fam. fur. feciſſ. dicat.* Bart. *in d. l. edita num.* 14. Gram. *deciſ.* 68. *num.* 2. verum requireretur, quod eodem tempore primi iudicij competiiſſent, vt eſt caſus *in d. l. prima*, item procederet, ſi proponerentur contra eandem perſonam, non diuerſas, vt Bologn. confirmat poſt alios *d. num.* 133. quæ duo requiſita ceſſant in caſu noſtro, nec ſecuta condemnatione in primo iudicio abſorberetur executio alterius, cum illa primæua actio minùs comprehendat, quam ſecunda, imò hæc ſecunda primum abſorbet, vt ſupra latè deductum eſt.

Inſuper ſi Ioannes Vincentius proſequeretur 19
primum iudicium, nulla vtilitas exinde prouenire poſſet: quoniam non poſſet proſequi illud iudicium contra Marchionem, vti hæredem Hieronymi, quod nec eſt poſſibile, imò ſi Ioannes Vincentius, vti hæres Antonij obtineret in primo iudicio reſpectu Ciuitatis Latinæ, iterum cogeretur agere, vti hæres Hieronymi reſpectu Terræ Montiſleonis, quæ non fuit quond. Antonij; ſed acquiſita ab eodem Hieronymo, & è contra ſi vti hæres Hieronymi obtineret in ſecundo iudicio, conſequeretur totum ratione vtriuſque feudi, ideò ceſſat ratio indiuiduæ prohibitionis, & ſuperfluitatis, de qua per Bald. *in l. incertè num. 7. in fin. C. de interd.*

In Regno pariter, vbi proceditur ſummariè, 20
& de plano, ex *cap. deteſtantes, & pragmat. diſpendia litium* admittitur cumulatio: nam attentis regulis prohibitiuis, quæ ſunt de apicibus iuris, vt per Curt. *in d. l. edita n.* 213. vbi Alciat. *col. 3. ver. tertius caſus*, Purpur. *num.* 62. *verſ.* 2. & *num.* 200. & Bolognett. *num.* 136. & *num.* 102. & 331. Aret. *conſ.* 103. etiam quia ſunt ſublata præiudicialia, ex *Conſtitutione Si ciuiliter agens*: Nec obſtat, ſi

dicatur,

dicatur, ſtatutum non ſubſtuliſſe prohibitiones ratione contrarietatis, & repugnantiæ, vt per Angel. *in l.tale pactum §. qui prouocauit col. 5. verſ. vlterius vltra prædicta ff. de pact. & in conſ. 187.* Alex. *conſ. 521. vol. 1.* quoniam procederet hæc obiectio in actionibus contrariis origine, vel exercitio, vt poſt Bald. *in l. nec quicquam §. de plano ff. de offic. Proconſ.* Dec. & alios *in d. l. edita* dixit Bologn. ibidem *ſub num. 136.* quæ contrarietas in caſu noſtro ceſſat, vt *ſuprà* fundauimus.

21 Vltimò ex ordine exceptio cumolationis vel dilatoria, quæ non perimeret ſecundam actionem, non poteſt opponi poſt litem conteſtatam in ſecundo iudicio per tex. *in l. ſed & ſi ſuſceperis ff. de Iud. & l. de accuſat. C. de accuſ.* ita dixit, diſtinguendo Bald. *in d. l. edita in ſecunda lectura n. 81. ver. ſed an exceptio,* Marian. Socin. *in cap. dilecti, de libell. oblat. ver. ſexto quæro, in verſ. primo caſu num. 28.* Aret. *in d. §. ſi minus n. 22. circa finem,* Bologn *in d. l. edita num. 127. ver. & iſta exceptio.*

22 Ex quibus omnibus videbatur dicendum, procedendum eſſe in hoc ſecundo iudicio, in quo egitur de tenuta pro executione decreti Collateralis Conſilij, quo caſu etiam duas contrarias actiones cumulari ad idem dixit glo. ſingularis omnino, videnda *in l. prima verba conditio, in fin. verſ. item nota C. de donat. quæ ſub modo,* tum quia eſt magis vniuerſale, quod abſorbet primum, & ex eo omnis quæſtio reſoluitur breuiùs, & facilius, & euitantur expenſæ, & tot temporum ſpatia, quæ neceſſaria forent in primo iudicio decidendo cum vnione Tribunalium.

Hæc pro Mutchione, quibus aduerſabatur Io. Vincentius dicens, totam vim huius controuerſiæ conſiſtere in demonſtrando contrarietatem dictarum actionum, & iudiciorum, quæ

23 ſtituit Io. Vincentius contrarietatem actionum, in dictis iam propoſitis actionibus inueniri audacter affirmabat ex Bald. *in c. querelam n. 17. extra de elect.* & Socin. *in cap. dilecti filij n. 33. extra de libell. oblat.* qui loquendo in his terminis actionum, dicebat, quædam eſſe contraria origine, quædam eſſe contraria electione, ſiue exercitio, quædam eſſe contraria exactione, & quod exactio, & executio vnius excludat exactionem alterius, & in qualibet contrarietate iſtarum excludi cumulationem ſecundæ actionis ibidem probauit.

24 In prima contrarietate originis actionum fundauit Bar. vnam regulam prohibitiuam cumulationis *in l. quædam num. 14 C. de eden.* per tex. *in l. 1. C. de furt. l. eum, qui, & l. contra maiores C. de inoff. teſtam.* & fuit regula gloſ. & Dyn. vt ibidem ipſe refert, approbata per omnes interpretes *in d. l. edita,* vt ex Paul. *num. 11.* Salyc. *num. 19.* Buttig. *col. 5. verſ. expedita,* Iacobin. *num. 91.* poſt Dec. Soc. & alios referunt diffusè Bolognett. *num. 104.* Hieron. Cagnol. *num. 210.* Franc. Purpur. *num 183.* Socin. *latè in d. cap. dilecti filij num. 121. & 133. de libell. oblat.* vbi Specul. & alios refert.

25 Applicationem huius primæ contrarietatis militare in caſu noſtro afferebat, quia dicuntur actiones contrariæ origine, quando cauſæ ipſarum actionum non poſſunt ſimul eſſe veræ, & ſic veritas vnius excludit veritatem alterius, vt dicebat Bald. *in d. cap. querelam num. 17.* vel natiuitas vnius impedit ortum alterius, vt declarat Purpur. *in d. l. edita num. 188.* & declarant optimè Bald. & Salyc. *in ead. l. prima C. de furt.* & poſt eos Cagnol. *in d. l. edita num. 213.* qui exemplum *l. contra maiores* allegant ad probandum contrarietatem originis, quia ille primò inſtituerat iudicium inofficioſi teſtamenti, poſteà nulli, aut falſi, dum enim dicit inofficioſum, ſupponit eſſentiam teſtamenti, dum dicit nullum, negat eſſe teſtamentum, & ſic veritas vnius excludit alteram. Hæc contrarietas verſari videbatur in dictis actionibus propoſitis à Io. Vincentio: In primo enim iudicio petiit, ſe declarari hæredem in feudis Antonij Branciæ aui, excluſo Hieronymo poſſeſſore & hærede nominato. In ſecundo iudicio propoſuit ad ſe ſpectare eadem feuda, vti hæredem ipſius Hieronymi, modò contrarietas originis eſt euidens, quia in prima actione ſe ſuppoſuit dominum, & hæredem in dictis feudis, excluſo Hieronymo, ſi veritas huius propoſitionis procedet, excluditur ſecunda actio, quam propoſuit, petens ſe declarari hæredẽ Hieronymi in dictis feudis; quia ſi Hieronymus ab eis excluditur, eidem non poterit ſuccedi, & petitio hæreditatis Hieronymi ſupponit bona hæreditaria declarari debere in dominio ipſius actoris, quod expreſsè excluditur per primam actionem, & illius veritas hanc ſecundam tolleret, certa ergo erit applicatio contrarietatis originis.

Idquè vltra rationes iam commemoratas probari etiam videbatur ex *l. vt debitum C. de hæredit. actio.* vbi ſi quis petat à poſſeſſore hæreditatis debitum, deinde agat petitione hæreditatis, deciditur, præpoſteram eſſe petitionem, & proinde ſuſpendendam eſſe petitionem debiti, quia ſi hæres declaretur, petitio debiti iam extinguitur; & hoc ibi in puncto dixit Cyn. procedere, quia eſt allegare, & proponere contra, quia ſi ſum hæres, debitum eſt extinctum, & Bald. ibid. dixit ante *n. 1.* quod debet præmitti cognitio, an ſit hæres, quia ſi eſt hæres, fruſtratorium eſſet aliud iudicium de debito, & etiam ſecundum iudicium debet prius cognoſci, quando illius cognitio poteſt abſorbere primum, nè fruſtratoriè litigetur, vt idem Bal. ibi *num. 1.* & Salyc. *ante num. 1.* concludunt, modò inductio huius deciſionis rem ponit extra controuerſiam: certum eſt enim, quod quando Ioannes Vincentius petiit, ſe hæredem Antonij declarari in his feudis, excluſo Hieronymo, illa actio tendit principaliter ad declarandum dominium ipſius actionis, hoc enim eſt in petitione hæreditatis, quod licet onus probationis tantùm conſiſtat in probando rem fuiſſe in hæreditate, & ſic poſſeſſionem, vel tenutam in poſſe defuncti iuxta terminos, *l. item videndum, in fin. ff. de petit. hæred.* tamen concludit ipſa actio principaliter declarationem dominij ipſius actoris, vt declarat Bald. *in l. hæreditatis num. 3. C. de petit. hæred.* Iacob. Buttig. ibi *ante verſ. item quæro,* Paul. de Caſtr. *in l. ſecunda num. 5. C. eodem tit.* propoſuit ergo Io. Vinc. declarari ſuum dominium dictorum feudorum, excluſo Hieronymo hærede nominato, contrarium proponit in ſecundo iudicio, vt declaretur ſuum dominium eorundem feudorum ex perſona ipſius Hieronymi, allegando titulum hæreditarium ab ipſo Hieronymo defuncto; hæc ergo ſecunda petitio eſt præpoſtera, quia contraria primæ, nam ſi eſt hæres Antonij ſecundum primam petitionem, extincta eſt ratio, & prætenſio ſecundæ petitionis, quia per primam declarationem hæredis extinguitur ſecunda ſucceſſio petita, & militat in puncto deciſio *d. l. vt debitum,* & doct. Cyn. ibidem, videtur etiam in terminis traditio Bald. &

Salyc. *in ead. lege*, quia debet præcedere cognitio, an Io. Vincentius ſit hæres Antonij, nam ſi eſſet, fruſtratoriè litigaretur in ſecundo iudicio, quod omnino eſt euitandum.

27 Probatur inſuper ex deciſione Bald. in proprio caſu *in l. edita in lect. Patauina ante num. 78.* vbi determinat, in contrarijs non admitti cumulationem, etiam ſi ſententia lata in vno non noceat in alio, & allegat legem punctualem in terminis caſus noſtri *in l. hæreditas materteræ C. de petit. hæred.* vbi erat petita ſucceſſio eorundem bonorum iudicio petitionis hæreditatis per mortem vnius, & poſteà fuit petita per mortem alterius ex nouo iure ſucceſſionis, vt ibidem ponunt caſum Petr. de Bellaper. *poſt princip.* Paul. de Caſtr. *in princ.* Cyn. Angel. & cæteri omnes, & in illis terminis, qui ſunt proprij caſus noſtri, determinat Bald. ratione contrarietatis non poſſe admitti cumulationem *in d. l. edita num. 78.*

28 Secunda contrarietas, quam Bald. & Socin. conſiderabant in exercitio actionum in illis actionibus, in quibus vna electa alia tollitur, fecit formam aliam regularem prohibitiuam cumulationis in terminis, *l. quod in hærede §. eligere ff. de trib. act. l. fin. C. de codicill. cum ſimilib.* poſt gl. & Dyn. *in cap. nullus plurib. de reg. iur. lib. 6.* ponit Bar. *in d. l. edita num. 14.* quæ fuit confirmata ab omnibus *in ead. l.* tradunt late Purpur. *num. 179.* Io. Bolognett. *num. 102.* Hier. Cagnol. *num. 207.* Zaſ. *in §. minus inſtit. de act. num. 12.* Socin. *d. c. fin. de lib. oblat. num 20.*

29 Et in aliis etiam actionibus, in quibus vna electa alia non tollitur, tamen exercitium alterius ſuper eadem re pendente quæſtione de prima conquieſcit, *ex quo enim per vnam poteſt ita conſequi ſicut per plures, non debet imbrigare aduerſarium*, ſunt verba Cyn. firmantis hanc maximam *in d. l. edita col. fi. verſ.* ſed Petrus, & Petr. de Bellapertic. ibid. *col. 12. verſ. ſed quæritur*, & Bald. *in l. incerti ante n. 3. C. de interdict.* docuit etiam in actionibus, quæ electione non tolluntur, cumulationem non procedere, ſed tantum poſſe proponi iudicium ſucceſſiuè ſecundùm *leg. eum qui, & l. contra maiores* & licet dicta opinio Petr. & Cyn. ſit contra Dyn. tamen quando vtraque actio eſt ex cauſa lucratiua, recepta eſt apud omnes ſine aliqua contradictione, vt vna propoſita, & ea pendente exercitium alterius tollatur ex ſententia Bartoli *in d. l. edita num. 20.* quæ probatur *in l. omnes C. de act. & oblig. & in l. Mæuius §. duo de leg. 2.* & dixit ibidem Iacob. Butrigar. *col. 6. verſ. item eadem mihi*, ſed certè habent iuſta impedimento contrarietatem in exercitio, nam cùm iſtæ cauſæ tendant ad acquiſitionem rei eadem res non poteſt haberi ex duabus cauſis lucratiuis, Salyc. *poſt num. 20. verſ. aut amba, ſeu vtraque actio*, licet ex facto diuerſo venit ex cauſis lucratiuis, tunc cumulatio eſt prohibita, quia eius effectus eſt prohibitus, & paulò infra punctualiter addit hunc caſum agentis ex duabus cauſis lucratiuis comprehendi ſub regula actionum, quæ ſe non compatiuntur, & tolluntur electione, quia ſunt incompaſſibiles, lege concurrere prohibente, Alciat. *num. 99.* qui optimè, & eruditè hoc declarat, Bal. *in prima lect. num. 62. circa finem* dicit in duabus cauſis lucratiuis non admitti cumulationem, quia eſt contrarietas, ideſt quædam incompaſſibilitas, & ſic de prohibita cumulatione ſecundæ actionis, quando vtraque actio oritur ex cauſa lucratiua. Vnde Bart. diſtinctio eſt maximè à prædictis approbata, quam omnes ex iuribus allegatis poſtea fuerunt ſequuti, vt per Philipp. Coro. *in repet. eiuſd. l. num. 33.* Iacob. *num. 94.* Lancellot. Dec. qui ſimiliter dicit ab omnibus receptam, & ſufficere eſſe poſſibile ex prima exequutione contingere liberationem ab alia *in ead. l. edita col. 7. ver. circa quartam*, Marian. Soc. *in d. cap. fin. num. 22. de libell. oblat.* Zaſ. *in d. §. ſi minus Inſt. de action. in 4. reg. prohib.* Angel. Aret. ibid. *col.* . . imò deſcendant actio- 30 nes ex quacunque cauſa, ſi vtraque actio ſit realis, non poteſt ſecunda cumulari primæ ad eandem rem conſequendam, ſed primus exitus eſt expectandus, vt in petitione hæreditatis, & reiuendicatione fuit ſententia Guliel. de Cun. *in l. 2. num. 5.* Cyn. ibid. *verſ. modò quæro*, Bald. *num. 6. C. de petit. hæred.* qui in realibus actionibus pendere petitionem eiuſdem rei bis, pro abſurdo tradiderunt, Alex. *conſ. 89. viſo puncto num. 2. vol. 2.* Aret. *conſ. 103. in 3. dub.* Cagnol. qui de communi teſtatur *in repet. l. edita num. 302.* Purpur. *num. 196.* remouetur ergo omnino cumulatio ſecundæ actionis propoſitæ à Ioanne Vincentio in eodem genere realis petitionis hæreditatis, prout primam propoſuerat ad conſequutionem eorundem bonorum, eò magis deſcendente vtraque actione ex cauſa lucratiua hæreditatis, & ſucceſſionis, & ſic vt in contraria, & in compaſſibili in exercitio propoſita, & pendente prima in hac ſecunda erit ſuperſedendum.

Tertia contrarietas in exactione, ſiue exequu- 31 tione, prout eam appellat Bald. eſt ſatis congrua & punctualis ad deciſionem huius exceptionis, fundatur enim ex illa, quod quando duæ actiones competunt ex diuerſis cauſis, ſi ſe habent taliter, quod exequutione facta in vna tollitur alia, vel contingit liberatio ab alia, tunc non admittitur cumulatio ſecundæ actionis, ex determinatione tex. *in l. 1. in fin. ff. ſi fam. furt. feciſ.* dicatur, vbi hoc reaſſumit Bart. & Angel. eſt doctrina Bar. magiſtralis, & communi omnium conſenſu recepta *in d. l. edita num. 14. & n. 20.* & ita approbant, & teſtantur Socin. ibi *col. pen.* qui dicit eam doctrinam fuiſſe de ſerina Bar. Alciat. *num. 98.* Iacobin. *num. 94.* Fulgoſ. & Paul. Caſtren. *col. pen. poſt num. 11.* Alex. *num. 16. & in l. prima num. 30 ff. de leg. 1.* Marian. Socin. *in d. cap. vlt. num. 20. de libell. oblat.* Hieron. Cagnol. *in d. repet. l. edita num. 273. & 274.* vbi de communi, & recepta. Bolognett. *num. 22.* idem teſtatur Corn. *num. 32.* Franc. Purpurat. *num. 193. verſ. quarto principaliter*, Roman. *conſ. 245. num. 3. & conſ. 392. circa primum num. 20.* Grammat. *deciſ. 68. num. 2.* qui dictam Bart. doctrinam receptam, & à nemine contradictam teſtatur.

In hoc genere prohibitæ cumulationis opera- 32 tur inconueniens ſuperfluitatis ex verbis Bald. *in l. incerti num. 6. ad fin. C. de interdict.* vbi dicit, fallit, quando ex primo iudicio poteſt conſequi totum, quod ſibi debetur, tunc aliud cumulare non poteſt, & hoc facit ratio ſuperfluitatis, nam ſuperfluis iudiciis non eſt agendum, operatur etiam inconueniens duplicitatis, ideò *auth.* Iacob. Butrig. quando actiones non poſſunt producere plures exequutiones tunc obſtat ratio duplicitatis, vt dicit idem Bald. *in ead. l. edita in prima lectura num. 66.* refragatur etiam repugnantia contrarietatis; quia prima actio intentata in exequutione abſorbet, & deſtruit executionem alterius,

&c

& ſic dicitur contrarietas in exactione, vt ſunt verba Bal. *in d. cap. querelam n. 17. ver. ſe undum pramiſſo extra, de elect.* & eſt contrarietas, & incompaſſibilitas exequutionis, vt dixit Bald. idem *in l. edita lect. 1. num. 62. in fin.*

Applicatio prædictorum in exequutione primi iudicij intentati per Ioan. Vincentium, videtur ſumi ea eo: idem enim eſt genus petitionis ſe hæredem declarari eiſdem bonis, & proinde condemnari poſſeſſorem ad relaxandum vnà cum fructibus, ita quod habita exequutione illius condemnationis, quæ in dicto iudicio ſequeretur, certum eſt contingere extinctionem executionis, quæ poſſet haberi ſuper eiſdem bonis in ſecundo iudicio.

Probatur igitur contrarietate actionum in dictis iudiciis per Ioannem Vincentium propoſitarum, ſiue de contrarietate originis, ſiue exercitij, ſiue de vltima executionis tractemus, hæc exceptio
33 prohibitæ cumulationis ſemper opponi poterit, ratione enim contrarietatis reijci debet cumulatio à Iudice, etiam parte non opponente, vt ea Bart. Soc. Dec. & alijs de communi concludunt *in ead. lege edita* Puput. *num. 210.* Cagnol. *num. 294.*
34 Imò ratione ſolius contrarietatis executionis, de qua nunc diximus, abſque partis inſtantia debet Iudex libellum lacerare, vt probat Salyc. *in d. l. edita num. 10. ver. quinimo*, Accur. *in d. §. ſi minus colum. 26.* & plenè probauit Bart. *in l. Mauius §. duob. num. 19 ff. de leg. 2.*
35 Et cum exceptio impeditiua cumulationis oriatur ratione contrarietatis, etiam ſi adeſſet ſtatutum, ſeu Regni conſtitutio, ſicuti adeſt tollens præiudicialia, quæ tolleret exceptionem cumulationis, non comprehenderet naſcentem ex fonte repugnantiæ, vel contrarij, ſed tantum ratione ordinis, maioritatis cauſæ, vel præiudicij, hoc
36 ſumma ratione, quia neque legiſlator poteſt facere, quod actus habens in ſe repugnantiam, valeat, Angel. *in l. ſale pactum §. qui prouocauit col. 5. ff. de pact. verſ. vlterius, & in conſ. 187. ad finem*, Alex. & alij, quos allegat Bolognett. *in d. l. edita num. 105. & num. 136.* vbi ea hoc limitat in puncto *Conſtit. Reg. Si ciuiliter agens*, quæ tollit præiudicialia, obſtaculum enim contrarietatis actionum impedit omnem cumulationem, etiam quod aliàs ſit admittenda, etiam quod adeſſet ſtatutum admittens, quia nec legiſlator, vt ſupra dixi ex Dec. Angel. & alijs, nec ſummus Deus poſſet inducere actum repugnantem, vt in his terminis cæteris allegatis probauit Surd. *conſ. 263. relatio num. 22. & 26.*
37 Imò, propoſita ſecunda actione ſuper eadem re in diuerſo iudicio ceſſat finis permittendæ cumulationis, quæ permiſſio tendit ad tollendam multitudinem litium, vt ſub vno iudicio plura terminentur ea gloſ. *in l. non eſt nouum ff. de actio. empt.* quam Scribentes canonizant *in d. l. edita*, & poſt alios Cagnol. *num. 192. & 196.* & propterea ceſſare finem permiſſæ cumulationis, quando plura ſunt iudicia, & proceſſus, probat latè ibidem *num. 254. & 258. in fin.* ideò dicebat Bal. *in l. incerti num. 8. verſ. eadem non obſtat C. de*
38 *interd. ƒt.* quod coràm diuerſis Iudicibus ſuper eadem re indiſtinctè prohibetur cumulatio, etiam ſi actiones eſſent compatibiles, & ea inde, & ſi eſſemus in actionibus præiudicialibus ſublatis per dictam Regiam conſtitutionem, illa conſtitutio non habet locum, quando quæſtio pendet coràm diuerſis Iudicibus, ex doctr. Afflict. *in ead. conſtit. in 6. notab.* ſic probat Bolognett. *in l. edita n. 136. verſ quartò fallit.*

Et vltra prædicta ſatis diuerſa eſt materia actionum ſimpliciter præiudicialium, quarum cumulationem ius commune non permittit certa ratione præiudicij, quod de vna ad aliam infertur, vt in prima regula prohibitiua cumulationis poſt Dyn. *in d. cap. nullus plurib.* Bart. tradit *in l. edita num. 14.* per plura iura, *l. ſi mater §. eandem & l. cum quæritur l. duob. §. except. ff. de except. rei iud. de iureiur. l. fundi, & l. fundum ff. de except.* & hæc prohibita cumulatio præiudicialium actionum corrigitur *in Conſt. Reg.* de hac nihil in cauſa, ſed alijs reſpectibus fuit fundata exceptio prohibitæ cumulationis, & propterea DD. Regnicolæ attigerunt exceptionem prohibitæ cumulationis actionum, nulla mentione facta Conſtit. Reg. quæ de illa non loquitur, vt in puncto prohibitæ cumulationis ratione incompatibilis exequutionis loquutus fuit Gramm. *in d. deciſ. 68 n. 2.* & in prohibita cumulatione actionum ratione ordinis, & contrarietatis loquitur Affl. *deciſ. 118. num 1 & 2.* 39

Et in Regno, vbi ſola facti veritate proceditur, ſtrictius intelligitur prohibita cumulatio actionum, eò magis, quia in diuerſis iudicijs ſecundum Bald. *in l. ne quicquam §. de plano ff. de offic. Procenſ. & leg.* Franc. Aret. *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter colum. 2. ff. de verb. oblig.* Curt. iun. *in d. l. edita num 213 ver. 6. notabile*, Claud Seiſell. *num 84. deciſ. Pedemont.* & alios citat Surd. *in conſ. 273. num 21.* & ne libor, & ſumptus litium multiplicentur, quod terminari poteſt in primo iudicio, non eſt per plura expectandum, quæ ratio eſt potens ad arcendam cumulationem actionum, & propterea hæc exceptio prohibitæ cumulationis eſt æqua ſecundùm *legem qui æquitate ff. de dol. except.* tradit punctualiter Bal. *in d. l. incerti n. 5. in fin. C. de interdict.* 40

S. C. ſub die 21. Februarij 1612. cenſuit, non obſtante prætenſa contrarietate eſſe procedendum ad vlteriora in cauſa vertente in Sac. C. proinde confirmauit decretum cauſæ Commiſſarij, qui non obſtantibus oppoſitis decreuit, eſſe faciendam concluſionem, motum pro maiori parte, quia in libello primo, & ſi feudum Lateni in hæreditate Antonij fuiſſe aſſeratur; tamen in concluſione ad relaxationem particularis feudi condemnari petitur. 41

In ſecundo libello ſucceſſionem Hieronymi in feudis ad ipſum ſpectare inſtat declarari, & ſic vniuerſa feuda hæreditatis attenta concluſione libelli, prout voluit Iun. *in cap. ſuper literis, de reſcrip.* quem refert, & ſequitur Bal. *in l. ſi poſt motam in fi. C. de petit. hæred.*

Iudicium primum erit reiuendicationis ſuper particulari feudo Lateni, & non concludit hæreditatem, ſeù ſucceſſionem ad ipſum ſpectare, prout requiritur in libello petitionis hæreditatis.

Iudicium ſecundum in S. C. eſt iudicium vniuerſale petitionis hæreditatis Petr. Iacob. *in pract. rubr. 126. de bonor. poſſeſſ. hæredit. petit.* quo caſu ceſſat contrarietas, cum non videantur ad idem proponi, Bal. *in d. l. ſi poſt motam litem num. 6. ver. ſed ſi petitio hæreditatis*, & quia hoc iudicium ſecundum abſorbet primum, hoc proſequendum erit ad tex. *in l. vt debitum C. de hæredit. act.* 42

Inſuper

23 Inſuper agit in ſecundo iudicio in Sac. Conſ. actor ex noua ſucceſſionis cauſa ob mortem Hieronymi, & ſic ex nouo iure ſuperueniente, quo caſu cum competat ex diuerſis cauſis, & diuerſo tempore, non dicitur cumulatio ad tex. *in l. hereditatis matertera ff. de petit. heredit.*

## ARGVMENTVM.

*De iuriſdictione, & priuilegiis pertinentiarum alicuius Ciuitatis Caſalium, eorumquè conceſſione latè. Et quod remiſſionis actus ſufficiant ad retinendum integram iuriſdictionem ad vniuerſos actus.*

## SVMMARIVM.

1 *Caſalia pertinentiarum alicuius Ciuitatis à Ciuitate, eiuſquè territorio non diuiduntur, nec ipſorum territorium circumſcribitur, & num. 4.*
*Quod tamen declara, & limita, vt inf. num. 5.*
2 *Diuiſo Caſali à Ciuitate quo pacto ſit diuiſa iuriſdictio, diſtinguitur.*
3 *Iuriſdictio cum diuiditur in Ciuitatibus, in quibus officiales per quarteria conſtituuntur, vnus non ſe intromittit in iuriſdictione alterius.*
6 *Iuriſdictio ſpecialis in vno loco, vel in certis perſonis Ciuitatis an priuatiuè conceſſa cenſeatur, vel cumulatiuè ad iuriſdictionem Poteſtatis generalis Ciuitatis.*
7 *Iuriſdictio in certum genus perſonarum conceſſa cum clauſula abdicatiua priuatiuè conceſſa cenſetur in quocunque loco illa perſona delinquant, & num. 8.*
9 *Iuriſdictionem in eodem territorio in certas perſonas diuiſam plures habere inconueniens non reputatur.*
10 *Neapolitani ex eorum priuilegio trahunt, & non trahuntur.*
11 *Idquè obtinet, quando inter Neapolitanum, & exterum, non autem quando inter Neapolitanum, & Neapolitanum eſt contentio, ſeu controuerſia.*
12 *Priuilegiatus contra alium aequè priuilegiatum priuilegio non vtitur, ſed iure communi ſeruntur.*
13 *Virgines eodem priuilegio electionis fori, quo & viduae gaudent.*
14 *Perſonis priuilegiatis electio, vel fori variatio non conceditur in delictis commiſſis in territorio Ciuitatis, in qua Princeps reſidet.*
15 *Variatio à Tribunalibus Magni Admiratus, Artis Serici, & Lanae ad Magnam Curiam minimè conceditur.*
16 *Caſale ſeparatum à Ciuitate retinet eandem iuriſdictionem, qua prius vnitum cum Ciuitate fruebatur.*
17 *Singularis remiſſionis actus ſat eſt ad iuriſdictionem integram retinendum ad vniuerſos, & ſingulares actus.*
18 *Deciſio.*
19 *Iuriſdictio Turris Octauae eſt conceſſa in officium, & Capitaniam ad inſtar Tribunalis Admiratus, ac aliorum Tribunalium etiam contra delinquentes intus Ciuitatem Neap.*

## DECISIO LXXIII.

CAſalia Turris Octauae, Reſinae, & Portici ſunt de pertinentiis Ciuitatis Neap. illorumquè Ciues, & habitatores gaudent omnibus priuilegiis, & gratiis conceſſis dictae Ciuitati, de quo non dubitatur, vt fundatum eſt ſupra in alio loco. Princeps verò Hoſtiliani à Rege conſtitutus eſt officialis, & Capitaneus ad guerram, & ad iuſtitiam Caſalium praedictorum pertinentiarum Ciuitatis Neapolit. cum poteſtate ſeruiendi per ſubſtitutum, & aſſumendi Iudicem, & Aſſeſſorem, & ſignanter cum exemptione omnium, & ſingulorum hominum, & perſonarum dictorum Caſalium à iuriſdictione & poteſtate Magiſtri Iuſtitiarij huius Regni, eiuſquè Locumtenentis, ſeu Regentis Mag. Cur. Vic. ac Vicemgerentis, & Iuſtitiarij Prouinciae Terrae Laboris in primis cauſis, & Capitanei eiuſdem Ciuitatis Neap. praeſentium, & futurorum, vt ex priuilegio conſtat.

Etenim dum Princeps conſtituitur officialis in Caſalib. praedictis pertinentiarum huius Ciuitatis Neapolis, non aliter territorium circumſcribitur, nec diuiditur in Ciuitate, eiuſquè territorio, ſiquè Caſalia praedicta non dubitatur fuiſſe de iuriſdictione Ciuitatis, & tanquam vnum corpus cum Ciuitate ad tex. *in l. nulli C. de Epiſc. & cler. l. 3.* vbi Bal. *C. de natural. liber.* & reſpectu iuriſdictionis loquitur Bart. *in tract. qui ſunt rebelles in verbo Lombardia num. 3. & in conſ. 189. prius quaeritur poſt num. primum vol. 5.* & cum Princeps ſit conſtitutus officialis in Caſalibus praedictis in hac ſpecie, ex Regis priuilegio videtur diuiſum exercitium eiuſdem primaeuae iuriſdictionis, licet in ſui eſſentia non diuidatur, etſi quoad habitum dicatur indiuidua; vſus tamen eiuſdem iuriſdictionis, & ipſius exercitium cenſetur diuiſum iuxta tradita per Bart. *in l. inter ſtipulantem ff. de admin. tut.* Bal. not. *in cap. 1. §. praeterea Ducatus num. 5. in fin. verſ. erit ergo, de probib. feud. alien.* per Pederic. latè Innoc. *in cap. prudentiam, de offic. deleg.* & tunc attenditur, quomodo Principi ſit demandata ſecundum Innoc. *loco citato*, proinde quia Princeps conſtitutus eſt alter officialis in Caſalibus praedictis, quae ſuberant priùs iuriſdictioni M. C. ſine dubio vti alius officialis dicitur exercere eandem iuriſdictionem iuxta priuilegium priuatiuè ad M. Cur. ſicuti videmus in Ciuitatibus, in quibus iuriſdictio diuiditur, ſeù potiùs officiales conſtituuntur per quarteria, vt tunc vnus non ſe intromittat in iuriſdictione alterius, cum omnes ſint de eadem Ciuitate, ſub diuerſis officialibus, de quo per Bald. *in l. teſtamenta omnia C. de teſtam.* per Bar. *in conſ. praedicto 189. n. 7. cum ſeqq.* & latè Io. Baptiſta de S. Blaſio *inter conſ. feud.* Bruni *conſ. 66 num. 19. cum ſequentibus,* verum dicetur Iudex officialis inferior Iudice generali Ciuitatis, vt late Roman. *in conſ. 393. ſub num. 10. verſ. aut enim ipſe.* 4

Hinc, quia Caſalia praedicta ſunt membra Ciuitatis, cui ſupponuntur ad tex. *in l. qui ex vico ff. ad municip.* & cum non ſint ſpecialiter diuiſa à Ciuitate, ita quod eſſent aliud corpus de per ſe *iuxta ſollemne conſilium* Paul. de Caſtr. *187. vol. 2.* 5

*vol.2.* ſed alter officialis confirmatus eſt Princeps
6 in caſibus prædictis, licet controuertatur, an con-
ceſſa iuriſdictione ſpeciali in vno loco, vel in
certis perſonis Ciuitatis, cenſeatur conceſſa pri-
uatiuè, vel cumulatiuè ad iuriſdictionem Pote-
ſtatis generalis Ciuitatis, ita quod locum haberet
præuentio, de qua per Bart. *in l.prima C.de offic.
Præfect. Vrb.* per Doct. *in cap.cæterum, de iudic.
& in l. quod in rerum §. ſi quid poſt ff. de leg.1.*
7 Hæc diſputatio: non cadit in caſu noſtro, ex
quo in priuilegio Principis adeſt clauſula abdi-
catiua omnium hominum, & perſonarum Caſa-
lium prædictorum, cuius vigore nedum cenſetur
conceſſa iuriſdictio priuatiuè ad Mag. C. vt ex-
preſsè loquitur iuxta tradita per Felin. *in cap. Pa-
ſtoralis, de offic. ordinar.* per Roman. *d. conſ.*
393. & Dec. *conſ.3.* Sed inſuper operatur, & eſt
tantæ efficaciæ, vt cauſæ perſonarum dictorum
Caſalium ſint adinſtar cauſæ clericalis, in qua Iu-
dex laicus nullatenus ſe intromittit, vt per Capyc.
*dec.122. num.6. verſ. facit,* Dom. de Franc. *dec.*
417. *num.* 8.

Ex hoc ſuccedit alia concluſio, quod dum Prin-
ceps conſtitutus eſt officialis in perſonis dicto-
rum Caſalium, quæ loca diſtincta non dicuntur à
Ciuitate, ſed adhuc ſubſunt tanquam membra
8 in eodem territorio Neapolitano, & conſtitutus
eſt officialis non diſtincto territorio, vbicunque
deliquerint perſonæ Caſalium prædictorum, co-
gnitio ſpectat ad Principem iuxta particulare *de-
ciſ.* Minad. 18. quam refert, & ſequitur Dom. de
9 Franch. *deciſ.458. num.1.* licet enim territorium
ſit Ciuitatis Neap. non eſt inconueniens, quod
iuriſdictio ſit alterius in eodem territorio in cer-
tas perſonas, vt late Caſtr. *in conſ.56 num.2.vol.
2.* Alex. *conſ.67.col.2. lib.2.* & adſunt exempla re-
miſſionum perſonarum dictorum Caſalium pro
delictis commiſſis extra Regnum in Ciuitate Ca-
ſtrimaris, in territorio Ciuitatis Neap. in loco Bar-
ræ, & in Caſali Sancti Ioannis ad Teduccium.
10 Similiter quamuis Neapolitani ex priuilegio
trahant, & non trahantur iuxta relata per Dom.
de Franch. *dec.416* hoc tamen procedit inter Nea-
11 politanum, & exterum, minùs autem inter Nea-
politanum, & alium pariter Neapolitanum, quia
ambo ſunt priuilegiati, & nullus priuilegiatus
trahit alium priuilegiatum Dom. de Franch. *d.*
12 *deciſ.*188. in qua refert ritum M.C. & addit, quod,
quando ambo vtuntur vnico priuilegio, tunc
vnus non poteſt vti priuilegio contra alium æquè
priuilegiatum, nec vnus erit altero potentior, &
ius com nunc ſeruabitur, vt *in Conſtit. ſtatuimus,*
notat Afflict. *num. 7.* ideircò cum omnes ſint
Neapolitani, & Princeps conſtitutus eſt alter of-
ficialis reſpectu perſonarum dictorum Caſalium,
vnuſquiſque coram ſuo Iudice conueniendus eſt,
ſicuti videmus in cæteris Tribunalibus, & officia-
libus Artis Serici, & Magni Admirati, & hac ea-
dem ratione Neapolitani non trahunt perſonas
dictorum Caſalium ad M. Cur. ſed adire debent
officialem ſubſtitutum à Principe, ſicuti aliàs iu-
dicatum extat.

Pariter ex prædictis concludendum eſt, non
dari electionem fori, virgiol in capillo, cum ſit
Princeps alius officialis in perſonas dictorum Ca-
ſalium pertinentiarum Ciuitatis Neapol. vt conſtat
per exempla cauſarum iudicatarum, referentibus
Domino Regente Marchione Corleti tunc cau-
ſæ Commiſſario, & quond. Conſiliario Gizza-
13 rello, quæ virgines ſuffultæ ſunt eodem priuilegio
viduarum, de quo Dom. de Franch. *deciſ.100.*&
pro confirmatione vltra prædicta aduertatur,
quod cum Caſalia prædicta ſint de pertinentiis,
& membra Ciuitatis, ſine dubio agitur de deli-
ctis commiſſis in territorio Ciuitatis, vbi reſi- 14
det Princeps Protex, quo caſu ceſſat perhorreſ-
centia, ſine qua non datur electio, nec variatio,
Dom. de Franch. *deciſ.257.n.5.* ſicuti videmus, 15
quod à Tribunali Magni Admirati, Artis Serici, &
Lanæ non datur variatio ad M. C. vt tradunt no-
uiſſimi Add. *ad d. Conſtitutionem*, cum in eadem
Ciuitate ſint plures officiales diuerſarum perſo-
narum, licet vnus altero inferior, ideò cum Prin-
ceps ſit officialis reſpectu perſonarum dictorum
Caſalium cum dicta clauſula abdicatiua, ceſſat pa-
riter fori electio, & variatio.

Denique fortiùs conſiderandum eſt, quod
ſi caſalia eſſent ſeparata à Rege, & exempta à iu- 16
riſdictione Ciuitatis, & ſegregata à diſtrictibus
Ciuitatis, & officialibus, quorum iuriſdictioni
priùs ſuberant, cum ſeparatio facta fuiſſet con-
templatione conceſſionarij, ſequitur, quod omnis
iuriſdictio, & imperium, quod priùs in dictis lo-
cis competebat Ciuitati, attributa fuerunt donata-
rio, vt punctualiter tradit Paul. de Caſtr. *in d.conſ.*
187. *notandum eſt col.3. verſ. & hoc ex to vol.1.*
modò, quia per *Conſtitutionem Statuimus* cogni-
tio cauſarum, & miſerabilium perſonarum à Rege
tranſlata eſt ad Iuſtitiarium M. C. ſeparatio Caſa-
lium prædictorum de pertinentiis Ciuitatis im-
portat tranſlationem eiuſdem iuriſdictionis Ciui-
tatis in conceſſionarium, affert particulariùs Paul.
de Caſtr. aliam rationem, quia cum antea iuriſ-
dictio, & imperium concernebat totum diſtri-
ctum, & territorium, & ante ſeparationem iuriſdi-
ctio competebat Ciuitati ſuper toto, poſt factam
ſeparationem cenſetur tranſlatum imperium in do-
natarium, arguendo de toto ad partem, & pro
rata territorij tranſit in ſolidum cum qualibet
particula, ſicut ſeruitus diuiſo fundo retinet no-
men totius, vt ibidem videndus eſt *in verſ. cum
igitur*, & ſi hoc procedit data ſeparatione dicto-
rum Caſalium, tantò magis locum habet, non
facta ſeparatione Caſalium, ſed conſtituto tan-
tummodo Principe officiali, reſpectu perſona-
rum Caſalium prædictorum cum clauſula abdi-
catiua, vt in principio dictum eſt, qui dicitur
ſubrogatus in eadem iuriſdictione per priùs
competenti Iuſtitiario in toto territorio, & di-
ſtrictu.

Et ſi exempla remiſſionum obtentarum in 17
his terminis, etiam ſi eſſet vnicus actus remiſſio-
nis, ſufficerent ad illam retinendam integram ad
vniuerſos actus etiam ſingulares ad tex. *in l.arbo-
ribus §.de illa*; vbi Bart. *ff.de vſufr.* & idem Bart.
*in l. prima § ſi quis hoc interdicto ff. de itin. act.
priu.* latiſſimè Alb. Bruni *conſ.34. num.15.* Flor. *in
l. ſeruitute ff. quemad. ſeru. amitt. & in l ſerui-
tutes in grande poſt num. 31. ff. de ſeruit.* vbi di-
cit, nullum eſſe dubium in aliis actibus iuriſdictio-
nis maximè eiuſdem ſpeciei.

Pari ratione dico, competere cognitionem 18
priuatiuè, & abdicatiuè contra homines dicto-
rum Caſalium de delictis intus Ciuitatem Neap.
commiſſis ad inſtar Tribunalis Admiratiæ, de
cuius iuriſdictione habetur per Præſ. de Franch.
*deciſ.410.* & aliorum Tribunalium, qui iuriſdi-
ctionem exercent intus Ciuitatem, quæ Tribuna-
lia enumerantur per D. Carleual. *in tract. de for.
comp.lib.1.tit.1.diſp.11.quaſt.6. ſect.8. num.688.*
&

& per Taſſon. *in pragm. de anteſato obſeruatione 3. cap. 3. de Ciuit. Neap.*

19 Conſimilis eſt conceſſio iuriſdictionis Caſaliùm prædictorum, quæ in gubernium, ſeu capitaniam conceſſa fuit, de qua per DD. *in cap. 1. de feudo guardia*, Gratias Maſtrill. *de Magiſtratibus lib. 3. cap. 2. n. 59 verſ. his conſimilis*, quæ conceſſa in officium dicitur, Reg. Tap. *deciſ. S C 43. n. 6.* & ſuus digniſſimus ex ſorore Nepos D. Conſil. Merlin *controuer. 53. num. 22. ver. quintimò*, & ideò Capitaneus vocatur in priuilegio.

Ex quibus per M. C. fuit remiſſus Franciſcus Surrentinus inquiſitus de homicidio commiſſo intus Ciuitatem Neap. ad Curiam Turris Octauæ ſub die 26. Febr. 1638. ex proceſſu in banca Staracis, in quo proceſſu fuerunt producta conſimilia decreta remiſſionum in conſimilibus caſibus.

Itemquè in alio emergenti caſu fuiſſe remiſſum ad Curiam Principis delinquentem in territorio Neapolitano ſtatuit, ſolemniter examinata quæſtione, egregius in orando, ſcribendo, ac ius dicendo Marcellus Marcianus tunc primum fori Princeps orator, poſtmodum integerrimus Conſiliarius *in ſuis conſiliis poſt hæc ſcripta excuſis conſ. 58.*

## ARGVMENTVM.

*Ciuis quot, & quibus modis quis dici, vel effici queat. Ciuilitas originis natiuitate propria, vel paterna, an, & quando amittatur ratione mutationis domicilij.*

## SVMMARIVM.

1 *Ciuis quibus modis quis dici, vel effici poteſt remiſſiuè.*
2 *Ciuis dicitur, qui in ipſa Ciuitate vti Ciuis ſtipendia meretur.*
3 *Eaquè propter milites omnes Hiſpanos, qui ſunt in Ciuitate Neap. priuilegio Neapolitano gaudere, decisum etiam fertur.*
4 *Milites quoque legalis militia, atque adeò Doctores exteros ad legendum in ſtudio Neapolitano conductos priuilegio Neapolitano gaudere, affirmatur.*
5 *Ciuis etiam dicitur ratione originis, natiuitate propria, aut paterna.*
6 *Ciuis Neap. origine mutato domicilio, an, & quando Ciuis eſſe deſinat, & n. 7.*
8 *Filius licet patris originem ſequatur, illam tamen non ſequitur, cum alio pater incolatum tranſtulit, ibiquè liberos ſuſtulit.*
9 *Ciuis deſinit eſſe, omnequè ius Ciuitatis amittit, qui Ciuitatem derelinquit, cum illam perire videt.*

## DECISIO LXXIV.

1 QVibus modis quis Ciuis dici poteſt, vel effici, habes *in l. prima ff. ad municip. l. Ciues C. de incol. lib. 10.* & ibi gloſ. Soc. ſenior *in cap. fin. num. 27. cum ſequentib. de for. compet.* Carauit. *in ritu 301. num. 16. cum ſeqq.* Io. Cæphal. *conſ. 451.* Io. Vinc. Honded. *conſ. 5. volum. 1.* Menoch. *de arb. lib. 2. cent. 5. caſ. 584. a num. 5.* Rouit. *in prag. prima de immunit. Neapol. & conſ. 48.* Ciuis dicitur etiam, qui in ipſa Ciuitate, vti Ciuis ſtipendia meretur, *l. municeps, in fine ff. ad municipal.* 2
Carauit. *in rit. 105. num 22. per d. l.* tenuit, quod omnes milites Hiſpani, qui ſunt in Ciuitate Neap. gaudent priuilegio Neap. & ita iudicatum 3
per S. C. in cauſa Didaci de Aiala in banca Romani de menſe Iulij 1607. & aliàs ad relationem M. C. me referente, quod ampliauit Bart. *in d. l. municeps*, etiam in milite legalis militiæ, & quod 4
Doctores exteri conducti ad legendum in ſtudio Neapolitano gaudeant Neap. priuilegio, Carau. *pract. loco n. 22. verſ. intelligendo prædicta*, ſed illa 5
ciuilitas principalior eſt, quæ ratione originis natiuitate propria, aut paterna contigit, ſuper qua fuit dubitatum, an Ciuis Neap. origine, mutato domicilio deſinat eſſe Ciuis Afflict. *in deciſ. 384.* pro 6
affirmatiua quatuor gloſ. ponderat, & authoritatibus, & rationibus eam defendit, ſed non fuit deciſum, quia Dominorum de Conſ. vota fuerunt in pari numero contraria, quam ſequuti fuerunt Cæphalus *conſ. 171. num. 35. vol. 2.* Nat. *conſ. 139. num. 14. vol. 1* Menoch. *de præſump. lib. 6. præſump. 42. num. 5. & in tract. de arbit. caſ. 584. lib. 2. cent. 6. num. 7.* Andreas Gaill. *obſeru. 36. n. 7. & 8.* hanc etiam ſuſtinet Bart. *deciſ. 260. propè finem verſ. & nota è contrario* per doctrinam Baldi *in l. 2. C. de infantibus expoſ.* & Iaſ. *in l. 1. § huius ſtudij ff. de iuſt. & iur.* Cauſgn. *in deciſ. 96. vol. 2.* Cæſar de Graſſis *dec. 15. de probat.* nam & ſi ciuilitas acquiſita origine, ſola voluntate
7 non amittatur, cùm ſit immutabilis, tanquam naturalis, *l. aſſumptio in princ. ff. ad municip. l. origine C. de municip. & orig. lib. 10.* Attamen id intelligitur quoad veritatem, cùm ciuilitas originis inſpecta veritate non moueatur, & fieri non poteſt, quin ſit Ciuis loci originis, vt dicit Luc. de Pen. *l. origine C. de mun. & origin.* ſed quoad effectus reſultantes ex ipſa ciuilitate bene renunciari poteſt in præiudicium ipſius Ciuis, licet non ita facilè, ſicut ciuilitas aliter acquiſita, vt dixit gl. *in l. adoption. in verbo non mutatur C. de adoption* Honded. *conſ. 5. vol. 1. par. 1. tit. de ſtat. n. 43. verſ. non obſtat igitur.*

Contrarium nonnulli DD. tenuerunt, quòd ciuilitas originis non amittatur, etiam quod recedat à patria, & alibi incolatum transferat, pro quo. faciunt ponderata per Iaſ. *in l. huiuſmodi. §. legatum à num. 14. ff. de leg. 1.* qui à DD. communiter receptum affirmat, ſequuntur alij, quos ipſe congerit, & affert Vrſill. *ad præalleg.* Afflict. *deciſ. 384.* & hæc opinio recepta eſt in Tribunalibus Ciuitatis Neap. & in Regia Camera, vt patet ex hac dec. Regentis Moles, quam volui inſerere.

Et hæc ciuilitas originis non amittitur etiam, quod recedat à patria, & alio incolatum transferat, licet quandoque de hoc in Sacr. Conſ. fuerat dubitatum, & vota fuerunt paria, vt refert Afflict. *in deciſ. 384.* ſed in Camera eſt abſolutum, quod nunquam amittitur ciuilitas originis, etiam quod recedat à patria, per ea, quæ fundat Socin. *in conſ. 55. vol. 1. num. 7.* & hinc eſt, quod cum in anno 1541. fuiſſet prouiſum per Ill. D. Petrum de Toledo huius Regni Proregem, quod Neapolitani alibi habitantes non gauderent, illud fuit declaratum, non procedere in oriundis, ſed reſpectu aliorum, qui ſunt Ciues per pragmaticam, vel per incolatum, vt apparet in prouiſione dicto anno expedita in libro capitulorum Ciuit. Neapol. fol. 189.

fol. 189. & in mandatis, ſeu inſtruct. quæ dantur Regiis numeratoribus, quæ ſunt regiſtratæ, in Camera in lib.... vbi expreſsè cauetur, quod orti, vel oriundi, qui habitant in Ciuitatibus Regni non numerentur, alij verò Ciues, ex quo non habitant in Ciuitate, numerentur in loco, vbi habitant: Hæc Moles.

Et ita deciſum in Mag. Cur. in cauſa ſpectabilis Comitis Cælani cum Vincentio Cirillo inquiſito, & carcerato in Mag. Cur. de anno 1625. vbi ſunt nonnulla exempla deciſionum Sacr. Conſ. in eodem proceſſu deducta.

7 Hanc quidem opinionem modificauit Viſillus *in d. deciſione Affl. 384. num. 5. verſ. dico primam opinionem*, quando parentes deſeruiſſent poſtea domicilium originis, ſiue natiuitatis in tenendo alibi domicilium, Capibl. *in prag. 8. de Baronibus part. 2. num. 255. verſ. etenim hoc eſt declarandum*, ita intelligendo opinionem Affl. *in prealleg. deciſ.* & aliorum Scribentium contrariam ſententiam ſequentium, Ioan. Cæphalus *conſ. 451. num. 158.* qui benè fundat, & declarat per hæc verba, verum eſt, quod ſi quis in Prouincia non ſit ortus, ſed oriundus, & extra Prouinciam domicilium habeat, non dicitur Prouincialis, & propterea licet patris originem filius ſequatur, *l. aſſumptio §. 1. ff. ad municip.* 8 non tamen id procedit, cum alio pater habitatum ſe tranſtulit, & ibi liberos ſuſtulit, nam tunc liberi patris originem non ſequuntur, *l. Prouinciales ff. de verbor. ſignif.* & ibi Alciat. *circa medium in verſ. quamuis igitur*, qui declarat illum text. etiam remota dictione *dumtaxat*, cum differentia exiſtat inter ortos, de quibus non loquitur, qui non amittunt ciuilitatem Prouinciæ, in qua naſcuntur, licet in alia habitent, & oriundos, de quibus loquitur *d. l. Prouinciales*, & in quibus poteſt ſaluari gloſ. *in l. in adoptionem C. de adopt.* cum citatus text. ad eum ſe remittat *in d. l. Prouinciales*, & dictum glo debeat intelligi ſecundum id, quod allegat Bart. *l. non ſolum §. ſi liberationis verſ. a de lib. leg.* & ſupra dictum eſt in fine reſponſionis ad ſecundum argumentum, & ita etiam eſt declarandus, & intelligendus Bald. *in auth & omnino col. pen. verſ. & vnum ſcias C. ne vxor pro marit.* qui adducit gloſ. *d. l. in adoptionem*, nec aliter debet intelligi Affl. *deciſ. 384. n 5. ad finem*, cum citet Bald. *in d. auth. & omnino*, & vt per eum, & dum ait idem in habitante non ſolum extra Prouinciam, verum etiam extra Ciuitatem, loquitur contra Bald. *in d. auth. & omnino*, & contra omnes in locis prædictis, originarius enim non amittit originis ciuilitatem, licet ex eo ſolo quis alibi domicilium habeat, vt ſupra dictum eſt, & ciuilitatis fiat additio non permutatio *d. l. in adoptionem ff. de adopt* Hæc Cæphal.

Et ſecundum hanc modificationem iudicauit Rot. Rom. vt refert Cæſar de Graſſis *deciſ. 61.* alias 15. de probat.

Ex his ſub die 21. Aprilis 1626. per M. C. fuit remiſſus ad Curiam Cercelli Franciſcus Vitalis inquiſitus de homicidio ad petitionem Ill. Principis Collis, quamuis eſſet oriundus Neapolitanus, quia pater deſerendo domicilium Neap. Cercellum ſe contulit, ibique inquiſitus ortus fuit, in banca Serier.

9 Alia modificatio poteſt dari ex Bal. *in l. 2. in fin. C. de infant. expoſit.* in Ciue relinquente Ciuitatem, cum videt eam perire, quia debet eam iuuare, alias perdit omne ius ciuilitatis, & ita intelligendum eſt, quod Boer. dicit *in d. deciſ. 560. in fin.* qui fundat eius dictum ex allegata doctrina Bal.

## ARGVMENTVM.

*Vſus paſcendi, lignandi, &c. qui Ciuibus in territorio Baronis demaniali ex diſpoſitione iuris competit, & feudo naturalibus inſitus dicitur, an etiam Ciuibus allectis competat.*

### SVMMARIVM.

1 *Vſus competens Ciuibus in demanio Baronis, an extendatur ad Ciues allectos. Et deciſio num. 11.*

2 *Immunitas ex laudo declarata in beneficium Ciuium non extenditur ad Ciues ex priuilegio.*

3 *Verba prolata in diſpoſitione fauorabili in dubio intelliguntur naturaliter, non autem ciuiliter.*

4 *Ciues allecti quando gaudeant prærogatiuis Ciuibus debitis.*

5 *Ciues ex priuilegio dicuntur veri Ciues, &, num. 7.*

6 *Vſus in demanio feudi competit Ciuibus ex diſpoſitione iuris.*

8 *Verba cuiuſuis diſpoſitionis quantumuis ſtrictè omnes comprehendunt, quos propria verborum ſignificatio patitur.*

9 *Ciues allecti in loco, in quo habitant, & onera ſuſtinent, non ſunt comparandi cum exteris.*

10 *Vniuerſitas alliciendo Ciues, præiudicat Baroni in eo, quod in conſequentiam venit.*

## DECISIO LXXV.

ILl. Dux Ebuli prohibuit vſum in territorio demaniali Ciuibus allectis, intercipiendo eorum animalia quæ ibi ſumebant paſcua, & ab illis fidam exigere intendebat prout ab exteris.

Pro quo dicebatur, vſum competere Ciui- 1
bus, exteris autem non, niſi ſoluta fida, qui non erit amplian dus ad Ciues allectos in præiudicium Baronis iuxta ea, quæ adducit Roland. *in conſ. 79.* qui conſuluit pro Comitibus Nuuola-
tij contra Vniuerſitatem Regij, fundans, Ciues 2
ex priuilegio creatos non gaudere immunitate in laudo deſcripta, quod omnes, & ſinguli, tam Ciues, quam Comitatini, & habitatores
ſint, & eſſe debeant immunes. nam verba 3
prolata in diſpoſitione fauorabili, in dubio intelliguntur naturaliter, non autem ciuiliter, *l. Statius Florus §. Cornelio falici ff. de iure fiſc. l. fin. C. de his, qui ven. ætat.*

Ponderat quoque pro hac opinione doctrinam Bart. *in l. ſi maritus la a §. legis Iulia ff. de adult.* qui tenet Ciuem allectum haberi pro Ciue
in his, quæ Ciuitas poſſet concedere Ciuibus; 4
& vt Ciuis tractabitur, ſed in his, quæ habent Ciues aliunde, quam ex conceſſione Ciui-

tatis, vt puta reſcripto Principis, vel Papæ, non haberi, nec tractari pro Ciue, hanc diſtinctionem ſequuntur Roman. *conſ. 62. num. 9. verſ. iſti autem Ciues*, Boet. *deciſ. 260. num. 33. verſ. ideo talis.*

Quod ſuadetur quoque ad euitandum abſurdum: poſſent enim Vniuerſitates ad libitum conſtituere Ciues in præiudicium Baronis, ſi eſſet in earum facultate; & Baroni per indirectum prohibere exactionem fidæ ab cæteris.

Pro vniuerſitate faciunt adducta per Cæphal. *conſ. 301. in dub. lib. 4.* per Paril. *conſ. 71. lib. 1.* per Surd. *conſ. 313. volum. 3.* qui pro Ciuitate Regij contra Comites Nouolariæ fun-
5 dauerunt, Ciues ex priuilegio gaudere immunitate, prout cæteri Ciues, nam iſti Ciues ex priuilegio dicuntur veri Ciues, & non minus propriè, quam originarij, cum efficiantur ita Ciues per creationem, ſicut per originem, *l. prima ff. ad municip. l. Ciues C. de incol. lib. 10.* & reſpondit Cæphal. omnibus in contrarium adductis.

6 Inſuper iſte vſus in domanio feudi competit Ciuibus ex diſpoſitione iuris per *l. vſum aqua C. de aquaduct. lib. 10.* vbi Luc. de Pen. Matin. Frec. *in tractat. de ſubfeud. in 46. aut. Baronum num. 4.* Dom. de Pont. *conſ. 97. numer. 4.* & inſitus dicitur naturaliter feudo, Capiblan. *ad pragm. 11. de Baron. numer. 101. verſ. & iſte vſus inſitus*, & dicemus infra in
7 ſequenti dec. item allectus Ciuis ab vniuerſitate habet vſum, *d. l. Ciues C. de incol. lib. 10.* prout alij Ciues, cum ipſi quoque verè, & propriè ſint Ciues, *l. prima ff. ad municip.* &
8 verba cuiuſcunque diſpoſitionis quantumvis ſtrictè omnes comprehendunt, quos verborum propria ſignificatio patitur, *l. cum lege*, vbi etiam Aret. *ff. de teſtam.* & debet tractari, vt Ciuis illius Ciuitatis, vbi receptus eſt, & debet habere eadem priuilegia, quæ habent Ciues originarij, tenet Dec. *conſ. 283. numer. 10. verſ. quia ciuilitas in iure conſiſtit*,
9 necnon ſunt comparandi Ciues allecti æqualiter cum exteris in eo loco, in quo habitant, & onera ſuſtinent, conſiderauit hoc Frezza *præcit. loc. verſ. & in eo loco, in quo habitant*, & in proprijs terminis in iure lignandi, & paſcendi tenuerunt Molfeſ. *in comment. ad conſuet. Neap. in tit. de perſonis lib. 2. part. 2. in addit. ad quæſt. primam num. 5. verſ. & idem eſſe de Ciue ex priuileg.* Capiblanc. *in d. pragm. 11. de Baron. numer. 108. in fin. & num. 109.* in quibus locis etiam ad Incolas extendunt.

10 Nec intereſſe Baronis eſt conſiderandum; vtitur enim Ciuitas iure ſuo in allicien do Ciuem, & non conſideratur præiudicium Baronis, quia illud venit ſecundario, & in conſequentiam ad text. *in l. fluminum §. fin. & in l. Proculus ff. de dam. infect. & l. ſi in meo ff. de aqu. pluu. arcen.* & in ſimili Dom. de Pont. *conſ. 7.*
11 *num. 7. verſ. nam tunc non conſideratur.* Fuit per Sacr. Conſ. datus terminus, & animalia intercepta reſtitui mandatum cum cautione.

## ARGVMENTVM.

*Baronibus, & feudatarijs an, & quando, & quomodo locationes, & de nouo conceſſiones facere in territorio, ac nemoribus demanialibus feudi eorum Baronia, illorumque faciem mutare permittitur; Et qualiter ius vſus vaſſallis, ac Ciuibus, & habitatoribus competat.*

## SVMMARIVM.

1 *Barones, & feudatarij in Regno Siciliæ de domanio eorum, feudi conceſſiones de nouo facere non poſſunt, ſed tantum excadentias cum antiquo canone locare.*

2 *Nec etiam defenſas, ſeu foreſtas, & clauſuras conſtituere poſſunt, & de ratione.*

*Vſus Baronis in territorio domaniali qualis, & quantus, ibid.*

*Vniuerſitas, & vaſſalli habent vſum in territorio demaniali Baronis, ibid.*

3 *Baronibus licitum eſt vti nemoribus demanialibus ita, vt eorum commoditatibus ſatisfiat, & vaſſalli à paſcuis, nemoribus, & cultura non arceantur.*

4 *Sic & è conuerſo Barones, vti primi Ciues in domanio Vniuerſitatum vſum habent.*

5 *Paſcua an Baronis, vel Vniuerſitatis præſumantur, remiſſiuè.*

6 *Baronibus, & feudatarijs Regni per regiſtrum Imperatoris Federici permittitur terras etiam ſteriles abſque aſſenſu concedere, non in pecunia, ſed ad certam fructuum portionem, non tamen modicam, vt per hoc fraus præſumi poſſit.*

7 *Baro faciem territorij, in quo Vniuerſitas vſum habet, poteſt mutare, non iure ſeruitutis contra vſuarij voluntatem, & de paſcuis, & locis nemoroſis arbuſta, oliueta, & ſeminatoria facere, non tamen taliter, quod vſum impediat Ciuium, & ita deciſum.*

8 *Secus autem quando vaſſalli iure ſeruitutis vſum habent, nam tunc, nec concedere, nec mutare faciem loci, etiam in melius commendatur.*

*Melius non eſt, quod fit contra voluntatem vſum habentis. ibid.*

## DECISIO LXXVI.

BAronès, & feudatarij minimè poſſunt in Regno Siciliæ de domanio eorum feudi de nouo facere conceſſiones, niſi tantum cum antiquo canone locare excadentias, feuda ſcilicet, ſolita dari in feudum, & poſtea aliqua iuſta cauſa eis aperta Andr. *in prima rubr. de his. qui feud. dar. p. ſ. num. 5. ve ſ. conſtitutio Regni Siciliæ*, Afflict. *in d. conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ in 12. notabil.* & eſt expreſſum *in d. conſtitutione in verb. excadentias*, Capibl. *in pragm. 11. de Baron. num. 100.* nec defenſas, ſeu foreſtas, & clauſuras conſtituere ad hoc, vt herba naturali vi, abſque vlla induſtria nata vendi, aut locari poſſit, in toto enim territorio domanij 1 2

domanij Baronis, Vniuerſitas, & vaſſalli habent vſum, debent enim habere naturalia elementa, ne ipſi inermem vitam ducant, Frez. *de ſubfeud. aut. 46. Baron. num. 4* Ann *alleg 48. n. 28. verſ. nam iſte vſus*, & diximus ſupra in præced. deciſ. qui interpretatus fuit non extendi pro mercatura, D. de Pont. *de poteſt. Proreg in tit. de elect. offic. §. 1. num. 3.* nec pro animalibus acceptis ad ſocidam, Frez. *in d. 46. aut Baron. num. 4. verſ. in cauſa D. Vincentij Coſſi*, affert decretum S. C. D. de Pont. *in d. tract. de poteſt. Proreg. de elect. official. §. 1. num. 3. & ita deciſum* refert Capiblanc. *in prædileg. pragm. num.* 101 & vſus nemorum demanialium feudi eorum Baroniæ debet eſſe liber Ciuibus, & habitatoribus in dictis Ciuitatibus, Caſtris, & Baroniis, vt patet *in pragm. 13. & 11. de Baronibus*, Afflict. *in conſt. Regni*, quæ incipit, *Authoritatem num. 8.*

3 vnde Baronibus licitum eſt vti nemoribus demanialibus, ita vt ſuis commoditatibus ſatisfiat, & vaſſalli a paſcuis, nemoribus, & culturæ non arceantur, ita diſponitur *in cap. Regni Magiſtri foreſtarum § & dimittitur, & in d prag.*

4 12. *de Baronib*, & ita e conuerſo Baro, vti primus Ciuis in demanio Vniuerſitatis habet vſum D. de Pont. *in d. §. 2. n. 4. verſ. ſicuti è contra Baro*, & ſicut dictor Ciuis, adducit authoritates, & deciſ. Ronitus *in commen. prag. in rubr. de paſc. & foreſt. num. 7. verſ. ſi tamen huiuſmodi paſcua*, & inferius *num.* 8. affert pro vtraque

5 opin. DD. an paſcua præſumantur Baronis, vel Vniuerſitatis, pro cuius materiæ dilucidatione videnda ſunt adducta per Capiblan. *in d. prag 11. de Baronib.*

6 Tamen per regiſtrum Imperatoris Federici eſt permiſſum feudatariis terras parum vtiles, nemoroſas, & ſteriles ſui feudi locare abſque aſſenſu, & concedere, vt plantentur, vt certa portio froctuum inde reddatur, domino ſed non in pecunia, dummodò portio illa non ſit modica, ne per hoc poſſit fraus committi, vt Andr. *in cap. 1. in fin. in additione, an ille, qui interf. fratrem domini ſui, & in d. conſtitutione conſtitutionem Diuæ mem. in verb. minuendis* Marinus Frezza *de ſubfeudis in 19. aut. Baron.* Afflict. *in eadem conſtitut. in 11. notab. num. 6.* Præſ. de Franch. *deciſ. 561.* Fab de Anna *conſ 51.* Dom. de Pont. *in tit. de elect. official. §. 4. n. 2. & 3.*

7 Et quamuis permiſſum ſit Baronibus mutare faciem territorij, in quo Vniuerſitas habet vſum, non iure ſeruitutis contra vſuarij voluntatem, & de paſcuis, & locis nemoroſis facere arbuſta, oliueta, & ſeminatoria iuxta tradita per Couarru. *pract. quæſt. cap 37. num* [illegible] 5. attamen non erit permiſſum taliter mutare, quod impediat vſum Ciuium, de quo ſupra, quod non negat Couarru. *pratit. loc.* & ſic et conſiderata ratione, de qua ſupra, pro quam vſus debetur, & ita tenet Hi. ... de Monte *in tract. de fin. cap. 6. num 14. verſ. territorij dominus*, Capiblanc. *in d. pragmat. 11 num. 101. verſ. & propterea dicebat in facto*, & ita decretum fuit die 11. Ianuarij 1611. per S. C. inter Ill. Principem Octauiani, & Vniuerſitatem, accedentibus Conſiliatiis ſuper faciem loci cuius ſententiæ tenor eſt. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, [illegible] Ill. Principi Terræ Octauiani ad præſens vtili domino dictæ Terræ facere conceſſiones in locis nominatis Mauci, Nemoris, & Maſchi, præuiis tamen ſollemnitatibus à iure requiſitis, & iuxta formam in cap. vigeſimi in tranſactione prædicta contenti; pro medietate tamen locorum prædictorum à parte remotiori Terræ Octauiani, ita quod pro vſu Ciuium remaneat proximior, in qua medietate declaramus, comprehendi quantitatem territoriorum olim conceſſorum per quond. D. Bernardettum de Medicis, Neutram, &c.

Obſeruando practicam traditam per Vinc. de Franch. *in deciſ. 301. in fine.*

Prohibitum autem eſt Baronibus Regni etiam ſteriles terras concedere ad certam portionem fructuum, & mutare faciem, quando iure ſeruitutis vaſſalli habent vſum, facit text. *in l. fin. ff. de vſu, & habit.* ex quo text. patet, non poſſe dominum territorij mutare faciem prædij, in quo quis habet ſeruitutem vſus contra vſuarij voluntatem, etiam quod in ſtatum meliorem velit commutare, melius enim eſſe non videtur, quod ſit contra voluntatem illius, qui habet vſum *l. quamuis melius ff. de vſuf. n. 8.* imò tenetur illum agrum, in quo quis habet ſeruitutem paſcendi, ſemper ad paſcendum liberum tenere, nec ad culturam reducere, & mutare antiquam formam, ita Couar. *in d. c. 37. pract. quæſt. num. 4.* vbi per doctr. Bartholomæi Veronenſis *de ſeruit. ruſt. præd. cap. de ſeruit. iuris paſcend. num. 16.* dicit, quod, vbi quis in agro alieno habet ius paſcendi iure ſeruitutis, Dominus territorij non poteſt illum agrum reducere ad culturam, quæ vllo tempore impediat paſtum, & ingreſſum animalium ad paſcendum, ſed tenetur illum ſemper liberum ad paſcendum iuxta antiquam, & conſuetam formam tenere, hoc idem ante eum tenuerunt Socin. iunior *conſ. 105 lib. 1.* Aymon *conſ. 4. col. 2.*

## ARGVMENTVM.

*Pater, & filius an inſimul in eodem Tribunali iudicare poſſint.*

## SVMMARIVM.

1 *Pater, & filius an in eodem Tribunali eadem in cauſa iudicare valeant, & num. 12. vbi habetur de cla.*

*Pater, & filius vna, eademque perſona cenſentur, ibid.*

2 *Filius eandem, quam pater ergaſe, affectionem, & voluntatem habet, erga patrem habere præſumitur.*

3 *Filius boni patris geſta imitari tenetur.*

4 *Filius a ſe factum [illegible] non valet, niſi quod patrem [illegible].*

5 *Non decet à filio ad irritum reuocari, quæ à patre geſta [illegible]*

6 *Filius, ad [illegible] patris, & magiſtri ſententiam defendere, atque excuſare debent.*

7 *Pater magis patitur in filium, quam in ſeipſum.*

8 *Iuſta recuſationis cauſa reputatur, ſi in cauſa, in qua pater fuit Aduocatus, filius ſit Iudex, vel è contra pater ſit Iudex, & filius Aduocatus.*

9 *Filius in appellationis cauſa, in qua eius pater in primo iudicio pronunciauerat, ſuſpectus eſt Iudex.*

10 *Filius in iure patrem corrigere, ac ei contradicere poteſt; ſed non in gradu appellationis.*

11 *In his, quæ à iure ſunt permiſſa, quilibet admittitur, niſi expreſſè reperiatur prohibitus.*

13 *Electio in perſonam patris, & filij ſimul facta, cenſetur nulla, quippe qui ad adminiſtrationem vno, eodemque tempore non admittuntur.*

## DECISIO LXXVII.

1 PRo negatiua affertur. Primò quia pater, & filius pro vna perſona reputantur §. *ei, cum pluribus concordantibus Inſt. de inutil. ſtipulat.* & filius eſt de familia patris, ſecundum Speculatorem *in tit. de delegat. §. ſupereſt verſ. item ſi ſit Comes*, Ioan. Andr. & Dominicus *in cap. legitimè, de appellat. in 6.*
2 Et filius præſumitur habere eandem affectionem, & voluntatem, quam pater habet tenet Bal. *in l. liberti col. pen. C. de oper. libert.*
3 Præterea filius tenetur imitari geſta boni patris *cap. dominus noſter in fine 56. diſt.* nec po-
4 teſt filius quicquam à ſe facere, niſi quod patrem viderit facientem, vt *in cap. fin. de conſecrat. diſtinct. vlt. & 24. quæſt. prima cap. cum beatiſſi-*
5 *mus*, & non decet ea, quæ à patre geruntur, à filiis ad irritum reuocari, *l. eu. quæ a patre C. de veſtit. milit.* Bald. *in l. fin. §. ipſum autem C. de bonis, quæ liber.* & filius, ac diſcipulus ſententiam pa-
6 tris, aut magiſtri defendere debent, & eam excuſare, vt conſultiuè Caſſius fecit *in l. dicere ff. de arbitr.* vnde ex his ſi prior pater votum protulit, ſuſpectus redditur filius, cum non deceat contra patris conſilium ſententiam dicere de cauſa; & è conuerſo poſt votum filij ob affectionem redditur ſuſpectus pater, qui
7 magis patitur in filium, quam in ſeipſum, *l. iſti quidem ff. quod met. cauſ.* facit etiam, quia ſi
8 Iudex eſt filius eius, qui fuit Aduocatus in cauſa, vel è contra pater eſt Iudex, & filius eſt Aduocatus, eſt iuſta cauſa recuſationis, Aufrer. *in tract. de recuſat. num. 24. verſ. ſi Iudex eſt fi-*
9 *lius eius.* Ex quibus DD. tenuerunt, filium eſſe ſuſpectum Iudicem appellationis in cauſa, in qua eius pater in primo iudicio pronuntiauerit, Ferd. Vaſquez *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 20. part. 2. requiſit. 29. declarat. primu num 44. verſ. primo, quia pater, & filius*, & ità iudicatum in diuerſis Tribunalibus, vt patet per Garſ. Maſtrill. *deciſ. 151. n. 27. verſ. ſed contrarium tenuit.*

Pro affirmatiua affertur primò text. *in l. 3. §. ſi quis de condit. cauſ. dat. cau. non ſequut.* vbi Celſus filius patrem ſuum Celſum in iure emendauit, & ei contradixit, & ibi glo. *in verb. poſ-*
10 *ſe*, tenet, filium poſſe corrigere patrem in iure, in quo non videtur fieri iniuria maioribus, ſi à minoribus melius dicatur, quam ſequuntur Bart. Bal. Alex. Romanus, quinimò dicit Bald. quod hoc ad ſummam lætitiam patris redundat, Grammat. & cæteri relati per Garſ. Maſtrill. *in deciſ. 151. num. 23.* appellationis autem Iudicem filium eſſe à ſententia patris negant DD. per eundem Maſtrillum adductis & ita iudicatum.
11 Inſuper in iure non reperitur hoc prohibitum, & quilibet admittitur, niſi lege reperiatur prohibitus, & in his, quæ ſunt à iure permiſſa, facilior modus eſt, prohibitos perſonas proponere, & per conſequens aliæ cenſentur admiſſæ, *l. cum prætor ff. de iudic. cum concordant. adduct.* per Gomez. *in l. 2. Tauri*, hoc argumento vtitur Andr. *in teſtib. in Conſt. Humanitatem.*

Fuit hæc etiam recepta in praxi tempore 12
Præſidatus Cardinalis Borgiæ anno ſalutis 1620. & in Magna Curia admiſſi eodem tempore in eodem Tribunali Regens Rouitus pater, tunc Regius Conſiliarius, & Ferdinandus Rouitus filius, vti Iudex annalis.

In adminiſtratione verò aliter obſeruatur, 13
nam pater, & filius non admittuntur eodem tempore, & ſi ſimul eligantur, erit nulla electio, Ioan. Paul Montanar. *ad pragm. 16. de adminiſtrat. Vniuerſit. num. 3. verſ. ſi tamen eodem tempore pater, & filius*, affert authoritates, & rationem.

## ARGVMENTVM.

*Aduocatus, ſiue Iudex in eadem, vel alia conſimili cauſa, an, & quando Iudex eſſe prohibeatur.*

### SVMMARIVM.

1 *Aduocatus aduerſarij in eodem negotio, & cauſa, vel ei connexa, Iudex eſſe prohibetur, & vt ſuſpectus remouetur, & n. 8.*

2 *Iudex ſi conſultor fuerit aduerſarij in cauſa, vti ſuſpectus repellitur, & cum ratione, & num. 3.*

3 *Conſulens de conſilio tenetur.*

4 *Iudex, qui alias in cauſa ſimili iudicauit, vti ſuſpectus remoueri poteſt. Et cum ratione, & num. 10.*

5 *Cæterum non idem ius militat in eo, qui non eandem, ſed conſimilem cauſam pro alio vti aduocatus olim defendit, & num. 6. & 8. & optima diuerſitatis ratione ita deciſum, n. 11.*

7 *In his, quæ à iure permiſſa ſunt, facilior modus eſt prohibitos perſonas enumerare, & per conſequens alia cenſentur admiſſa.*

9 *Illatio ex diuerſis non fit.*

## DECISIO LXXVIII.

DOmi. Reg. Rouitus *in pragmat. 1. de feudis* ad partes examinauit quæſtionem, an in ſucceſſione feudi præferatur duplicitas gradus, an verò prærogatiua ætatis, & ſuſtinuit, prærogatiuam ætatis omnino eſſe præferendam, ita vt frater maior conſanguineus præferatur fratri vtrinque coniuncto, cumque idemmet articulus in cauſa Marchionis Lareni cum Ioanne Wincentio Brancha eſſet decidendus in S. C. fuit pro parte Marchionis recuſatus, vti ſuſpectus, quia iam animum ſuum manifeſtauit, vnde 1
Aduocatus in eodem negocio, vel ei connexo eſt ſuſpectus, *l. prætor ff. de iuriſd. omn. iudic.* cum concordantibus adductis per Steph. Aufrer. *in tract. de recuſat. in 1. §. cauſa recuſationis* Marant. Specul. *part. 6. & quandoque*

*appellatur*

*appellatur num.*42. Caualcan. *deciſ.* 28. *de con-*
*tructib.*

2 Itemque ſi Iudex fuerit conſultor aduerſarij
in cauſa, Ioannes Andreas *in cap. ſi contra vnum,*
*de offic. delegat. in* 6. idem Aufrer ibid. *in* 19.
*cauſa*, Innoc. *in cap. irrefragabilis num.* 2. *verſ.*
*quia conſulens ſuam voluntatem propalauit*, Ca-
pyc. *deciſ.* 146. *num.* 2 *verſ. ſi verum ſumm*, Ma-
rant. *pracit. loco num.* 25. eſt ratio, quia iudica-
3 ret pro defenſione ſui conſilij, ex quo conſu-
lens tenetur ex conſilio, latè Bellug. *in ſpecul.*
*Princip. rub. prima*, & ibi Add. *in verb. malot*
*Conſiliarios.*

Ita etiam iudicem, qui alias iudicauit in cau-
4 ſa ſimili poſſe remoueri, vti ſuſpectum voluit,
Specul. *in tit. de iudic. deleg* §. *ſupereſt verſ. item*
*ſi fundauit*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 5. *ca-*
*ſu* 458. Raud. *deciſ. Piſ. prima num.* 204 multas
authoritates cumulat Maſtril. *deciſ.* 151 *num* 59.
Giurb. *deciſ* 99. *num.* 12. quia non eſt veriſimile,
quod eſſet contrarius, *l. eos C. de appellat. in*
*princ.* Bald. *in l. apertiſſimi num.* 7. *verſ. & idem*
*vbicunque C. de iudic.* Capyc. *deciſ.* 146. *num.* 4.
*verſ. & idem vbicunque* & ita probauit ex Aufr.
Rebuff & aliis Borgnin. Caualc. *deciſ.* Fiuiza.
28. *num.* 14. *part.* 2. refert de Pont. *deciſ.* 32. *in*
5 *princ.* ſe fuiſſe recuſatum, quia conſimilem cau-
ſam pro alio defendit, vti Aduocatus.

6 Ex aduerſo non eſſe ſufficientem cauſam
recuſationis, quia in iure prohibitum non re-
peritur, Aduocatum iudicem eſſe in cauſa ſimi-
li illius, quã patrocinatus eſt, & in his, quæ ſunt
7 à iure permiſſa, facilior modus eſt, prohibitas
perſonas excipere, & per conſequens aliæ cen-
ſentur admiſſæ *l. cum prætor ff. de iudic cum*
*concordant. adductis* per Gomez *in l.* 2. *Tauri* hoc
argumento fundat id in teſtib. Andr. *in Conſtit.*
*Humanitate col.* 4 *verſ. ſi ergo non eſſent alij teſtes.*

8 Prohibetur tantùm in eodem negocio, &
ita expreſſè text. *in cap. poſtremo, de appellat.*
ibi *aut in eodem negocio Aduocati, l. fin. C. de offic.*
*aſſeſſorum in fin* ibi, *in his cauſis, quarum patro-*
*cinium adeptus ſunt. l. quiſquis in princip. C de po-*
*ſtuland.* Capyc. *d. deciſ.* 146. *n.* 2. dixit, poſſe re-
cuſari Iudicem, qui patrocinatus eſt, dummodo
ſit eadem cauſa, vel connexa, & inuicem depen-
dens, ſecus verò in alia quamuis ſimili, dum-
modo ſit finita cauſa illa ſimilis, vel ipſe non
interueniat amplius, ſecus verò ſi ipſe adhuc
vti Aduocatus interueniat, ſiue in prima, ſiue
in ſecunda inſtantia, Rouit. *ad pragm.* 5. *de ſuſp.*
*official. num* 47.

Et pro hac opinione iudicatum fuit in Sac.
Conſ. teſte Præſ. de Franc. *deciſ.* 87. *in fin. verſ.*
*& ego fui Aduocatus*, refert, & ſequntur Ma-
ſtrill. *in d. deciſ.* 151. *num.* 56. & Giurb. *deciſ.* 54.
*num.* 5. *verſ. ſecus in alia, & in dec.* 99. *n.* 7.

9 Nec obſtat id, quod dicitur, Iudicem, qui
alias iudicauit in cauſa ſimili, poſſe remoueri,
vti ſuſpectum, nam eſt diuerſus caſus, & ex di-
uerſis non fit illatio, & idem Maſtrill. *num.* 56.
tenuit, poſſe interuenire in alia ſimili cauſa,
quamuis fuerit Aduocatus, & inferiùs *num.* 59.
contrarium ſuſtinuit in eo, qui fuit Iudex in
10 cauſa ſimili, quia diuerſa eſt ratio, nam pa-
trocinando; poteſt probabilem opinionem de-
fendere, & aliud vti Iudex iudicare, & ſic non
eſſet contrarius, ſecus ſi vti Iudex iudicaſſet,
nam tunc non eſſet veriſimile, quod eſſet con-
trarius.

Et ex his ſub die 16. Aprilis 1622. fuit per 11
S. C. deciſum, quod interueniat, & liberatum
depoſitum pro parte Regiæ Curiæ.

## ARGVMENTVM.

*Iudex abſque legitima cauſa, ſed tantum ob inconfidentiam aliàs remotus an ex hoc ſolo vti ſuſpectus recuſari poſſit.*

## SVMMARIVM.

1 *Suſpicionis iuſta eſt cauſa, ſi Iudex abſque legitima cauſa remotus aliàs fuerit, & ita deciſum num.* 6.
2 *Dedecus reputatur, aliquem à negocio remoueri,*
3 *Recuſatio propoſita, & obtenta perſonam ſugillat Iudicis, eumque acerbum reddit.*
4 *Remotus ab aliquo officio, ſeu munere ad illud aſſumi nequit.*
5 *Litigare coram offenſo Iudice duriſſimum eſt.*

## DECISIO LXXIX.

IN cauſa recuſationis in perſonam Iudicis
Mag. Cur. Vriles propoſita per filios quond.
Ioſephi Paladini penes acta inquiſitionis de
homicidio contra Marcum Antonium Condò
die... Februarij 1623. interuenientibus DD.
Conſ. Pomponio Saluio, Ferdinando Bran-
cia, & vna mecum Aloyſio Nicuoſa, & Iu-
dice Mareo Antonio Ruſſino delegatis fuit Iu- 1
dicatum, cauſam iuſtam ſuſpicionis eſſe, ſi Iu-
dex fuerit alias remotus abſque legitima cau-
ſa, ſed tantum ob inconfidentiam à negotio
ei delegato ab Excellentiſſimo Domino Pro-
rege ad petitionem eiuſdem partis, quia dede- 2
cus reputatur, aliquem à negocio remoueri
*in l teſtamento centurio in gloſ. finali ff. de ma-*
*numiſſ. teſtam.* quod etiam in Iudice conſidera-
uit Bald. *in l. obſeruandum primo not. ff. de iud.*
Recuſatio enim hæc propoſita, & obtempta 3
ſugillat perſonam Iudicis, & eum acerbum fa-
cit iux. text. *in l. fin.* §. *ſin verò il primo C. de*
*manumiſſ. liber.* hinc eſt, quod remotus ab ali- 4
quo officio, ſiue munere non poteſt iterum ad
illud aſſumi *l.* 2. *C. de diuerſ. offic. lib.* 12. quia
ſi iterum in cauſa interueniret, non eſſet, niſi 5
coram offenſo Iudice litigare, vt notat Bald. *in*
*cap. ſuper, de off. deleg.* quod duriſſimum eſt,
ad text. *in l. apertiſſimi C. de iud. & in cap. cum*
*inter, de except.*

Et alias iunctis S. C. & Regia Camera in 6
cauſa D. Iuliæ Vrſinæ cum Ill. Comite Sapona-
riæ iudicarunt, non debere interuenire aliquos
Iudices, qui in cauſa prædicta per prius fuerunt
dati inconfidentes, non obſtante, quod Regium
reſcriptum ſuperuenerit, quod illa cauſa deci-
datur per omnes Iudices S.C. & Regiæ Cama-
ræ, Actuario Scognamiglio in Camera.

## ARGVMENTVM.

*Iudex, qui ſemel ſuam ſententiam in cauſa dixit, & qui verba comminatoria, & iniurioſa protulit an, & quando, & à quo, vt ſuſpectus recuſari poſsit. Et Iudice verba prædicta negante quid obſeruetur. Recuſationis pluribus cauſis allegatis, ac reiectis, an, & quando alias de nouo cauſas proponere liceat.*

## SVMMARIVM.

1 *Recuſationis, & ſuſpicionis materia tangitur remiſſiuè.*

2 *Iudex proferens verba comminatoria, & iniurioſa, an, & quando, vt ſuſpectus recuſari poſſit, & à quo, & num. 4. & 5. vbi etiam exempla, & deciſiones recenſentur.*

3 *Iudex, qui ſemel ſuam ſententiam in cauſa dixit, an, & quando Iudex eſſe prohibeatur, & vt ſuſpectus remoueri poſſit.*

6 *Practica, & obſeruantia, quando Iudex negat protuliſſe verba prædicta comminatoria, & iniurioſa, & quando oppoſita fuit exceptio prædicta calumnioſa per recuſantem quid agendum, & quomodo deciſum in recuſationibus officialium, & n. 9. & 13.*

7 *Iudex videns reum opponere aliquam exceptionem calumnioſè, ea non obſtante ad vlteriora procedere debet.*

8 *Recuſationis cauſis pluribus allegatis, atque reiectis alias de nouo cauſas proponere, an, & quando liceat, & quomodo deciſum, & num. 10. & 12.*

11 *Aduocatus in eadem cauſa Iudex eſſe prohibetur, etiam accedente partium conſenſu.*

## DECISIO LXXX.

1 IN materia recuſationis, ſeu ſuſpicionis habes per Franch. & DD. *in cap. poſtremo, de appellat.* Steph. Aufr. *in tract. de recuſat.* per Marant. *in pract. in 6. part. in 1. acta principali, in verb. & quandoque appellatur num. 24. ver. recuſatio eſt ſextus actus*, Rebuff. ſuper Conſt. Gall. *in tract. de recuſat.* per Graſſ. *excep. 24* per D. Reg. de Pont. *deciſ. 30.* Maſtrill. *deciſ. 151.* per Giurb. *deciſ. 54.* per Iuan. Maria Nouar. *in collect. ſuper prag. de ſuſpic. offic. coll. 214.* per Rouit. *in commen. ad prag. de ſuſpic. official. & in conſ. 8.* & an in cauſa recuſationis admittatur nominatio teſtium, Rouit. *in prag 7.*
2 *de ord. iud. num. 28.*

Contingit dubitari in materia ſuſpicionis, an cauſa ſit legitima ſuſpicionis, ſi Iudex protulit hæc verba, *Che merita mille morti, per eſſere huomo infame, e che ſi era ſolo nella cauſa, la voleua far trasmare appiccato vna matina.*

3 Ex quibus verbis apertè patet, quod Iudici prohibitum eſt, eum, qui ſemel ſuam ſententiam in cauſa dicit, Iudicem eſſe poſſe ex authoritate Præpoſiti *in cap. poſtremo*, fundat Scipio Rouit. *in d. conſ. 8. n. 1.* alios affert Io. Maria Nou. *in coll. ſuper prag. 2. de ſuſpic. offic. n. 5.*

Ex hoc ſolo non viſum fuit, eſſe remouendum, quia ſi propalauiſſet intentionem ſuam, antequam eſſet datus Iudex, poſſet ex hoc ſolo recuſari ſecundum Aufrer. *in tract. de recuſat. in 18. cauſa*, vnde Philipp. Franc. *in d. c. poſtremo, de appell.* voluit tunc recuſari poſſe, eum aperuit mentem ſuam, vti Aduocatus, antequam eſſet Iudex, refert Add. ad Abb. *in d. cap. irrefragabili litt. B. ver. idem ſi fuerit, de offic. ordinarij.*

Verum quia poſtquam fuit datus Iudex animi ſui opinionem aperuit in hoc caſu non eſt iuſta cauſa recuſationis Giurb *deciſ. 54.*

Poterit tamen ex verbis prædictis commi- 4
natoriis, & iniurioſis recuſari, quia iſta verba ſolent cauſare inimicitiam Abb. *in c. cum ceſſante num. 8. verſ. aut enim ſecundum eum, de appell.* qui diſtinguit, aut Iudex lædit partem, ſeu metum infert extra iudicium, & eſt locus recuſationi, quia iſta ſolent cauſare inimicitiam, & vt ſuſpectus poteſt recuſari, vt 30. q. 5. *cap. quod ſuſpecto*, ſi verò partem lædit in iudicio, & comminatus eſt iniuſtè, tunc appellari poteſt, at cum hæc verba ſint prolata extra iudicium, poterit ex his recuſari gloſ. *in cap. cum ſuper Abbatia, de officio, & poteſt. Iudic. deleg. in figuratione caſus verſ. qui iam legitimè recuſatus eſt*, legitimè recuſatum Iudicem tenet, quia dixerat, quod ſi poſſet, noceret ei in cauſa illa, & hoc probare volebat, & inter cauſas recuſationis Stephan. Aufret. *in tract. de recuſat. in 40. cauſa* illam tradit, quando Iudex protulit verba comminatoria contra partem, quod ſi poterit, offendet ipſam ex aut. glo. Hoſtienſis, Iuann. Andr. Bald. Sicul. & Præpoſit. & ratione contumelioſum recuſatur ab illo, cui intulit verba contumelioſa, & à tota ſua familia, probat Par. de Put. *in tractat. de ſyndicat. in verbo ſuſpitia cap. 1. n. 1. in fin. verſ. nota arg. nota in l. prima C. ſi qua e prædic. poteſt.*

Et fuit ſub die 13. Auguſti 1614. recuſatus 5
Conſiliarius Varela in cauſa homicidij Ill. Marchionis Oyre per Ill. Marchionem Piſcariæ, quia protulit hæc verba, *Coſi l'hà fatto ammazzare il Marcheſe d'Oira il Marcheſe di Peſcara, com, io ſono il Conſegliero Varela*, & deciſum per delegatos Regentem Henriquez, & me tunc Conſiliarium, ac Conſiliarium Sofiam, & Iudicem Paſcalem, quod non interueniat, Act. aſſumpto Mighiaccio.

Vnde non fuit dubitatum de iure prædicta ſubſiſtere, & aliqui ex dominis cenſuerunt, quod detur terminus ad probandum verba prædicta, quæ negabantur per Iudicem, ſed maiori parti viſum fuit calumnioſè propoſita hæc exceptio, ideò non admittenda, nam cum Iudex videt, reum opponere aliquam excep- 7
tionem calumnioſè, ea non obſtante debet procedere ad vlteriora, ita dicit Inn., quod pro ſingulari refert Lanfranch. de Orian. *in recollec. ſingularibus ſub num. 13.* eo maximè, quia aliæ fuerunt prius allegatæ recuſationum cauſæ in perſonam eiuſdem Iudicis, & reiectæ, 8
& de nuuo non liceba cauſas alias proponere ex dictis per Muta *deciſ. 15.* & deciſum refert in Collaterali Conſilio Nouarius *in collect. ſuper pragm. Regni pragmat. 1. de ſuſpicion. official. num 4.* & ideò ſub die 13. Octobris 9
1621. in Collaterali Conſilio accedentibus tribus aliis Regiis Conſiliariis fuit prouiſum,

quod

quod interueniat, & ſoluat pœnam in cauſa Marci Antonij Condò de Lyrio inquiſito de homicidio, recuſantis Iudicem Roſſinum Commiſſarium cauſæ delegatum.

10 Et in eadem cauſa Marci Antonij Condò fuit reſolutum, quod quamvis ſuper capitibus fuerit prouiſum, quod Iudex deponat, & in depoſitione negauerit, quod adhuc poterit abſque termino reiici recuſatio: nam, quamvis verba pragm. videantur repugnare, alias obſeruatum fuit in ſuſpicione allegata de anno 1622. in perſonam Conſiliarij Cæſaris Alderiſij delegati in cauſa Io. Vincentij Sebaſtiani Rationalis inquiſiti de pluribus in Collaterali Conſilio cum interuentu quatuor aliorum adiunctorum, & poſt depoſitionem, quamvis Iudex cauſas negauerit, fuit iudicatum, quod interueniat, & ſoluat pœnam non dato termino.

11 Limita prædicta, quando cauſa ſuſpicionis eſſet talis, quæ tolleret potentiam iudicandi, vt ſi fuiſſet Aduocatus in eadem cauſa cum *per Reg. pag.* æditam ſub die 3. Nouembris 1611. prohibitum ſit etiam accedente conſenſu par-
12 tium eſſe Iudicem; hoc enim caſu poteſt eam proponere poſt reiectas alias recuſationis cauſas, quia ceſſant rationes per Muram *in d. dec.* 15.
13 conſideratæ, & ita iudicatum fuit per DD. delegatos ſignificatoriarum de menſe Nouembris 1625. in cauſa Emanuelis Degni Perceptoris Prouinciæ terræ Barij penes Actuarium Regiæ Cameræ Franciſcum de Flore.

## ARGVMENTVM.

*Inimicitia an, & quando iuſta dicatur recuſationis cauſa, & qua iuſta ſit inimicitia cauſa?*

### SVMMARIVM.

1 *Inimicitia etiam leuis, dummodo exprimatur, iuſta eſt recuſationis cauſa.*
2 *Idque locum ſibi vendicat, etiamſi ipſemet recuſans cauſam dediſſet inimicitia.*
3 *Reſtringitur verò, vt locum non obtineat ſi malitioſe egeris, vt ipſum tanquam inimicum repelleres.*
4 *Iuſta eſt recuſationis cauſa, ſi Iudex ſit in manibus aduerſarij in alia ſua cauſa, quippe qui in alia cauſa eſt Iudex ipſius, & ita deciſum.*
5 *Collega eſt ſuſpectus in cauſa collega.*

## DECISIO LXXXI.

1 INimicitiam leuem iuſtam eſſe cauſam recuſationis Doctores dicunt, quos congerit Maſtrill. *deciſ.* 151. *num.* 46. quæ exprimenda eſt ex adductis per Aufr. *in tract. de recuſ. in* 3 *§ cauſa*, quamvis ipſemet recuſans cauſam inimicitiæ dediſſet; adhuc poterit excipere contra inimi-
2 cum ſuum de inimicitia Archid. *in cap. ſtatutum, de reſcript. col... verſ. non audens*, niſi malitio-
3 sè fecerit, vt ipſum tanquam inimicum repelleret, Aufr. *pracit. loc. verſ. vade ille, qui ſunt*, Rebuff. in Conſt. Gall. *in tract. de recuſat. art. 9 gloſ. 1. num.* 11. *&* 12.

Iuſta recuſationis cauſa eſt, ſi Iudex ſit in manibus aduerſarij in alia ſua cauſa, puta quia aduerſarius in alia cauſa eſt Iudex illius, ita authoritate Specul. Io. Andr. Domin. tenet Aufrer. *in tract. de recuſat. in* 33. *cauſa verſ. ſi Iudex eſt in manibus aduerſarij*, Rebuff. *in tit. de recuſat. art. 9. glo. vnic. num.* 34. & ita iudicatum in Collaterali Conſilio in cauſa Marchionis Lareni cum Ioanne Vincentio Brancia in perſonam Ill. Marchionis S. Angeli Præſid. Sac. C. in cuius cauſa Ill. Marchio S. Angeli erat vnus de Iudicibus, D. Iordanus Vrſinus cognatus aduerſarij Ill. Marchionis Lareni. 4

Itemque iuſta eſt cauſa recuſationis, ſi ſit collega tex. *in cap. cum R. Canonicas, de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* Ibi, *quos, cum ſint ſocij, meritò pars aduerſa habet ſuſpectos*, & ita obſeruaui in Scriba eiuſdem bancæ, nam decreui, quod abſtineat in actitando cauſam ad querelam Scribæ eiuſdem bancæ. 5

## ARGVMENTVM.

*Iudex vti ſuſpectus ab Vniuerſitate ex cauſa inimicitia recuſari non poteſt.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudex recuſari ab Vniuerſitate ex cauſa inimicitia an poſſit.*
2 *Affectio, odium, vel amor in Vniuerſitate non conſiderantur.*

## DECISIO LXXXII.

CVm præeſſet Tribunali pecuniæ Ciuitatis Neap. Conſiliarius Aſcanius Muſcettula, mandauit delegatis in dicto Tribunali, quod creditoribus Ciuitatis venderent annuos introitus in ſatisfactionem crediti, eique aurei ſex in ſingula centena adiudicarentur, repugnauerunt ob id, quod in publicum damnum tenderet, quia ex hoc oriretur occaſio diminuendi omnes Regni introitus, inſtabant non innouari, quod ab immemorabili obſeruatum fuit aſſignari ſeptem in ſingula centena, fuerunt de mandato eiuſdem carceribus mancipari, Ciuitas more ſolito congregata, delegauit binos ex quolibet Sedili, qui de geſtis per Conſiliarium apud Proregem conquererentur, qui audita querela, ipſo amoto, alium Tribunali pecuniæ ſuo loco præfecit.

Cum poſtmodum in Sac. C. de rebus ad Ciuitatem ſpectantibus ageretur, pro parte Ciuitatis vti ſuſpectum Conſiliarium, Aſcanium Muſcettulam abſtinere ea prænarrata cauſa petitum fuit.

Fuit ſub die 25. Octobris 1596. iudicatum, quod interueniat non obſtante ſuſpicione allegata, & ex cauſis diſcuſſis reſtituatur depoſitum factum, quod ea ratione ſuſtineri poteſt, quia non conſideratur intereſſe affectionis, odij, vel amoris in Vniuerſitate, arg. eorum, quæ in teſte dicunt Bart. Albet. & DD. *in l. intantum §. Vniuerſitatis ff. de rer. diuiſ.* Add. ad Capye *deciſ.* 252. 1 2

N 4 ARGV

## ARGVMENTVM.

*Cognatio ſpiritualis inter quas perſonas contrahi dicatur. Cognationis ſpiritualis ratione, an, & quando, & in perſonam cuius ſuſpicio, vel recuſatio admittatur. Patri in feudis filij, an, & quando alimenta, & vſusfructus etiam, & commoditas quærantur.*

### SVMMARIVM.

1 *Cognatio ſpiritualis contracta inter baptizatum, baptizatique patrem, nec non illum leuantem, ac ſuſcipientem eiuſdem ſuſcipientis perſonam non egreditur, nullaque coniunctio cum ſuſcipientis filio datur, & numero 14.*

2 *Cognatio ſpiritualis eſt iuſta recuſationis cauſa, & ita ex pluribus rationibus deciſum, & n.15. cum ſeqq. iuncto n.21.*

3 *Spiritualem cognationem inter baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem, necnon inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem tantum contrahi ex Sac. Conc. Trid. ſtatuitur.*

4 *Matrimonium inter perſonas, tàm ex parte ſuſcipientis, quàm baptizantis, & baptizati. à S. C. nominatim non expreſſas liberè, licitèque contrahi poſſe Pius V. Pontifex Maximus decreuit.*

5 *Pater in feudis filij vſumfructum non habet, & cum ratione, & n.11.*

6 *Nec in illis eſt legitimus adminiſtrator.*

7 *Neque commoditatem habet.*

8 *Et in hanc negatiuam ſententiam itum eſt frequentiùs.*

9 *Reiecta affirmatiua Aret. opinione, qua quo pacto ſaluari poſſit, ponitur remiſſiuè.*

10 *Commoditas in hac materia bifariàm conſideratur, & n.12.*

12 *Commoditas ſecundo modo conſiderata an legum veritati ſubnixa, ſit, animaduertitur.*

13 *Alimenta ex bonis feudalibus filij, an, & quando, & quo iure patri debeantur.*

15 *Intereſſe filij ratione affectionis intereſſe patris dici poteſt etiam in bonis, in quibus nec vſumfructum, nec commoditatem pater habet, cum natura pater, & filius eadem perſona penè intelligatur, & n.18. vbi etiam exempla remiſſiuè habes.*

16 *Pater filium diligere pluſquàm ſemetipſum præſumitur.*

17 *Amor nullus vincit paternum.*

19 *Patrum quàm ſit deſiderium gloria filiorum, traditur remiſſiuè.*

20 *Amor patrum erga filios tàm incredibilis eſt, vt propriam gloriam, quam ipſi vita anteferre ſolemus, gloriæ filiorum poſtponere ſoleant.*

22 *Iudex vti ſuſpectus recuſari non poteſt ratione cognationis ſpiritualis, ſeu carnalis, ſi in pari gradu ſit vtrique parti coniunctus, & ratio recenſitur, quod tamen reſtringitur locum non obtinere, ſi maiorem affectionem vni, quàm alij Iudex haberet; & ita iudicatum.*

## DECISIO LXXXIII.

COgnationem ſpiritualem contractam inter 1
Magnificum Regium Conſiliarium, & Pro-
regentem Lupez, & Ill. Ducem Nucetiæ d. Pro-
regentis filium leuantem, Ducis perſonam non
egredi & ex conſequenti non eſſe admittendam 2
recuſationem per Hectorem Pignatellum pro-
poſitam in lite vertente, cum ſpectabili Comite
Soriani filio Ill. Ducis ſuper ſucceſſione Status
Montis Leonis ſuſtinendum videbatur ex Sacr.
Trid. Concil. *ſeſſ.* 23. *cap.* 2. ſtatuente inter ba-
ptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem, 3
nec non inter baptizantem, & baptizatum, ba-
ptizatique patrem, & matrem tantum ſpiritua-
lem contrahi cognationem.

Pro cuius declaratione Pius V. Pontifex Ma- 4
ximus in anno 1566. decreuit inter perſonas,
tàm ex parte ſuſcipientis, quàm baptizantis, &
baptizati à Sacro Concilio nominatim non ex-
preſſas matrimonium liberè, licitèque contrahi
poſſe.

Cum autem Regia pragmatica ab Excellentiſſimo Comite Lemos in anno 1611. circa ſuſpiciones edita conformem ſe reddat Tridentino Concilio, non poterit ex hoc capite vnitatis perſonarum remoueri Dominus Proregens Lopez in immiſſionis articulo pro Comite filio, vel contra eum, non autem pro, vel contra Ducem patrem explicando.

Nec obſtare videtur intereſſe eiuſdem Ducis 5
ratione vſusfructus, ſeu commoditatis. Pater
namque non habet vſumfructum in feudis filij,
Andreas *in cap.* 1. §. *ſaluatores num.* 13. *de his, qui feud. dar. poſſ.* cuius doctrinam latè exornat Dom. Reg. de Pont. *in repet. feud. lect.* 7. *per totam*, eſtque communis ſententia, de qua Anna pater *ſing.* 377. Schrad. *de feud. par.* 7. *c.* 6. *n* 6. & nouiſſimè Dom. Conſil. de Georgio *in repetitia. feudal. c.* 40. *n.* 23. *& ſeqq.*

Dominus namque feudum concedens, hoc expreſsè agere dicitur, vt filio vaſſallo, non autem patri vſusfructus quæratur *cap.* 1. §. *fin. ex quib. cau. feud. amitt.* Schrad. vbi ſup. *num.* 7. ad hoc vt de fructibus ſeruiat, quemadmodum ex Iacob. de Beluiſ. Bald. Aluar. Præpoſ. & aliis *in cap.* 2. *aliàs cap.* 1. §. 2. *de fratrib. de nouo benef. inueſt.* concludit Gabriel *conſ.* 162. *num.* 2. *vol.* 2. quod exequi non poſſet feudatarius, ſi pater vſumfructum obtineret, Dom. Reg. de Pont. *dicta lect. n.* 4. D. Conſil. de Georgio *num.* 23. *in princ.*

Hinc pater in bonis, in quibus non habet 6
vſumfructum, non eſt legitimus adminiſtrator
filij *in quib. vt liceat matr. & auia* §. 1. ibi, *licentiam habeant, quo volunt, modo diſponere.*

Eſtque communis opinio, de qua gloſ. Bart. Angel. & alij, quos longa ſerie commemorant Fab. Torrett. *conſ.* 51. *num.* 8 *vol.* 3. Gratian. *dec.* 76. *n.* 9. & Montallegr. *pract. act. lib.* 2. *c.* 1. §. 14. *num.* 3.

Quod ſi vſusfructus patri denegatur, commo- 7
ditas etiam ei deneganda erit.

Quamvis enim Iacob. de Beluiſ. Bal. Iaſ. Aret. & nonnulli alij, quos refert, & ſequitur D. Præſes de Franch. *deciſ.* 10. *n.* 9. in affirmatiuam deſcendant

deſcendant ſententiam, quæ fortaſsè illis temporibus vera videbatur.

Negatiua tamen quanp plurimis fulcitur legibus, ei namque fauent, tex. *in l. cum multa C. de bon. quæ liber.* ibi, *omni acquiſitione abſoluta*, *in l. fin. §. 1. C. eod.* ibi, *nullam acquiſitionem, nec vſumfructum quæri, & in d. auth. vt liceat matri & auiæ*, ibi, *neque vſumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium.*

8 Et ad præſens communior apparet, concurrentem prohibitione, ita Xuares *in quæſt. maior. n. 15. & ſeqq.*

Gregor. Lopez *in 4. par. tit. 17. l. 5. in verb. el vſufructo in fine.*

Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 1. capite 19. numero 33.*

Surd. *conſ. 116. n. 73. vol. 1.*

Gabriel. *conſ. 162 per tot. vol. 2.*

Gratian. *deciſ. 76. n. 33.*

Hypol. Rimin. Iun. *in §. 1. n. 196. cum ſeqq. inſtit. per quas perſon. nobis acq.*

Caldas Pereyra *in l. ſi curatorem habens in verb. læſis num. 145. verſ. licet autem huiuſmodi prohibitio.*

Caſtill. *quotid. controu. lib. 1. capite 3. numero 38.*

Montealleg. *citato lib. 2. c. 2. §. 13. n. 66. verſ. ſed licet his fundamentis.*

9 Haum. Piſto. *quæſt. iur. lib. 4. cap. 21. vbi numero 6.* explicat, quo caſu accipienda ſit Aret. ſententia.

Dom. Reg. de Pont. *cit. loc. n. 62. qui num. 63. in finalibus verbis* æquiparat mentem concedentis expreſſæ vſusfructus prohibitioni deſumptæ *ex auth. excipitur C de bon. quæ lib.*

D. Philippus Paſcal. *de virib. patr. poteſt. cap. 3. num. 9.*

Et nouiſſimè Dom. Conſil. de Georgio *ſæpè allegato c. 40. n. 27. verſ. ſed contra Aretinum, & n. 56. verſ. de commoditate verò.*

Vt non immeritò ab eadem Aret. opin. receſſerit idem Dom. Præſ. de Franch. *deciſ. 161. numero 8.* vbi Sacrum Conſilium ſuper commoditate prouiſionem faciendam reſeruaiſſe aſſerit.

10 Procedet autem prædicta opinio, ſiue commoditas accipiatur pro perceptione fructuum non reſtituendorum iuxta intellectum Caſtr. *conſ. 453. num. 7. vol. 2.* & Caoalcan. *de vſufruct. mulier. relict. num. 182. cum ſeqq.* quem parum diſtinctè loqui, & inuoluta, ac confuſa manu de hac materia pertractaſſe aduertit Caſtrill. *vbi ſupra num. 54.*

Siue ſumatur pro commodo medij temporis, quo percipiuntur fructus, reſtituendi tunc filio, cum ſui iuris erit iuxta alium Aret. *ſenſum in d. §. 1.* & Iaſ. *in l. cum filia n. 18 ff de leg. 1.* quemadmodum in indiuiduo concludit Gabriel. *cit. conſ. 162. n. 8. & 26. vol. 2.*

Primo enim modo ſumpta commoditas, quoad effectum, & vtilitatem nihil differt ab vſufructo ipſo, cum fructuum perceptio ſit tota vſusfructus vtilitas.

11 At verò vſusfructus prohibitus eſt patri ex mente concedentis ad hoc, vt filius de fructibus deſeruire poſſit.

Ergo ſi patri deberetur commoditas, inutilis, & inefficax redderetur prohibitio, & propterea quemadmodum prohibetur acquiſitio vſusfructus, pariter erit prohibita acquiſitio fructuum, quæ in idem reincidit, ita diſertiſſimè deducunt Gabriel. *cit. num. 8. cum ſeqq.* D. Reg. de Ponte *loc. cit. n. 63. in princ.* & Gooſil. de Georgio *n. 29. verſ. verum iſte intellectus.*

Secundo verò modo contiderata nihil differt 12 à primo: leges enim, quas Aret. & Iaſ. ad id allegant, non probant, patrem teneri ad reſtitutionem fructuum, vnde vtilitatem, quam percipit, ſemper retinet, vt aduertit Gabriel. *n. 26. & 50.*

Etſi pat debeantur alimenta in bonis feudalibus 13 iuxta doctrinam Napod. *in Conſuetud. Si quis habet in verbo, & maternorum num. 28. verſ. ſed quid ſi huiuſmodi bona in tit. de alim. præſtand.*

Attamen alimenta hæc potiùs iure pietatis, quàm patriæ poteſtatis debentur, ſtante, quod nullo modo pater ius habet in feudis, quemadmodum ex Azone concludit idem D. Conſ. de Georgio *num. 53.* veriſſimè deducitur, ea non deberi, niſi patri inopi ex vulgata gloſ. *in l. ſi quis à liberis in princ. ff. de liber. agnoſc.*

Præterquam quod Napod. loquitur in alimentis omni iure debitis correſpectiuè ad bona, ita quod pater ſit debitor, vt per eadem verba concludit D. Reg. de Pont. vbi ſup. *numero 61. in fine.*

Vbi *num. 55.* recedit ab Aluar. qui exiſtimabat, patrem inſimul habitantem cum filio in communi ratione habitationis habere commoditatem fructuum ad inſtar fratris cum alio fratre commorantis, ea ratione, quia omnia bona fratrum erant communia, & ex communibus feudum acquiſitum, quod non procedit in peculio aduentitio, nec inter patrem, & filium bonorum communio conſideratur.

Conſtat itaque patri in feudis aduentitiis filij, nec vſufructum, nec commoditatem, vel alimenta quæri.

Pro Hectore Pignatello recuſante fuit per 14 omnes Iudicantes conſideratum, quod & ſi nulla detur coniunctio cum filio ſuſcipientis, attamen ratione affectionis intereſſe filij dici poſſe 15 intereſſe patris, etiam in bonis, in quibus nec vſumfructum, nec commoditatem pater habet, cum & natura pater, & filius eadem eſſe perſona penè intelligatur *l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* 16 & pater præſumitur plus diligere filium, quàm ſemetipſum Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 6. num. 4.* & nullus amor vincit paternum, 17 *l. fin. C. de curat. furioſ. cum concord.* quod in materia recuſationis ponderauit Aufrer. *in tract. de recuſat. num. 16. vigeſima quarta ſpecie*, & multa ad fundandum intereſſe patris habes per autho- 18 ritates, & exempla tradita, per Ruſtic. *in proœmio ad l. cum auus ff. de condit. & demonſtrat.* & per Paſcal. *in tract. de virib. patr. poteſt. par. 3. cap. 1.* eò maximè in caſu noſtro, in quo agitur de ſucceſſione Status Ducis titulo decorati cum dignitate, quæ vulgò dicitur, *de Grande de Caſtilia*, 19 & quam ſit deſiderium paternum gloria filiorum tradit Homer. Yliard. *lib. 6.* & tàm in- 20 credibilis eſt patris erga filios amor, vt propriam gloriam, quam ipſi vitæ anteferre ſolemus, gloriæ filij poſtponere ſoleant, Menoch. *de præſumpt. lib. 6. dicta præſumpt. 56. n. 13.*

Ex quibus ſub die 11. Septembris 1623 per 21 totum Sacrum Conſilium in Collaterali Conſilio deciſum fuit, quod non interueniat Reg. Conſiliarius Didacus Lopes.

Ceſſat

22 Ceſſat recuſatio, ratione cognationis ſpiritualis, ſeu carnalis, ſi in pari gradu vtrique parti ſit Iudex coniunctus, quia par eſt affectio, not. gl. in cap. poſtremo, de appell. Baſt. in l. non ſolum §. 2. ff. de rit. nupt. Menoch. de arbitr. caſ. 106. num. 19. & propter paritatem affectionis ſuſpicio remouetur. Hoc tamen limitatur quando maiorem affectionem Iudex haberet, vni quàm alij cap. accedens il ſecundo, vt lite non conteſt. Dec. in l. ſi a iuriſdictione praeſ. n. 17. verſ. & dixi, quod ſit in pari gradu.

Et ita iudicatum fuit per S. Conſ. ſub die 13. Nouembris 1619. in ſuſpicione propoſita in perſonam Conſiliarij Cæſaris Freccia inter D. Ioan. de Aualos cum Ill. Marchione Piſcariæ.

## ARGVMENTVM.

*Recuſato Regni Prorege, an æque recuſare liceat omnia Regni Tribunalia.*

### SVMMARIVM.

1 *Suſpecto Prorege, an ſuſpecti reddantur Regij Regni Miniſtri, quod eſt obſeruatum in hoc, & Siciliæ Regno, & n. 4. 5. & 6.*

2 *Suſpicio ex capite grauis inimicitiæ cum Prorege extenditur ad Regni Tribunalia.*

3 *Suſpicio etiam ex cauſa litis cum Prorege comprehendit Regni officiales.*

### DECISIO LXXXIV.

1 QVoad propoſitam attinet quæſtionem in diuerſas ſententias abierunt Scribentes, quippè variè à Catholica Maieſtate conſtitutum, cum enim maximi ponderis controuerſia agitaretur in Sac. Neapolitano Conſilio inter Ill. D. Marcum Antonium Columnam, & D. Petrum Toletanum Commendatarij maioris Regni Caſtellæ huius Regni Protegis generum, Regio reſcripto litis progreſſum impediuit, durante ipſius Protegis præfectura, non tamen omnino cauſa auocata, vt ex altero regio reſcripto infra num. 5. inſpicitur, fundatur regia prouiſio, vt cæteros omittam, ex ſecundè, ac perelegantèr ſcriptis per Portium Imolam in eadem controuerſia conſ. 91. qui irrefragabilib. rationibus, ac validiſſimis argumentis adiectæ ſententiæ conſirmatis adminiculis, vtriuſque cenſuræ trutinatis capitibus concludit, recuſationis exceptionem ex aſſerta cauſa à Columnenſi oppoſitam, Protegem ipſum omnino legitimè ſuſpicionis recuſationi obnoxium reddentem, Neapolitanæ Ciuitatis conſilia omnia, velut membra ſubiecta afficere, huiuſce ſententiæ ſectatores fuere Caualcan. de bruch. Reg. part. 3. de recuſat. iudic. numero 315. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 6. num. 45. Giurb. deciſ. 27. numero 2. & 9.

In Regno verò Siciliæ recuſante Ill. Duciſſa Biſbonæ Ill. Marchionam Viglianæ Protegem ex capite cognationis cum Ill. Marchione Sancti Laurentij colitigantis Regio diplomate ſancitum eſt, Conſiliarios ſuſpectos minimè fore, recuſato Protege, qui cauſam deleget M. R. C. quæ ius dicat, ipſo nullatenus interueniente, vt infra legitur num. 6. hoc pariter iuri conſonum, nec incongruis rationibus, nec vulgaris famæ DD. authoritatibus probat Garſia Maſtril. dec. 151. n. 77. cum ſeqq.

2 Enarratorum tamen cauſarum diſputatione omiſſa, in quibus cum contigerit in vtroque Regno Regias ſanctiones ſeruandas cenſeo, quoties recuſatur Prorex ex graui capite inimicitiæ, tunc ad quoſcunque Regni miniſtros recuſatio extendimus, locumque habent dicta ab Imola, Lancellot. Caualc. & Giurb. loc. ſup. cit. vt limitando ſua dicta in dec. 151. ait Maſtrill. tract. de magiſtrat. lib. 4. cap. 17. num. 80. ac obſeruari tradit Tapia lib. 3. de iure Regni rubr. de ſuſpic. num. 5. quibus bene adnectit, quod ſuperius ſcripſi de officiali Baronis inimicias exercentis in ſubditum; ex quo capite Baro ſuſpectus, etiam in delegando ſuſpectus redditur, vt authoritatibus, & deciſione fundauit.

3 Vlterius idem ſentio, ſi inter ipſum Protegem, & recuſantem lis ſit iuxta ea, quæ dixit Abbas, & Felin. in cap. cùm venissent, de iudic. cæterique relati à Capyc. decis. 124. numero 3. Capiblanc. de Baron. tom. 1. pragmat. 3. n. 168. Carleual. diſcuſſo articulo in tractatu de Iudic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 1. num. 787. & not infra dicemus.

Ex proceſſu cauſæ vertentis in S. R. C. inter Ill. D. Garſiam de Toledo ex vna, & Ill. Dominum Marcum Antonium Columnam ex altera.

### EL REY.

*Ill. Marques primo nueſtro Viſorrey, Lugarteniente, y Capitan general, Recibioſe la carta de 27. de Iunio, que con interuencion delos Regentes nos eſcribiſtes con la relacion del Conſejo de Capuana ſobre la cauſa, que en el dicho Conſejo pende entre Marco Antonio Colona, y Don Pedro de Toledo, como hijo, y heredero de D. Vittoria Colona ſu madre cerca dela pretenſion, que cada uno tiene a cobrar de lo que le pertenece, y viſto, y ponderado todo lo que en eſte negocio ſe deue conſiderar, y aſſimiſmo los exemplos de otros ſemejantes negocios, Nos hauemos reſuelto en que eſte pues toca al dicho D. Pedro, que es nueſtro yerno no ſe ſentencie ay donde vos ſoys la cabeça delos Tribunales deſſe Reyno, y a quien todos ellos eſtan ſubordinados, pues ſe preſupone, que quando Marco Antonio fueſſe condenado aunque fueſſe juſtamente, ſe perſuaderia, que lo fue por la parte, que vueſtro yerno tiene ay, loqual en ninguna manera conuiene a vueſtra autoridad, y opinion, conforme alo qual proueereys, que eſtando la cauſa en termino de ſentenciarſe por los Iuezes aquien toca ſe nos embie el proceſo con los votos, motiuos, y juſtificaciones delos dichos Iuezes, preueniendo, que no declaren los unos alos otros los dichos votos, porque viſto aca lo que en ello ay ſe ordene lo que mas conuenga cerca del negocio, que tal es nueſtra voluntad, y conuiene a nueſtro ſeruicio. De Aranjues a 10 de Mayo 1578. Yo el Rey. Con cenſeall de Franciſco Hernandes, Vidit Romondetus Regens Leon, y Herrera, y Tiliedonus. Gayas Secretarius.*

## EL REY.

5 ILL. Duque primo mi Viſorrey, Lugartenienſe, y Capitan General, el Comendador mayor de Caſtilla ſiendo Virrey deſſe Reyno, me embio con carta ſuya de 25. de Otubre de 82. el proceſſo, y voto de los nueue Iuezes, que internenieron en la cauſa, que ay ſe trato entre D. Pedro de Toledo, como hye de D. Vitoria Colona, y Marco Antonio Colona ſobre la herencia de los biene burgonſaticos de Aſcanio Colona padre de los dichos Marco Antonio, y D. Vitoria, conforme ala orden, que ſe le dio para ello, y porque ceſando agora la cauſa, que entonces meuio à mandar traer acà el dicho proceſſo, que fue por hallarſe a la saz n caſado el dicho D. Pedro de Toledo con hija del Marques de Mondexar Virrey deſſe Reyno aquien con razon ſe podia ſoſpechar, que todos los Tribunales deſſe Reyno le avian de inclinar ſiendo Virrey, hà parecido tornaros à remitir la cauſa, pues entonces tan poco fuè mi intencion, que ſe ſentenciaſſe aqui, y encargaros, y mandaros, que proueays, y deis orden, que alla ſe conozca, y trate deſta cauſa por los Iuezes aquien tocare, y ſe determine, conforme à juſticia, de manera, que ninguna de las partes reciba agrauio, que aſſi conuiene a la buena adminiſtracion della. De Madrid à 12. de Deciembre 1584. Yo el Rey.

Vidit Comes generalis Theſaurarius. Vidit Leon Regens. Vidit Senepia Reg. Vidit Saladinus Reg. Vidit Moles Reg. Cayas Secreta ius. Locus ſigilli A tergo. Allo Ill. Duque de O nna primo nueſtro Viſorrey, Lugartenienſe, y Capitan general en el nueſtro Reyno de Napoles.

### Sequitur Regium reſcriptum in Regno Siciliæ.

## EL REY

6 ILL. Duque primo mi Virrey, Lugartenienſe, y Capitan general, por vueſtra carta 21. de Setiembre ſe hà entendido lo que deçis, de que la Duqueſſa de Biuona os hauia alegado por ſuſpechoſo, y tambien alos demas Tribunales, y Iuezes deſſe Reyno, durante vueſtro gouierno en la cauſa, que trata con el Marques de S. Lorenço, por eſtar caſado con la deuda vueſtra, y lo demas que hauia paſſado, y os mouio a nombrar por Iuezes alos Inquiſidores, paraque ſin hazeros relacion proueyeſſen en ella, y la ſentenciaſen, y porque la conſideracion, que ſe propone para recuſar los Iuezes, por ſer la Marqueſa de S. Lorenzo vueſtra deuda, no ſe tiene por baſtante, ni ſe deue ſobreſeer enel conocimiento dela cauſa, porque vos eſteis ay, ni tampoco admitir recuſacion de todo un Tribunal, no hauiendo cauſas particulares para ello, y quando las hubieſſe los ſubrogados deuian acudir à palacio, à hazer alli todos los actos, que ſe huuieren de proueer en ella, y el dar ſemejantes comiſſiones alos inquiſidores ſe tiene por de inconueniente, pues no ſiendo naturales no pueden hazer oficio de Iuezes, hà parecido, que no ſe paſſe adelante en la delegacion hecha en ellos, ſino que de nueuo cometan la dicha cauſa ala gran Corte, paraque alli ſe determine conforme à juſticia, abſtiniendo os vos de interuenir, y hazer en ella ninguna prouiſta, que lo vno, y lo otro procede, aſſi de mi voluntad. De Madrid à 14. de Decimbre 1607. Yo el Rey. Vidit Lanz Reg. Vidit Quintana Duena Reg. Vidit Aragon Regens. Vidit de Curte Reg. Vidit Caymus Reg. Aguirre Secretarius. Allo Ill. Duque de Eſcalona primo mi Virrey, Lugartiniente, y Capitan general en el mi Reyno de Sicilia.

## ARGVMENTVM.

*Recuſatione pendente, an ſuſpendatur Iudicis recuſati iuriſdictio.*

## SVMMARIVM.

1 *Cauſa ſuſpicionis propoſita, & recuſatione pendente Iudicis iuriſdictio ſuſpenditur, & non poteſt ad aliquem actum procedere, & ſi procedit, proceſſus eſt nullus, & n. 2.*

3 *Procurator fiſci ſine Aduocato, & Aduocati conſilio nihil facere poteſt, & ſi aliquid faciat, non tenet.*

4 *Iudex ſi pendente ſuſpicione ſe ingerat; an ex hoc ſolo ſit ſuſpectus.*

5 *Iudex ſi fuerit tantùm ſuſpectus, ſed non recuſatus, non irritantur geſta per ipſum.*

## DECISIO LXXXV.

SI Iudex ex aliqua cauſa recuſatur, & fuerit 1 propoſita ſuſpicionis cauſa iuxta Reg. ſanctionem, ſuſpenditur eius iuriſdictio, & recuſatione pendente non poteſt ad aliquem actum procedere, & ſi procedit, proceſſus eſt nullus gloſ. *in l. apertiſſimi in verbo executore C. de iudic.* Oldrad. *conſ. 6.* Thema tale eſt, Bart. & DD. *in l. quia poterat ff. ad Trebell.* Ludouic. Rom *conſ. 120. col. 2.* Paul. de Caſtr. *conſ. 121. 2. volum.* Alex. *conſ. 89.* Marant. *in ſpecul. par. 6. & quandoque appellatur num. 24. verſ. recuſatio eſt actus ſuſpenſiuus, & in 4. par. 16. diſt. iudic. num. 4. verſ. ſecundò dicitur iudicium nullum*, & de magis comm. teſtatur Alciat. *conſ. 131. n. 37. lib. 5.* Oſaſc *deciſ. 84. n. 3.* Coſt. *de fact. ſcient. & ignorant. inſpect. 85. n. 26.*

Et ex his iudicatum fuit in Collaterali Conſilio de petitionibus, & inſtantiis fiſci Aduocati, & ſi præſentatæ reperiantur per fiſci procu- 3 ratorem poſt propoſitam recuſationem in perſonam Aduocati fiſci nullam eſſe habendam rationem, & haberi pro infectis, nec ex perſona fiſci procuratoris ſuſtineri poſſunt, qui ſine Aduocato nihil facere poteſt per *rit. M. C. in ordine* Carauit. 17. & ſi abſque conſilio Aduocati aliquid faceret, non teneret per ea, quæ dixit Bart. *in l. 1. §. ſi plures verſ. quarto quæro, dicit ſtatutum ff. de exercit. act.* cum reliquis adductis per Carauit. *in d. rit. in princ.* & an ſint acta ipſo iure nulla, vide remiſſiones per Rouit. adductas *in pragm. prima de ſuſpic. num. 41.* & augere ſuſpicionem dixit Coſt. *in d. inſpect. num. 37.* Maſtrill. *deciſ. 151. num. 64* & ex hoc ſolo, quod pen 4 dente ſuſpicione Iudex ſe ingerat, redditur ſuſpectus, licet cauſa allegata ſit falſa ex adductis per Rouit. *in prædicta pragm. prima de ſuſp. vſſi ial. num. 41.* & remotus fuit fiſci patronus Regiæ Cameræ in cauſa Io. Baptiſtæ Catanei cum Regio fiſco.

3 Secùs verò, ſi quamvis fuerit ſuſpectus, non fuerit recuſatus, nam tunc non irritantur geſta per ipſum ex adductis per Garſ. Maſtrill. *in d. deciſ. 151. num. 6. & ſeq.*

## ARGVMENTVM.

*An ob grauamen in alia cauſa illatum poſſit recuſari Iudex.*

### SVMMARIVM.

1 *Suſpectus an ſit Iudex in alia cauſa ob grauamen illatum, tàm de iure canonico, quàm ciuili.*
2 *Et quid ſi ſcienter grauauit.*
3 *Deciſio.*

## DECISIO LXXXVI

1 OB grauamen in alia cauſa illatum recuſatur Iudex de iure canonico *cap. ad hac lo primo, & cap. propoſuit, de appellat.* de iure ciuili ſecus per *l. primam ff. apud eum, à quo appellatur, al. can. ag. compell.*

2 Verùm etiam de iure ciuili ſi ſcienter grauameo intulit, redditur ſuſpectus Bart *in d. l. prima* cum ex eo iniutiam paſſus fuit, à qua poterit facilè prouocare *l. ſi quis prouocatione C. de appell.* quæ appellatio propter iniutiam poteſt impedire iuriſdictionem in alia cauſa. in hanc opinionem deſcendit Stephan. de Aufr. *in tract. de recuſ. in 45. cauſa recuſationis verſ. aduerte, quod* Bart. & per appellationem. & recurſum ad ſuperiorem animum ad inimicitiam prouocauit ad tex. *in l. prima ff. de his, qua vt indig.* Stephan. Aufrer. *in d. tract. in 35. cauſa verſ. nec inſpicitur* 3 *ſi inimicitia.* Ex his fuit remotus per Coll. Conſ. me adiuncto, vt ſuſpectus Præſ. S.C. ad inſtantiam Marchioois Fuſcaldi M. Iuſt. de menſe Auguſti 1629 quem in alia cauſa grauauit, de quo apud Proregem conqoeſtus fuit, & iterum ordine Excellentiſſimi Domini relata cauſa, ipſo præſente ſub die 19. Nouembris 1629. fuit ordinatum, eſſe debitæ exequutioni demandandum decretum.

## ARGVMENTVM.

*Legatum dotis, an, & quando ſit conditionale ita vt legataria teneatur omninò nubere pro conſequutione legati.*

### SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis præſtandum tempore matrimonij ab extraneo relictum, quod ſit conditionale.*
2 *Et quid ſi aliter appareat de voluntate teſtatoris.*
3 *Legatum dotis tempore matrimonij præſtandum an debeatur mulieri nolenti contrahere matrimonium, nec carnale, nec ſpirituale.*
4 *Et quid ſi aduerſa valetudine impedita neutrum valeat contrahere matrimonium, & deciſio num. 8.*
5 *Onus dotandi relictum hæredi grauato cenſetur relictum.*
6 *Legatum dotis tempore matrimonij præſtandum, ſubſtituta in caſu, in quo ſine liberis deceſſerit, non debetur quouſque viuit legataria.*
7 *Sed expectanda eſt mors naturalis.*

## DECISIO LXXXVII.

IN cauſa V.I.D. Cæſaris de Altomare cum Iſabella de Altomare nepte ex fratre præmortuo agente ad conſequutionem legati dotis, tempore matrimonij præſtandi, extraneo relicti fuit dubitatum de pluribus.

Primò an legatum dotis præſtandum tempore matrimonij factum ab extraneo ſit conditionale.

Secundò, nunquid legatum dotis ſub conditione matrimonij carnalis, vel ſpiritualis debeatur puellæ legatariæ volenti caſtè viuere in propria domo, vel aduerſa valetudine impeditæ.

Tertiò eſto, quod aduerſa valetudo impediens vtrumque matrimonium, tàm carnale, quàm ſpirituale, impediat quoque legati conſequutionem, an ſaltem locum faciat ſubſtitutioni ad commodum vocati ad idem legatum in caſu mortis legatariæ quandocunque ſine liberis.

1 Quoad primum maior pars tot Scribentium tenuerunt legatum dotis relictum ab extraneo præſtandum tempore matrimonij eſſe conditionale per tex. *in l. plerumque §. ante, l. ſtipulationem ff. de cond. & demonſtr. l. promittendo l. dotis promiſſio ff. de iur. dot.* per quæ, & concordantia iura, ita aperto ure aſſeuerant Alex. *conſ. 55. lib. 2.* Bal. Nouell. *de doto par. 6. priuileg. 76. num. 2.* Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 22. n. 7. & ſeq.* Magon. *deciſ. Florent. 14. n. 1.* Surd. *conſ. 131. n. 12.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 146. n. 14.* Graſſ. *recep. ſenten. §. legatum q. 48. n. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 37. n. 19.* Pater Molfeſ. *ad conſ. Neap. par. 4. q. 3. n. 6. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. qui omnes dicunt*, niſi aliud appareat de voloorare teſtatoris, cui ſtandum eſt. Corneus 2 *conſ. 40. n. 15. vol. 3.* Angel. *conſ. 392. n. 2. verſ. non eſt recedendum ab eius voluntate*, in dubio autem cum de mente teſtatoris non conſtat, dictum legatum eſt conditionale, in hanc ſententiam diſputando inclinauit Angel. *præcit. conſ. 392. n. 1 verſ. in dubio autem.*

3 Quoad ſecundum huiuſmodi legatum non debetur mulieri nolenti contrahere, neque carnale, neque ſpirituale matrimonium, licet in propria domo cœlibem vellet vitam agere, doctrina eſt Andreæ notabilis *in conſtitutione In aliquibus col 9 in fin. verſ dic, quod in legato cui* ſe ſubſcribunt Capyc. *deciſ. 204. num. 2.* ibique Maſtullus *in addit. num 1. circa medium verſ. tamen ipſa legataria*, Pater Sanchez *de matrimonio lib. 1. tit. de ſponſal diſp. 33. num. 30. verſ. ſi tamen illa perſona*. & ſi aduerſa valitudine non 4 ſit idonea ad vtrumque matrimonium tàm carnale, quàm ſpirituale, adhuc non conſequitur huiuſmodi legatum oiincopatim relictum pro dote, præſtandum tempore matrimonij, vel carnalis, vel ſpiritualis, & ratio (ni fallor) eſt manifeſta, quoniam teſtatoris voluntas cum ſit ſub ratione finali prædeterminata ad vtrumque matrimonium, certè huiuſmodi legatum dicitur conditionale, & propterea antequam alterum

matrimo

matrimonium contrahatur, cum deficiat ſubſtantia talis legati, ſibus præſtatio non debetur arg. tex. *in l. in teſtamento itm 31. ff. de condit. & demonſtr. & in l. 4. C. de condit. inſert.* & ſic in puncto præclarè reſoluunt Bald. *nouell. de dote à par. 6. certato priuilegio 76. num. 6. verſ. unde mihi videtur quod verior ſit opinio* Bar. Crauet. *conſ. 15. num. 3.* Card. Mant. *de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 18. n. 19. & 20.* Menoch. *de præſumpt. 346. num. 10.* Gra-
5 tianus *diſcept. foren. lib. 3. cap. 542. n. 52. &* 5 maximè quia, vt animaduertit Bal. *nouell. loco præalleg. num. 2. verſ præterea legando teſtator pro dote, hoc onus non videtur adiectum mulieri, ſed heredi grauato, ideoque magis importat conditionem, quam modum;* Hæc ille.

6 Quoad tertium viuente Iſabella liberatius nullus eſt locus ſubſtitutioni ad beneficium ſubſtituti, ea decedente ſine liberis, cùm, quouſque viuit dicta Iſabella, valeat & matrimonium contrahere & filios procreare ad tex. *in l. pater Seuerinam 100 §. ſocius ff. de condit. & demonſtrat.* ibi, *nec ante diem fideicommiſſi cedere, quam mori cœperit,* cui concinunt *lex Statius Florus 48 §. Cornelio Felici ff. de iure fiſci,* ibi, *ſed ſi nondum dies fideicommiſſi veniſſet, quia poſſet prius & ipſe mori, & lex cum pater 79. §. hæreditatem ff. de legat. 2.*

7 Et quod mors naturalis expectanda ſit, egregiè tradunt Cardin. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 6. num. 16. verſ. illud etiam,* Graſſus *recept. ſententiarum §. fideicommiſſum cap. 23. num. 7. & 8.* Peregr. *de fideicommiſ. art. 28. num 83.* Vaſquius *de ſucceſſ. creation. lib. 3. § 11. limitat. 10. num. 171. prope finem.*

Die 15. Aprilis 1624.

8 *Iudicatum fuit per Sac. Conſ. non eſſe pro nunc locum petito legato, & quod procedatur ad deciſionem articuli ſubſtitutionis. Actuario Figliola.*

⚜⚜⚜⚜⚜⚜ ⚜⚜⚜⚜⚜⚜⚜⚜⚜⚜

## ARGVMENTVM.

*Exceptiones tranſactionis, & præſcriptionis an, & quando litis ingreſſum, & ad vlteriora proceſſum impediant, vel ad merita reſeruari debeant. Et ad merita reſeruata quando explicari debeant.*

## SVMMARIVM.

1 *Exceptiones tranſactionis, & præſcriptionis, an & quando litis ingreſſum, & ad vlteriora proceſſum impediant, vel ad merita reſeruari debeant, & n. 4. 6. 10. & 13.*

2 *Decretum Iudicis facit præſumi omnia ſollemniter acta.*

3 *Heres ratum deſuncti factum habere debet.*

5 *Actio omnis per curſum annorum quadraginta tollitur.*

7 *Ius dicendi de nullitate, & de læſione contractus triginta annorum ſpatio præſcribitur, & num. 9.*

*Iudicis officium per idem temporis ſpatium excluditur.*

8 *Sed hi anni triginta, an ſint vtiles, vel continui, ita vt ignorantibus etiam currant, & num. 12.*

11 *Tranſactio ex capite enormiſſimæ læſionis reſcinditur.*

14 *Praxis hodierna procedendi circa exceptiones tranſactionis, præſcriptionis, & ſolutionis in vim dilatoriarum oppoſitas.*

15 *Reſeruatio exceptionum ad merita cauſæ facta quando explicari debeat.*

16 *Exceptiones peremptoriæ quando reddant proceſſum retro nullum.*

## DECISIO LXXXVIII.

Mota lite per Ducem Magdaloni contra Vniuerſitatem Cerreti ſuper recuperatione molendinorum, & balchetiarum fuerunt oppoſitæ per Vniuerſitatem exceptiones tranſactionis initæ de anno 1541. & præſcriptionis ob curſum octuaginta annorum ambæ impedientes litis ingreſſum.

Quod ex vi tranſactionis non ſit proceden- 1
dum ad vlteriora allegabatur tex. *in cap. 1. de litis conteſt. in 6. in l. fratres tui C. de tranſact.* & facit ratio adducta *in cap. finem litibus, de dol. & contumac.* quem adducit Odofr. *in d. l. fratris tui,* Bart. *in l. nam & poſtea num 1 ff. de iureiurand. in l. eleganter § ſi quis poſt in principio, & num. 1. de condict. indebit.* Bart. *in l. vir bonus ff iudicat. ſolu.* Grammat. *deciſ. 66. n. 43.* & eò magis quando 2
in tranſactione adeſt decretum Iudicis, nam omnia præſumuntur ſollemniter acta, vt probat Menoch. *conſ. 439. num. 34.* & proinde Dux actor de- 3
bet habere ratam tranſactionem prædictam, vti hæres dicti tranſigentis ex adductis per Menoch. *conſ. 508 599. num. 13. & 156.*

Inſuper exceptio præſcriptionis impedit quo- 4
que litis ingreſſum, cùm ſit introducta, vt ſit litium finis per tex. *in l. fin. ff pro ſoc.* & ibi Bar. nam per 5
decurſum annorum quadraginta omnis actio ſublata eſt, *l. ſicut C. de preſcrip. trig. vel quadrag. annorum,* & etiam in re feodali, vel quota parte feudi per *Conſt. Regni conſuetudinem prauam,* quæ loris concomitantiam habere videtur, vt fundat Io. Andr. Georgius *in repet. feudal. cap. 26.*

Et vtraque oppoſita fuit ad Impediendum litis 6
ingreſſum iuxta praxim traditam à Bart. *in d. l. finali ff. pro ſocio.*

Et tàm ex capite nullitatis, quàm ex capite læ- 7
ſionis aduerſus tranſactionem non eſſe audiendum fundabant elapſis triginta annis, intra quem terminum licet dicere de nullitate contractus, & non vltra, gloſ. *in d. l. ſicut in verb. perſecutione,* vbi aduertit etiam officium Iudicis præſcribi triginta annorum ſpatio, Angel. ibidem *num. 10.* Soc. *conſ. 106. libenti animo in fine lib. 3.* tenet ius dicendi de nullitate contractus præſcribi ſpatio triginta annorum, & cæteri relati per Vrſill. *ad deciſ.* Afflict. *329. in principio.*

Qui anni triginta ſunt continui, & non vtiles, 8
& currunt etiam ignorantibus, nedum ignorantia iuris, ſed facti Bart. *in l. prima § ſi quis propter ff. de itinere actuque priuati* per tex. *in d. l. ſicut,* Theſaur. latè *deciſ. 113.* vbi ita iudicatum in illo Senatu teſtatur, Grantian. *diſcept. foren. cap. 475. filiofamilias num. 36. tom. 4.*

Itemquè læſionem poſt triginta annos allega- 9
ri non poſſe ſcripſerunt Cagnol. *in l. 2. de reſcindend. vendit. num. 41.* Acius Puell. *ib. par. 2. c. 1. n. 264.*

Sed his non obſtantibus fuerunt exceptiones 10
prædictæ reſeruatæ ad merita, & confirmatum

decretum in cauſa reclamationis inoſtis Aulia ſub die 1. Iulij 1622. De Martino fuit Act.

11 Petiit namque Dua nullam declarari tranſactionem propter enormiſſimam læſionem, propter quam reſcinditur etiam tranſactio ex adductis per Ann. *ſingular. 53. tranſactio*, & per Add. ibidem, quamuis fuiſſent elapſi 12 anni triginta, adhuc datur reſtitutio hæredi in integrum propter ignorantiam ex deciſis in S. C. iuxta communem opinionem, de qua per Afflict. *deciſ. 47. num. 1.* nec ſi DD. opiniones variæ, & inueſtigabiles ſint in hoc articulo ex adductis per Theſaur. *deciſ.* 234. & in illo Senatu recepta negantium opinio, attamen in Regno eſt recipienda deciſio Sac. Conſilij, quæ facit ius.

13 Ex quibus patet, has exceptiones altiorem requirere indaginem ex traditis per Bart. *in tract. ad reprimendum in verb, ſummariè, in principio num. 4. verſ. illo autem non dicuntur habere altiorem indaginem*, & per Iaſon. *in §. præterea Inſt. de act. num. 58.* & per Marant. *in ſpecul. d. part. 6. membro 9. num. 16. verſ. dicuntur autem requirere altiorem indaginem*, & proinde eſſe reſeruandas ad merita, iuxta theoricam Bart. *communiter receptam in l. nam & poſtea ff. de iureiur.* dixit Marant. *in ſpecul. in d. par. 6. 9. membro n. 14. ver. verùm iſta exceptiones.*

14 Non enim obſeruatur hodie diſpoſitio *Reg. pragm. comparenti reo, de ordine iudiciorum*, cuius virtute eſſet dandus terminus quinque dierum ad probandas exceptiones prædictas in vim dilatoriarum oppoſitas iuxta praxim traditam ab Affl. *in conſtitut. exceptione filiationis in principio*, & per Marant. *in d. 9. membro. num. 16. verſ. hodie tamen in Regno*, quæ eſt conformis iuri communi, cum ſe offeret paratum in continenti probare ex dictis per Hippolit. *in ſuo ſingul. 365.* & per eundem Marantam *in d. num. 16 verſ. vnde ſi opponens*, eſt etiam diſpoſitum in *Conſtitutione Regni exceptione*, vbi late Affl. & vnicus enim datur terminus ſecundum hodiernam praxim, exceptione requirente altiorem indaginem ad merita reſeruata.

15 Quæ reſeruatio ſecundum veros terminos iuris eſſet explicanda ſtatim facta publicatione ex dictis per Afflict. *in d. Conſt. Exceptione filiationis num. 9. verſ. tertiò nota ex tex.* & alias fuit iudicatum, quod procedatur ad diſcuſſionem exceptionum, & in cauſa principali vſque ad cauſæ expeditionem excluſiuè, Anna *ſingul. 446.* & ſi 16 appareat exceptiones eſſe veras & iuridicas, & verè obſtabunt, proceſſus redditur vſque retro nullus, & quicquid eſt poſtea factum habetur pro non facto, gloſ. eſt ſingularis *in cap. cum contingat, de off. deleg.* Iaſ. *in § præterea num 38. verſ & circa id, quod proximè dixi inſt. de action.* Hippolit. *ſingular. 365 exceptio requirens*, Affl. *in d. Conſt. Exceptione filiationis num. 8. verſ. quæ ſi deceret, reſerno ad merita proceſſus.*

---

## ARGVMENTVM.

*Iudicium factum cum inſtituto nocet ſubſtituto etiam non citato, qui ſi comparet, poteſt aſſiſtere.*

### SVMMARIVM.

1 *Deciſio S. C. qua fuit prouiſum, ſufficere citare vxorem hæredem relictam eius vita durante.*

2 *Vxor relicta heres vita durante cenſetur rogata reſtituere ſecundo inſtituto per fideicommiſſum.*

3 *Sed quid ſi ſubſtitutus, vel proprietarius compareat remiſſiuè.*

## DECISIO LXXXIX.

VXor fuit hæres inſtituta ſua vita durante, & poſt eius mortem, monaſterium ſubſtitutum, intentato iudicio aſſiſtentiæ contra dictam hæredem inſtitutam, cenſuit M. C. eſſe procedendum, audito monaſterio, per Sac. Conſ. ſub die 25. Auguſti 1621. fuit reuocatum decretum, 1
& iudicatum, eſſe procedendum ad vlteriora cum hærede inſtituta, nam in eius vita vxor dicitur hæres vniuerſalis in proprietate, & vſufructu, 2
poſt autem eius mortem videtur rogata reſtituere ſecundo inſtituto per fideicommiſſum iuxta Baldi opin. de qua per Peregrin. *in tract. de fideicom. art. 5. num. 21. verſ quinta eſt quæſtio*, qui aſſerit opinionem hanc eſſe communiorem, & ſic ſat eſſe citari inſtitutum, contra quem iudicium principaliter ordinatur, & ad quem defenſio principaliter attinet, neque illorum citationem exigi, qui ex eo iudicio in conſequentiam lædi poſſunt, ad not. per gloſ. communiter receptam *in l. de vnoquoque in verb quoties cauſa ff. de re iudicata*, & ibi Angel. Imol. & cæteri collecti per Marium Giurbam *deciſ. prima num. 14.*

Et quid ſi ſubſtitutus, vel proprietarius compareat in iudicio, habes infra *ſequenti deciſione.* 3

---

## ARGVMENTVM.

*Sententia lata contra præſentem, quando alteri non comparenti in iudicio noceat. Tertius comparens quando ſit audiendus, & quomodo.*

### SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra citatum nocet ei, cuius intereſt in conſequentiam.*

2 .... *lata contra hæredes nocet fideicommiſſario.*

3 ..... *lata contra legitimum poſſeſſorem, cæteris etiam ſubſtitutis in feudo, maioratu, & alijs non citatis nocet.*

4 ..... *lata contra vnum agnatum in feudo antiquo, an præiudicet ſequentibus agnatis.*

5 .... *lata contra vſufructuarium nocet proprietario.*

.... *lata*

... lata contra debitorem nocet aliis creditoribus, etiam non citatis. ibid.

6 Quod intellige de ſententia lata contra præſentem, & ſe defendentem, ſecus ſi eſſet lata in contumaciam.

7 Vel ſi adeſſent colluſionis præſumptiones, poſſet tertius comparendo dicere de nullitate.
Sententia lata contra abſentem præſumitur lata potius ratione contumaciæ, quàm quod malam habeat cauſam. ibid.

Et in exequutione ſententiæ forindicationis non eſt reus ad intereſſe condemnandus, & cum ratione. ibidem.

8 Tranſactio, compoſitio, & compromiſſum, ſeu laudum non nocet tertio.

9 Niſi eſſet compromiſſum neceſſarium.

10 Tertius comparens in iudicio, quando ſententia in conſequentiam ipſi noceret citandus.

11 De tertio comparente remiſſiuè.

12 Tertius comparens eſt audiendus, ſi apparenter doceat de intereſſe ſuo licet non exiſtenter & ſat eſt, quod aliquo tempore poſſit ſibi ſententia nocere, & n. 13.

13 Tertio comparenti ſat eſt docere de intereſſe ſummariò, videlicet per iuramentum, ſeu vnum teſtem.

14 In præparatoriis iudiciorum ſat eſt ſummaria probatio.

16 Tertio comparenti, & opponenti ſe duobus litigantibus, prætendenti ſibi, non alteri competere actionem, quomodo ſit conſultum remiſſiuè.

17 Tertius intendens liti aſſiſtere, ne vel colludatur, ne vè alterius inertia ius ſuum corrumpatur, omnia facere poteſt, nè colludatur, & quæ ſint iſta, cum ſua materia rectè enucleata, habentur hic, & num ſeqq.

20 ... intendens liti aſſiſtere, comparens tempore, quo cauſa reperitur in limine expeditionis, poterit Iudicem recuſare.

21 Limita ſi fuiſſet dictum in decreto, quod non audiatur, verùm liceat aſſiſtere, nam tunc nec Iudicem recuſare poterit.

22 Tertius comparens in limine expeditionis, non poterit declinatoriam fori opponere.

23 Et ſi ſit clericus.

24 Clericus ſe opponens exequutioni ſententiæ debet ſequi forum Iudicis laici, per quem exequutioni mandanda eſt ſententia.

25 Tertius comparens poſt publicationem non poterit producere teſtes, cum principalis non poſſet, etiam ſi tertius ignorans fuiſſet.

26 ... priuilegiatus comparens in cauſa tempore habili, id eſt non elapſo poſt concluſionem ad petendum beneficia, ſi principali non ſint conceſſa ex ſua perſona eſſent concedenda.

27 Item ſi ex conſenſu partium non eſt datus terminus inter principales, nec tertio eſt dandus.

28 Tertius comparens ad infringendum iura competitorum, poteſt ſuas rationes deducere, non retardato proceſſu litis incepta.

29 Et quid ſi eodem iure venit tertius, quo alius, qui priùs erat in iudicio.

30 Tertius comparens poſt ſententiam ad impediendam exequutionem quomodo audiatur remiſſiuè.

31 ... comparens poſt ſententiam infra tempus appellandi à tempore ſcientiæ computandum poterit appellare.

32 Et quid in venditore iudicata cauſa contra emptorem, remiſſiuè.

33 Et quid ſi in tertia inſtantia veniat, & ſciuerit primam, & ſecundam inſtantiam, an ſibi præiudicium inferatur, vt non poſſit tertiò prouocare, remiſſiuè, & quid ſi ignorauerit cauſam agi.

34 Et quid in fideiuſſore.

35 Tertio appellante à decreto meri poſſeſſorij ſummarij, quamuis regulariter per appellationem non ſuſpendatur exequutio, tamen quoad ipſum tertium ſuſpenditur.

36 ... comparens poteſt dicere de nullitate, verùm non impeditur exequutio ſententiæ Sac. C. contra ipſum condemnatum, & ita iudicatum.

37 ... aſſerens poſſidere, impediendo exequutionem ſententiæ, auditur ſummariè, & interim ſuperſedetur in exequutione.

38 Iudex animaduertere debet, an tertius comparent calumniæ cauſa, quo caſu denegabitur audientia, & ita deciſum.

## DECISIO LXXXX.

SEntentia lata contra citatum nocet ei, cuius 1
intereſt in conſequentiam iuxta declarationem Alex. *conſ. 156. volum. 2,* & Reg. de Pont. *conſ. 75. 1. vol.*

Vnde lata ſententia contra hæredes nocet fi- 2
deicommiſſariis, qui ius prætendunt veniente caſu in bonis teſtatoris defuncti Gaſpar Theſaur. *quæſt. for. lib. 4. q. 23.*

Et lata ſententia contra legitimum poſſeſſo- 3
rem, cæteris etiam ſubſtitutis in feudo, maioratu, & aliis non citatis rectè nocet ad tex. *in l. ex ſententia ff. de re iudic.* hanc opinionem tenuit Angel. *in l. filiusfam §. Diui, in fine ff. de legatis 1.* ſequuti ſunt eam communiter Scrib. prout teſtantur Couar. *cap. 13. pract. quæſt. num. 6.* Reg de Pont. *d. conſ. 75. num. 10.* Bart. *in d. l. filiusfam.* Oldrad. *conſ. 94. num. 18. 22. 23.* Felin. *in cap. quamuis numer. 16. de ſent. & re iudic.* ſubdens, non procc- 4
dere, quod dixit Andr. de Iſer. *in cap. ſi vaſallus, ſi de feudo fuer. controuerſ. inter Dom. & agnat.* quod ſententia lata contra vnum agnatum in feudo antiquo non præiudicet ſequentibus agnatis, quod comprobat, & ſequaces adducit Couar. *præcitato loco*, alios pro hac ſententia allegat Mar. Giurba *deciſ 1. num. 15.*

Et quando ſententia lata contra vſufructua- 5
rium noceat proprietario Caſtill. *de vſufructu cap. 34. n. 6. verſ. & ideò ſententia lata,* & ſententia lata contra debitorem non citatis aliis creditoribus nocet creditoribus, quia principaliter tangit debitorem, & in conſequentiam alios ſuos creditores, *gloſ. 1. in l. de vnoquoque ff. de re iudic.* vbi Ang. & Imol. quos ſequitur Alex. *conſ. 86. viſis num. 3. & conſ. 156. ſtantibus vol. 2. num. 1.*

Quod intellige in ſententia lata contra præſen- 6
tem, & ſe defendentem, ſed vbi lata eſt contra non præſentem, ſeu ſe non defendentem, talis ſententia contra vnum lata non nocet tertio etiam in conſequentiam, quamuis aliter ſi fuiſſet lata contra præſentem, & ſe defendentem debuiſſet nocere, Alex *conſ. 84. vol. 3. n. 4 verſ. tamen in propoſito noſtra,* Rom. *conſ. 154. num. ...* Mattheſil. *ſingul. 26.*

Hippol.*ſing*.4. Couarr.*pract.quæſt.d.cap.*13 *num.*5. *verſ.hac ſane ratio,& cap.*15. *num.*2. *verſ. deinde*
7 *in hac ſpecie.* Itemque ſi lata eſſet ſententia, & adeſſent præſumptiones colluſionis poteſt comparendo dicere de nullitate Io. Andr. Georg. *alleg.* 36.& Ann.iun.*conſ.*104. & contra abſentem, vel ſe non defendentem ea ratione non nocet, quia ſententia lata contra abſentem præſumitur potiùs lata ratione contumaciæ, quàm quod malam cauſam habeat *l. Papinianus § minimè ſe*, vbi Bart. & Doctores *ff. de inoff. teſtam. l & ideo ff. de euictiõ.* Alc.*præſumpt.*22.*reg.*3.& ita fuit iudicatum, nam cum comparuiſſet tertius, cui aliàs ſi præſente condemnato lata ſententia fuiſſet, obeſſet, quia lata in contumaciam, fuit ex integro auditus, & datus fuit terminus in M. Cur. Ex his quoque per M. C. delegatam fuit iudicatum in exequutione ſententiæ forisdicationis, delinquentem quamuis conuictum, non poſſe condemnari ad intereſſe, quia ratione contumaciæ fuit forisdicatus ex dictis per Iſern. *in Conſt. Pœnam eorum*, Præſ. de Franch.*dec.*213.*n.*20. tranſactio verò, compoſitio, vel compromiſſum alteri non præiudicat Felin. *in cap quamuis poſt num.*13.*verſ. ſequen, de ſententia,*
9 *& re iudic.* niſi eſſet compromiſſum neceſſarium factum ex regula ſtatuti, quia ſententia inde ſequens multum eſt conformis ſententiæ Iudicum iuxta Bart. *in l.fin.C.de iud.* Felin.*loc.cit.verſ.cogitandum miſſum.*

10 Verùm quando ſententia in conſequentiam nocet tertio, ſi tertius comparet in iudicio ante ſententiæ prolationem, & conſtituit ſe aduerſarium, comparendo, & contradicendo, eſt citandus, & non valet, quod ſit, eo non citato, notat Bald. *in l duobus § igitur ſi quis ff. de iureiur. verſ. niſi poſtquam ſe conſtituit*, Alex.*d.conſ.*156. *vol.*2. *ſup.num.*4.*verſ.hoc autem in effectu*, nam licet non ſit principalis conuentus, pro ſecundario intereſſe, de quo dubitatur, poteſt petere, vt poſſit liti aſſiſtere, & erit audiendus, Doct. adducti per Cabibl. *in prag.*8 *de Baronib.num.*226.*verſ. num & ſi pro ſuo intereſſe.*

11 De cuius tertij interuentu plura tradita ſunt per Canoniſt. *in cap. cum ſuper, de re ind.* & per Doct. *in l.ſi perluſoriè ff. de appell.& in l.ſi ſuſpecta ff. de inoff. teſtam.* in l. *ſi a ſententia ff. de appell.* Rebuff ad Conſt. Galliæ *tit.de arreſt.gloſ. prima*, Gayl. *lib.* 1. *obſeruat.*70. *cum duabus ſequent.* Couar. *pract. quæſt. à cap.*13 *per totum cap.*16. Ioſeph. Ludouic. *deciſ Peruſ.*26. Benintend.*dec.*75. Menoch.*conſ.*588.*num.*4.*cum ſeq.vol.* 6. Cancer. *latè var reſol. cap.*16 *de tert. oppoſit.* Aym.*conſ.*97.*& ſeq.* Mar. Giurb. *dec.prima*, qui cæteros colligit.

12 Et ſufficit, quod apparenter doceat de intereſſe ſuo, licet non doceat exiſtenter, Felin. *in cap. cum ſuper in prin.in* 2.*not.de offic.deleg.* Gizzar. *deciſ.* 41.*n.*6.& fauore pupilli admittitur tertius, etiam quod ſit mulier, & nullum habeat intereſſe, quod pro notab. dicunt Doct. adducti per Gizzar. *d.deciſ. num.*15.*verſ.& fauore pupilli.*

13 Satis autem erit docere de intereſſe competentis ſummariè, videlicet per iuramentum, vel vnum teſtem, aut aliter ſaltem apparenter, quamuis probatio omnino non concludat, quia
14 talis probatio præambula, & præparatoria non autem deciſoria dicitur, ideò ſatis erit, ſummaria, vt *d. l. à Diuo Pio §.ſi ſuper rebus, de re iudic. & l.*3.*§.cauſa ff.de carb. edic.* ponit Bat. in *l.primum §.quod ſi ſit aliqua ff.de prætor. ſtipul.* & alij adducti per Vant. *in tract. de nullit.in tit. quis poſſit dicere de nullitate num.*24. & ſufficit, quale 15 quale præiudicium, vel ſuſpicionem ipſius inferri poſſe, vtpotè quod aliquo tempore ſententia nocere poſſit, ad gloſ. *in cap. non ſolent* 2. *q.*6.& ex aliis adductis per Montet. *deciſ.* 42. *num.*97. *ver. quinimò ſufficeret.*

Et deueniendo ad caſus, qui paſſim in foro verſantur.

Primus caſus eſt, quia interdum tertius, cum 16 duo litigant, ſe opponit, allegando, actionem non competere agenti, ſed ſibi, ac ob id agentem eſſe repellendum a iudicio, & reum ſibi eſſe condemnandum, de quo per Barboſ. *in l. Titia ff ſolut. matr. n.*7.*ver item & 2.* ex tex. & per Couarru. *pract. quæſt.cap.*14.*n.*3.*ver.hactenus de tertia.*

Secundus caſus, cùm tertius intendit liti aſſi- 17 ſtere, ne vel colludatur, *l. ſi ſuſpecta ff. de inoff. teſt. auth. nunc ſi hæres C. de litig.* ne vel alterius inertia ius ſuum corrumpatur, *l. ſi pariter ff. de liberal. cauſa*, aut coadiuuando, atque defendendo alterum ex collitigantibus, ſiue actorem, ſiue reum cui enim conceditur liti aſſiſtere, ſiue ne colludatur, ſiue vt alterum coadiuuet, omnia facere poteſt, quæ ſunt. ne colludatur, gloſ *in d. l. ſuſpecta in verbo adeſſe, in fin*; omniaquè allegare, ac probare, quæ principalis nec allegauit, nec probauit, quæque ad victoriam prodeſſe poſſunt, & tenetur eam proſequi in eo ſtatu, in quo erat 18 tempore, quo comparuit *cap. fin. vt lit.pend. in* 6. Felin. *in cap.cum ſuper n.*15. *de re iud.* & licet hîc tertius poſſit allegare, & probare omnia, quæ principalis, vel non allegauit, aut non probauit; tamen hoc intelligitur infra terminum principali præfixum, & non aliter, cauſa etiam huius tertij, & principalis, vna, eademquè ſententia terminari debet, Gayll. *in dicta obſeruat.*71. *in fin.* quia tertius non eſt perſona per ſe, ſed veluti adminiculum quoddam, vt per Bal. *in auth. hodie C. de appell.* Benintend. *in d. dec.*75. *num.*4. auditur in terminis, in quibus cauſa reperitur, etiamſi 19 fuerint citati conuenti, & reliqui intereſſe prætendentes per edictum, & contumaciæ, accuſatæ: nam hæc ficta contumacia contra incertos citatos per edictum non obſtat, quin ſint audiendi, prout deciſum fuit per R. g. Cam. Summ. ſub menſe Auguſti 1623. in cauſa inter Ill. Marchionem Montisforti, & Principem Auellini ſub intrante Ciuitate Auellini habente quale qualę intereſſe, & fuit dictum, quod audiatur in terminis, in quibus cauſa reperitur, & idem obſeruatum fuit in cauſa Ioannis Vincentij Branciæ cum Principe Caſalis maioris, ſubintrantibus Thoma Caracciolo, & Portia Brancia prætendentibus in caſu Victoriæ Io. Vincentij eſſe ipſis promiſſos ducatos decem mille.

Prolato decreto, quod liceat aſſiſtere tempore, 20 quo cauſa reperitur in ſtatu, in quo non eſſent recipiendæ probationes, & nil remaneret agendum, niſi proferre ſententiam, poterit Iudicem recuſare, *l.ſi pariter ff. de lib. cauſa*, Antonius de Butrio *in d. cap. cum ſuper, de offic. deleg.* ibidem Panor. *num.* 2. Dec.& Felin. ibidem *num.* 1. Gayllus *in d. obſeruat* 71. *lib.* 1. *num.*7.*verſ. & ſi autem interueniens*, affert rationem, & authoritates Io. Vinc. de Anna *alleg.* 76. *num.* 2.

Secùs verò ſi fuiſſet dictum, quod non audiatur, verùm liceat aſſiſtere, hoc enim caſu neque 21 Iudicem recuſare poterit, cuius audientiæ denegatio operatur, vt nec ad recuſandum Iudicem, vt

ſuſpectum

ſuſpectum admittetur, quia Iudicem allegando
ſuſpectum, audiretur, ideóque contra decretum
faceret, quod inſinuat Panor. *in cap. cum ſuper
num.2. de offic. deleg.* in hæc verba, *Et ex hoc
gl. notat, & tenementi, quia ſcit alibi, quod ter-
tius comparens pro ſuo intereſſe, poteſt recuſare Iu-
dicem, ſi habet cauſam legitimam recuſandi, nam
ex quo admittitur pro ſuo intereſſe, ergo debent au-
diri omnes defenſiones ſuæ.* His manifeſtè ſignifi-
catur, tertium in recuſatione Iudicis, tanquam
in ſua defenſione eſſe audiendum, qui ergo non
eſt audiendus, Iudicis recuſationem proponere
non poterit, quia tunc audiretur, & ita deciſum
fuit in anno 1608. per S.C. adiuncta Regia Ca-
mera in Collaterali Conſilio in cauſa ſucceſſio-
nis Status Biſiniani inter Ill. Comitem Sapona-
riæ, & D. Iuliam Vrſinam.
22 Si fuerit dictum, liceat aſſiſtere, quamuis
non fuerit dictum, quod non audiatur, ſed tan-
tùm liceat aſſiſtere, declinatoriam fori nō poterit
oppouere *d.l. ſi pariter, & l. venditor ff. de iu-
dic.* Bald. *in l. ſi eo tempore, in fin. C. de rem. pig.* &
ita deciſum refert Anna *alleg.76. num.3. verſ. ta-
men non poteſt.* & per Sac. C. nouiſſimè ad relatio-
nem Mag. Cur. deciſum.
23 Quod obſeruatur etiam ſi tertius comparens
ſit clericus, nam quando clericus comparuit co-
ràm Iudice laico, non vt ſuſcipiat nouum iudiciū,
ſed vt proſequatur iudicium cœptum contra lai-
cum, non dicitur propriè reus, & ideò non poteſt
declinare forum, & hoc procedit etiam ſi fuerit ci-
tatio expedita per proclama, ſi ſua putauerit inter-
eſſe, Aret. *in l. ut prætor la prima num.3. verſ. quod
quando clericus ff. de iniur.*
24 Vnde ſi clericus ſe opponat executioni ſen-
tentiæ debet ſequi forum Iudicis laici, per quem
exequenda erit ſententia Paciam. *in tract. de probat.
lib.1. cap.18. ver. vbi per hoc determinat,* Ann. *di-
cta alleg.76.* Vincent. de Franch. *deciſ.545. in fin.*
quia voluntariè ſe opponit.
25 Non poterit tertius comparens poſt publica-
tionem teſtes producere, quo tempore principalis
non poſſet, etiam ſi idem tertius ignorans fuiſſet,
Innoc. *in cap. cum ſuper, de re iudic.* vbi Ant. de
Butr. *n.18.* Couar. *prac. quaſt. d. c. 13. n. 2.* licet Bart.
Aff. & alij contrarium tenuerint, quos idem re-
fert, & reprobat, & ſatis doctè demonſtrat igno-
rantiam huius tertij nihil iuuare poſſe Fab. de
26 Ann. *conſ.97. à num.4.* infert, quòd ſi hic tertius
compareret in cauſa eo tempore, quo beneficia ſint
principali conceſſa, veluti ſi eſſet minor, aut alius
priuilegiatus, ipſi beneficia non concederen-
tur, etiam ſi ignoraſſet cauſam agi, ſed ſi in cauſa
non eſſent data beneficia, & compareret tertius
tempore habili ad ipſa petenda, poterit ex ſua
perſona tanquam minor, vel priuilegiatus illa
petere, ſecus verò ſi tempore inhabili, quia au-
ditur in terminis, in quibus cauſa reperitur,
quod diffusè probauit *in conſ. ſeq.* vbi refert iudi-
catum in S. C. & confirmatum in cauſa reclama-
tionis, hanc quoque opinionem vti veriorem ſe-
quutus fuit Giurb. *deciſ. prima* referens Scribentes
pro vtraque parte à *num.9.* & eam defendit *num.
25. verſ. & ideò ſi in cauſa data non eſſent,* & in-
ferius *n.45. verſ. non obſtat tertio de ignorantia, &
ſcientia,* & ita obſeruatum vidi in S. Conſ. quic-
quid Nicol. Gizzar. dicat *in dec.41. num.14. verſ.
hinc orta fuit nona difficultas.*
Verum ſi compareret elapſo menſe poſt conclu-
ſum in cauſa, quo tempore denegantur benefi-
cia virtute Regiæ pragmaticæ principali priui-
legiato, denegantur quoque huic tertio ex dictis
per Giurb. *d. dec. prima num. 25. verſ. ſi verò
tempore inhabili.*
Itemque ſi ex conſenſu actoris, & conuenti 27
proceſſus, non dato termino, eſſet compilatus,
nec tertio comparenti eſſet dandus terminus ea
eodèm Couarr. *d. cap.13. n.2. verſ. contrariam verò
ſententiam,* quia attatur eo modo, quo principa-
les proceſſerunt, & ita deciſum fuit per Sac. C. iun-
ctis Aulis in cauſa Ill. Principis Conchæ cum D.
Ioanne de Aualos comparente Victoria Ferella,
& petente dari terminum docto de ſuo intereſſe
ſub die 25. Februarij 1623.
Tertius caſus eſt, ſi tertius accedit ad infringen- 28
dum iura competitorum, tunc à principio poteſt
ſuas rationes deducere, non retardato proceſſu li-
tis inceptæ Vinc. de Franch. *dec.361.* Ioſeph Lu-
douic. *deciſ.26. Peruſ. num.25. verſ. quinimo igi-
tur caput,* Fab. de Anna *d. conſ.97. num.10. vbi
num.13.* quid quando eodem iure venit tertius,
quo alius, qui erat in iudicio prius, Ann. patet 29
*alleg.76. n.5.* & idem de Franch. *d. deciſ.361.
num.5. & n.13.*
Quartus caſus eſt, cùm tertius comparet poſt 30
ſententiam ad impediendam ipſius executionem,
de quo habes per Mynſing. *obſer.73. cent. tertia,*
& per Gaill. *d. obſeruat.70. à num.29.* etſi infra 31
tempus dierum decem ad appellandum à tem-
pore ſcientiæ computandum poterit appellare ſe-
cundum magis communem opinionem, de qua
per Couarr. *in d. cap.15. pract. quaſt. num.2.
ver. poterit tamen tertius,* tenuerunt etiam Natt.
*conſ.417.* Ioſeph. Ludouic. *d. deciſ. Peruſ.36.
num.4. in fin.* Reg. de Pont. *in d. conſ.75. vol.2.
num.13.*
Sed quid in venditore ſtante re iudicata contra 32
emptorem, vide Grat. *deciſ.* Match.149. & quid
ſi in tertia inſtantia veniens ſuccumbat, an ſi ſci-
uerit primam, & tertiam inſtantiam poterit ap- 33
pellare, & quid ſi ignorauerit cauſam agi, Mendoſ.
*form.9. commiſſ. in verb. in ſtatu, & termino in fin.*
Grat. Add. *ad d. deciſ.149.* quæ additiones ſunt
poſitæ *in 1. vol. diſcept. forenſ. fol. mihi 58.* & quid
in fideiuſſore tàm contractuum, quam iudicatum 34
ſolui Surd. *conſ.272. num.21. lib.2.* Grat. *in prædicta
additione num.1.*
At ſi tertius appellauit à decreto ſummarij 35
poſſeſſorij, à quo non appellatur, ad effectum re-
tardandæ exequutionis, vt dictum fuit ſupra quo-
ad ipſum tertium, qui non fuit auditus, ſuſpen-
ditur exequutio Bart. *in l. prima §. interdum ff.
à quibus appell. non poteſt,* Menoch. *de adipiſc.
poſſeſſione remed.4. quaſt.100. num.845. verſ. de-
claratur primò.*
Poterit quoque tertius excipere de nullitate 36
ex adductis per Vant. *in tract. de nullit. in rub.
quis poſſit dicere de nullitate num. 15.* verùm non
impeditur exequutio ſententiæ Sac. C. contra ip-
ſum condemnatum, & ita iudicatum ſub die 20.
Octobris 1622. in cauſa Samuelis Alani cum
Matthæo de Ruggerio.
Contingit aliquando, à tertio, qui contendit 37
impedire exequutionem ſententiæ, affirmari,
rem petitam eſſe penes ipſum, & poſſeſſionem
eius habere, in hoc non eſt ſententia exequutioni
demandanda ex adductis per Parlador. *lib. 2. rer.
quotid. cap. fin. 4. par. §. 5.* & ſummariè auditur tertius
opponens, & interim differenda eſt exequutio,
Panor. *in cap. ſuper eo, de off. deleg.* Couarr. *in d.*

*cap.16. num.2. ver. ſcribit tamen Panormit.* Cacher. *dec.37. num. 5.* & ita paſſim obſeruatur in Regiis Tribunalibus, & plutjes fuit iudicatum in M. C. & Sacro Conſilio, & nouiſſimè in cauſa Iuliani Zulli cum Achille, & Fabeo de Ægyptus ſubintrante Camilla Farinella ſub die 7.Iunij 1607. ad relationem Magnæ Curiæ.

38 In prædictis caſibus, in quibus tertius ſuperueniens auditur, arbitrabitur Iudex anteà, an calumniæ cauſa in lus.veniat, vt iudicium, & exequutionem cauillationibus retardet, quo caſu nunquam tertium oppoſitorem audiendum eſſe, tenent Abb. *in cap. ſuper eo, in fine, de offic.deleg.* Couarr. *in d. cap.16. num.2.* quos refert, & ſequitur Pallador. *lib.2. rer. quotid. cap. fin. 5.par. §. 11. num. 60. verſ. ſed illud animaduertendum erit,* & Innoc. tenet, quod ſi Iudex videt reum opponere aliquam exceptionem calumnioſè, ea non obſtante debet procedere ad vlteriora *in cap. poſt electionem, de conceſſ. prabend.* quod pro ſingulari ponit Lanfranch. de Orian. *inter coll. ſing.* Ino. *ſub num. 33.* quod ex præſumptionibus arguetur *cap. ſuſcitata, de in integr. reſt.* Vant. *in tract. de nullitatibus iuris, quis poſſit dicere de nullitate num.23. verſ. tertiò limitando,* & ita obſeruatum fuit in S.C. in cauſa Ioannis Vincentij Braneiæ cum Marchione Lareni aduerſus petitionem Marchionis Anſi petentis audiri in cauſa compilato proceſſu ſub die 16.Octobris 1621. & ſub die 19.Octobris 1622.

## ARGVMENTVM.

*Appellatione ad Mag. Cur. interpoſita, eaquè deſerta ob non præſentationem proceſſus infra legitimum tempus, cauſam ex eiſdem actis ex æquitate expediendam eſſe tàm in ſecunda, quam in tertia inſtantia explicatur.*

### DECISIO LXXXXI.

DVm ex æquitate relata per Afflict. *deciſ.29. & dec.243. in fine,* de qua per Carauit.*rit. 260.* deſerta appellatione, ob non præſentationem proceſſus infra legitimum tempus eſſet prouiſum per Magnam Curiam reuideri ex eiſdem actis, deuoluta deinde cauſa per appellationem ad Sacrum Conſilium inſtabat appellant pro termino ad noua poſita ponendum, qui fuit per me denegatus, quia cauſa hæc appellationis eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt illa, à qua appellatur *l. prima ff. an per alium cauſ. appellat,* & ex adductis per D. de Franch.*deciſ.520.* & ſicut in ſecunda inſtantia fuit decretum, eſſe expediendam ex eiſdem actis; ita in hac tertia inſtantia. In cauſa Marij, & Petri Breni cum Octauiano Vſia, ac Proſpero Galezo, Act. de Izo die 9. Septembris 1621.

## ARGVMENTVM.

*Cauſa principali abſque termino expedita ex eo, quia ſtante deſertione ex æquitate, & ſtylo Sac. C. fuit admiſſa appellatio, & reuiſio ex eiſdem actis, an in cauſa liquidationis ſit dandus poſteà terminus.*

### SVMMARIVM.

1 *Cauſa principalis ſi abſque termino (vigore decreti, quod expediatur ex eiſdem actis) fuerit expedita, an in cauſa liquidationis ſit deinde dandus terminus.*
2 *Cauſa liquidationis habet inſtantiam.*
3 *Si à ſententia lata in cauſa principali non ſit appellatum, an poterit appellari à decreto in cauſa liquidationis.*
4 *Si impleretur officium Iudicis pro exequutione ſententia elapſo triennio, an dicatur inſtantia perempta.*

### DECISIO LXXXXII.

ELapſo tempore proſequendæ appellationis in Magna Curia inſtitit actor appellationem interpoſitam à ſententia Curiæ Terræ Ayrolæ declarari deſertam, M. C. iuxta ſtylum S.C. de quo per Afflict. *deciſ.243. in fin.* de quo diximus ſupra in præced. deciſ. in principio decreuit, eſſe reuidendam ex eiſdem actis, confirmata ſententia, quæ non continebat certam quantitatem, inſtitit conuentus pro termino in cauſa liquidationis, actor opponebat de decreto, quod reuideatur ex eiſdem actis, quod & ſi ſit interpoſitum in cauſa 1
principali, attamen cauſam hanc liquidationis eſſe eandem dicebat, ex dictis per Affl. *deciſ.35. num. 2. verſ. ſed in contrarium fuit,* ex quibus per M. C. fuit denegatus terminus, & relata cauſa in S. C. virtute Regiæ decretationis aliter cenſuit S.C. 2
quia cauſa hæc liquidationis eſt noua cauſa, & noua inſtantia, cùm agitur ad liquidationem quantitatis non expreſſæ in ſententia, ex dictis per Affl.*deciſ.346* & eſt danda inſtantia in exequutiuis, & ſummariis circa exequutionem ſententiæ, quando aliquid eſt poſt ipſam ſententiam in controuerſia, vel aliquid veniret liquidandum ex adductis per Viſill.*ad d.deciſ.in princ.*

Vnde ſi non ſit appellatum à ſententia condemnationis, actor poterit appellare à grauamine 3
illato in cauſa liquidationis, ex dictis per Angel. *in l.ſi cum 14 § hæc autem n.4. verſ. tunc intulit nouum grauamen ff.de eo, quod met. cauſ.* Felin. *in cap.ad conſultationem num. 16. verſ. limita ſecundò, de ſent.& re iudicat.* & ſic de facto obtinuiſſe refert Viſill. *ad dictam deciſ.* Affl.ct.35.*verſ.dicas contrarium eſſe veritatem.*

Nec obſtat dictum per Afflict. *in d. deciſ. 35.* ibi enim loquitur de reſtitutione concedenda, & ſic in diuerſo caſu, & eſt diuerſa ratio ex dictis *in deciſ prædicta.*

Secùs verò ſi ageretur officio Iudicis pro exe- 4
quutione ſententiæ, & nihil per Iudicem eſſet pronuntiandum, niſi exequi ſententiam nam tunc

non

non eſt danda inſtantia ſecundum Bal. *in l. 2. C. de execut. rei iud.* & deciſum refert Affl *in d. dec. 345. num. 12. verſ. ſecùs ſi agatur*, & ita obſeruatum fuit de menſe Nouembris in anno 1620. ad relationem M. C. cum peremptam inſtantiam eſſe allegabatur, & actor exequi ſententiam inſtabat, fuit iudicatum non obſtante prætenſa peremptione inſtantiæ eſſe procedendum ad incumbentia ſuper exequutione ſententiæ.

## ARGVMENTVM.

*Paupertas, an, & qualem præbeat reſtitutionem ad exercendam appellationem, quam per longum tempus victus poſt lapſum fatalium proſequutus non fuit, & qualis eius probatio requiratur.*

### SVMMARIVM.

1 *Paupertas eſt iuſtiſſima cauſa reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam appellationem.*

2 *Impedimentum paupertatis, ad reſtitutionem in integrum proſequendam euidentiſſimè probandum eſt.*

### DECISIO LXXXIII.

Titius probauit ob paupertatem, & infirmitatem non potuiſſe proſequi appellationem, quam per longum tempus poſt lapſum fatalium non fuit proſequutus, petiit reuideri ex eiſdem actis.

1 Paupertatem eſſe iuſtiſſimam cauſam reſtitutionis ad appellationem exercendam per tex. *in §. 1. in auth. de his, qui ingred. ad appell.* deciſum refert Ioan. Mauritius *in tract. de reſtit. in integr. cap. 362. afferens concord. & Doctorum authoritates.*

2 Hoc autem impedimentum probandum erit euidentiſſimis probationibus, nec ſufficit iuramentum tex. *in l. fin. §. Illud C. de temp. appell.* quando appellatur ad locum propinquum, ſecùs in appellationibus ad Curiam de longinquo, Affl. *deciſ. 79. num. 2.*

Ex quibus de menſe Iulij de anno 1621. fuit reſtitutus Marius Capyeius, & iudicatum, eſſe reuidendam cauſam ex eiſdem actis.

## ARGVMENTVM.

*Appellatio à ſententia poſſeſſorij, an, & quando admittatur, quoad effectum deuolutiuum, ac etiam ſuſpenſiuum.*

### SVMMARIVM.

1 *Appellatio in cauſa poſſeſſorij admittitur ad effectum deuolutiuum, non ſuſpenſiuum.*

2 *... tàm in remedio quorum bonorum, quam* l. fin. de edict. Diu. Adr. toll. *non admittitur à ſententia immiſſionis in poſſeſſione.*

3 *... in nullo poſſeſſorio retinendæ, adipiſcendæ, & recuperandæ, admittitur ad effectum ſuſpenſiuum.*

4 *Sententia lata in poſſeſſorio continens reſtitutionem fructuum, licet quoad immiſſionem non retardetur, tamen quoad reſtitutionem fructuum per appellationem impeditur.*

5 *Appellatio in cauſa poſſeſſorij ſecundam ſaniorem ſententiam exequutionem non impedit, vbi cauſa modici præiudicij eſt, & de momentanea agitur poſſeſſione.*

6 *Ius canonicum à iure ciuili reſtringendum eſt, quantò minùs poteſt.*

7 *Appellatio admittitur in cauſa poſſeſſorij, ſi in poſſeſſionem mittendus interim lucraretur fructus.*

### DECISIO LXXXIV.

PEtierunt in M. C. V. Vincentius, & Alexander Scarpati filij, & hæredes ex teſtamento quond. Antonij immitti in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, & dato termino in cauſa, & compilato proceſſu obtinuerunt ſententiam, Immittendos eſſe in poſſeſſionem prædictorum bonorum vnà cum fructibus, & eadem ſententia fuerunt condemnati conuenti ad reſtitutionem fructuum perceptorum, à qua cum conuenti appellaſſent ad S. C. inſtiterunt, & inſtant actores pro exequutione dictæ ſententiæ in poſſeſſorio adipiſcendæ, non obſtante appellatione.

Pro actoribus dicebatur, appellationem admittendam eſſe tantùm ad finem deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum ex adductis per Affl. *dec. 269.* vnde conciliando iura canonica, & ciuilia, dixit Rebuff. *ſuper conſt.* Gall. *de ſent. execut. art. 5. gloſ. 3. n. 5 ver. & ſic conciliantur*, quod non appellatur de iure ciuili à ſententia poſſeſſorij quoad effectum ſuſpenſiuum, quia ſententia ſortitur effectum, antequam appellatio diſcutiatur, & ita loquitur *d. l. vnica ſi de moment. poſſ.* 1

2 Cum igitur hæres ex teſtamento petiit ſe immitti in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, aut dicimus intentaſſe *remedium quorum bonorum*, aut *legis final. de edict. Diui Adr.* & in vtroque remedio appellatio non admittitur à ſententia immiſſionis in poſſeſſionem. prout in remedio quorum bonorum reſpondit Ripa *in l. 2. nu. 10.* Benintend. *concluſ. deciſiua 79. num. 8.* Cacher. *deciſ. 25. num. 9.* Menoc. *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 1. quæſt. 31. num. 15.*

3 Et in remedio *legis fin. C. de edict. Diu. Adr. tollend.* reſpondit ante omnes glo. *in d. l. fin. in verb. miſſus*, quam ibidem ſequuti ſunt Bart. Bald. Caſtr. Iaſ. Alex. Iaſ. Dec. Curt. iun. Sebaſt. Sapia, quos recenſet Zocc. ibidem *num. 435.* Menoch. *de adipiſcend. remed. 4. q. 100. num. 826.* Couarr. *pract. quæſt. cap. 23. num. 8.* Guid. Pap. *deciſ. 131.* Berous *quæſt. 144.* Ozalc. *deciſ. 25. num. 9.* & alij innumeri per Tiraq. relati *in trac. le mort ſaiſit le vif. par. 6. declar. 6 n. 2.*

Et in omni poſſeſſorio retinendæ, adipiſcendæ, & recuperandæ, appellationem quoad effectum ſuſpenſiuum non admitti tenuerunt Bart. *in l. 2. ff. de appellat. recip. nu. 6.* Angel. *conſ. 107.* Marant. *in pract. d. par. 6. & quandoque appellatur n. 305. verſ. decimeſextò limitatur.*

An, & quomodo à ſententiis latis in cauſis poſſeſſoriis ſit deneganda appellatio habetur diffusè, & copioſè per Scacc. *in tract. de appellat. q. 17. lib. 6. membr. 1. cum ſeqq.*

Sunt & aliæ ſententiæ, quarum exequutio non

 impeditur,

impeditur,enomeratæ per Affl.*dec.*261.& omnes affirmatiuæ iuxta declarationem Præſ de Fr.*dec.*120.

Item a ſententia continente ſummam infra duas vncias per *Rit.M.C.*257. nec datur fideiuſſio,vt per Carau.*in d.Rit.n.*6.

Et à ſententia lata per M. Cur. infra ducat. 150. per *Reg. Pragm.* vel ſi contineret rem,quæ non eſſet maioris æſtimationis,Præſ.de Franch.*in decis.*308. qui meminit de Regia Pragmatica *in decis.*141. ibique ſi eſt condemnatus vnà cum expenſis, vel ſi in modico excedat , an ſit pars petat exequi pro ſumma contenta in Regia Pragmatica, ſit exequutioni demandanda.

Item à ſententia mercedis , vel ſalàrij , Mauſonius *de cauſ. exeq. lib.*1. *ampl.*22. *num.* 43. & mercedis famuli , Arina *ſingul.* 42. & Aduocati, & Procuratoris ſalarium taxatur parte non citata, argumento text. *in l. ſalarium ff. mandat. l.*1. *§. in honorariis ff. de var. & extraord. cognit.* Salic. *in l. aduerſus C. mand.* Franc. Milaneoſ. *in dec. Sicil.*5. *n.*26. *lib.*1. Camill. Borrell. *in ſum.deciſ. tit.*44. *de cit.*457.

Item à decreto expulſionis ad inſtantiam ſcholaris, Bart.*in l.*1.*in fin.C.de ſtu l.lib.lib* 11.

Item ab omnibus mandatis tam condemnatoriis , quàm abſolutoriis per M. Cur. factis per *Rit.*256. quod intellige ſecundum Carault. ibi, quando fit mandatum de ſoluendo , & abſque litis conteſtatione proceditur ad condemnationem , ſeù abſolutionem : nam ſententia iſta dicitur interlocutoria , . Marant. *in pract. par.* 6. *& demum fertur ſententia num.*28. quæ poſſunt fieri in confeſſis iuxta text. *in l.debitoribus* , iuncta gloſ *ff.de re iudic.*

Item à ſententia recuſationis Iudicis vnà cum interlocutoriis ante ſententiam, Præſ. de Franch. *deciſ.*408.

Item à ſententia aſſecurationis dotis marito ad inopiam vergente.

Et à decretis præſtandi alimenta non appellatur ad finem retardandi exequutionem , infra *deciſ.*132.

Verùm ab interlocutoriis , quando grauamen eſt reparabile in diffinitiua , ſecùs ſi non eſt reparabile in diffinitiua : nam tunc admittitur appellatio , & exequutio impeditur , Oſaſc. *dec.*23. *num.*14 Præſes de Franch. *dec.*408.*num.*2.*& deciſ.*637. cæteros congerit Scipio Rouit. *ad Prag.* 9. *de appellat. n.*2.

Reliquos caſus , in quibus appellationes non recipiuntur, habes per Azon *in ſum.*& per DD. *in tit.quor.app.non rec.*

4 Verùm in quo continet, reſtitutionem fructuum,exequutioni non demandatur,quò verò ad immiſſionem poſſeſſionis non impeditur exequutio , & ita deciſum fuit in S.C.teſte Affl.*in deciſ.* 77.Menoch.*de adipiſcend. poſſeſſ. remed.*4. *quæſt.* 100.*n.*869.*ver declaratur ſeptimò*,Marant. *in ſpecul.in d.par.*6.*& quandoque appellatur num.*309. *verſ.quartò notabiliter limitatur.*

5 Pro conuentis poſſunt afferri conſiderata per Marant.*in ſpecul. par.*6. *& quandoque appellatur n.*312.*verſ ſeptimò per illationem,* qui limitat , vt iſta prohibitio appellationis in poſſeſſorio procedat generaliter,vbi cauſa eſt modici præiudicij, & tractatur de poſſeſſione momentanea, ſcilicet quæ momento eſt duratura penes vincentem , vt quia ſunt in promptu probationes ſuper petitorio,ſecùs autem vbi probatio petitoris eſſet difficilis,& ſententia ſuper poſſeſſorio traheret ſecum effectum perpetuum,quia tunc tractatur de magno præiudicio , & poteſt indiſtinctè appellari ad impediendam exequutionem,ita ſentit Abb.*in conſ.*55. *col. prima in* 2.*vol.*& Philip.Dec.*in conſ.*23.& Bar.*in l.*2.*col.*2.*&* 3.*ff.de appel.recip.*& Abb.*in cap.cum ad ſedem col. pen.* & Angel. & DD. *in d. l.prima C.ſi de moment. poſſ. fuer. app.* in quibus locis DD. communiter ponderant modicitatem præiudicij in poſſeſſorio.

Item tota ſchola Ciuiliſtarum ſe fundat ſuper *d. l. primam* , quæ loquitur de poſſeſſione momentanea,vnde inquit,quod ſit talis poſſeſſio,quæ de facili poſſit reuocari per probationes in petitorio.Doctores enumerat Scacc.*in tract. de appell. q.*17.*limit.*6.*memb.*3.*n.*3.multis rationibus fundat in poſſeſſoriis momentaneis non dari appellationem ad declarationem *d.l.*1.*ibique num.*2. quæ ſit momentanea poſſeſſio, & quid in interlocutoriis, Oſaſch.*deciſ.*25.*nu.*14.Præſ.de Franch. *deciſ.*408. *num.* 2. *& deciſ.*637. cæteros congerit,Rouit. *ad Pragm.*9.*de appellat.num.*2.

Ex hoc dici poteſt , quod ab hac ſententia poteſt appellari, & impeditur exequutio , ſequendo maximè æquitatem iuris canonici, quod permittit appellationem indiſtinctè in poſſeſſorio; nam per 6 ius ciuile debet reſtringi in minus,quam poteſt,vt pulchrè dicit Abb.*in d.conſ.*55. ſed per ius ciuile non reperitur reſtrictum , niſi in poſſeſſione momentanea , ergo non debet extendi ad poſſeſſionem longiori tempore duraturam. & in hanc deſcendit ſententiam Rebuff.*in Conſt Regn.Franc.de ſent.exequ.art.*5.*gl.*3.*n.*3. *verſ. & ſic conciliantur.*

Et paulò inferiùs dixit idem Marant.*num.*313. *verſ. octauò limita* non procedere , quando miſ- 7 ſio in poſſeſſionem eſt talis, quod miſſus interim lucraretur fructus,ſicut in caſu,de quo agitur,quia poteſt appellari , ſicut à ſententia lata in petitorio ſecundum Angel.*in conſ.*152.

Ex quibus ſub die 21.Iulij 1623. fuerunt confirmatæ per S.C.literæ inhibitoriales expeditæ per cauſæ commiſſarium.

## ARGVMENTVM.

*Iudex ſuperior, coràm quo propoſita fuit nullitatis cauſa ſententia lata per Iudicem inferiorem, ac deciſa,an , & quando ipſemet de cauſa principali cognoſcere poſſit, vel illa ad eundem inferiorem Iudicem remitti potius debeat, & quid iudicatum.*

## SVMMARIVM.

1 *Sententia annullata idem Iudex,vel eius ſucceſſor cauſam cognoſcet.*

2 *Iudex ſuperior tàm de cauſa principali, quàm de nullitate ius dicere poteſt.*

3 L.4. C. de accuſat. *Iudici ſententiam ferenti nullitatis cognitionem prabentis intellectus.*

## DECISIO LXXXXV.

LAta ſententia per Curiam .... conuolauit ad M. C. conuentus , in qua inſtitit, nullam declarari ſententiam , & obtinuit , & dum inſta

bat.

bat, procedi ad vlteriora in M.C. petiit actor cau-
ſam remitti ad eundem Iudicem, pro quo afferebat
tex. in l.4 *C. de accuſat.* & *in l. prima C. de ſent.*
*& inter l. omn. Iud. l. ſi Præſes C. quomod. &*
1 *quando Iud.* vbi annullata ſententia apud eundem
Iudicem, vel ſucceſſorem eius, more iudiciorum
tractabitur.

Sed contrarium iudicatum fuit per tex *in l. ab-
ſentem cod. tit. de accuſat. & in l. primo §. primo
ff. quæ ſententia ſine appellatione re cind.* § 1 quæ
iura Bar. *in l. ſi expreſſim. de appellat. & in l. ſi vt
proponis C. quomod & quand. Iudex* tenuit, Supe-
2 riorem poſſe indiſtinctè cognoſcere tàm de cau-
ſa principali, quàm nullitatis, alleg. not. per Inno.
*extr. de iudic. cap. cum contingat*, hanc opinionem
communiter DD. ſequi refert Rip *in l. quod iuſſic
ff. de re iudic. num. 69. verſ. vltima fuit opinio*, Bar-
soli, quam ex authoritate gloſſæ, Bartoli, & Ion.
in pract. ſeruandam refert. Imola *in l. Iudex nu-
mer. 5. verſ. ſed certè, ff. de re ind.* Giurb.
*deciſ. 70. num. 2. verſ. poterit igitur*, vbi quid
ſi ſententia fuerit declarata valida *num. 6.* tex. *in*
3 *d. l.4. cum concordantibus* poſſet intelligi, quan-
do coram ipſo primo Iudice eſſet propoſita cauſa
nullitatis gloſ. *in d. l.4 in verb. eundem* ibi *apud
eundem ſubaudi, vel ſuperiorem*, & coram eo prin-
cipaliter petatur iterum pronunciari, ſeu quando
nullitas prouenit ex actis, in quibus ſubſtantiatur
ſententia, nam tunc nullitatem cognoſcit Iudex
ſuperior, prætermiſſis cauſæ meritis, in quibus vl-
teriùs ſe non intromittet, fundat idem Giurb.
*præcit. deciſ. num. 3. verſ. ſi verò proceſſus eſt nul-
lus*, adducent multos Doctores, ſecùs verò quan-
do coràm ſuperiori eſſet propoſita cauſa nullita-
tis, ex ſupra addictis.

## ARGVMENTVM.

*Nullitates propoſitæ exequuta ſententia, quæ
ex reuolutione chartarum colligi poſſunt,
an dato termino, vel ex eiſdem actis
terminandæ ſint.*

### SVMMARIVM.

1 *Nullitates ex diſpoſitione* Reg. pragmaticæ
in cap. 16 *vulgò dicta*, delli vintiotto capi,
*non admittuntur, niſi concurrentibus re-
quiſitis in dicto capite contentis, & præſer-
tim cum depoſito pœna, & quæ ſit hæc pœna
declaratur.*

2 *Nullitates in* S. C. *recipiuntur, & ad illa-
rum diſcuſſionem proceditur etiam abſque
depoſito, cùm executa ſententia de nullita-
te dicitur, & quare.*

3 *Nullitates exequuta ſententia propoſita, quæ
ex reuolutione chartarum colligi poſſunt,
an abſque termino ex iiſdem actis terminari,
& reuideri debeant, vel dandus ſit ſuper
iis terminus, & num. 5.*

4 *Poſſeſſio, quæ nulla declaratur ex cauſa in
iudicio deducta, poteſt pro alia crediti
cauſa retineri.*

## DECISIO LXXXXVI.

PEr *Regiam pragmaticam* editam ſub die 15 1
Maij 1619. vulgò dictam, *delli vintiotto capi, in
tit. de ord. iudic.* eſt prouiſum *in cap. 16.* quod
non admittantur nullitates, niſi cum depoſito
pœnæ, & aliis requiſitis contentis *in d. cap.* quæ
pœna erit ducatum vntiarum in ſententia infra
ſummam ducatorum mille, ſi vltra ſummam præ-
dictam erit vntiarum quindecim, vt per *pragm. 5.
de offic. S.C.* vbi D. Rouit. *num. 50.* & quid ſi non
contineat certam ſummam *ibidem n. 51.* practica-
tur in S. C. quod ſi exequuta ſententia dicitur de 2
nullitate, recipiuntur nullitates, & proceditur ad
diſcuſſionem ipſarum abſque depoſito, ea ratio-
ne, quia ceſſat cauſa impediendi executionem,
& nulla adeſt ſuſpicio calumniæ, & ita obſerua-
tum fuit in cauſa Marci Lamberti, & aliorum
cum Iſabella Vincenti ſub die 2 9. Octobris 1618.
& in cauſa Franciſci, & Iſabellæ de Leuzzo ſub
die 21. Octobris 1617. & ſub die 23. Octobris
1618. in cauſa Io. Mariæ Lambertæ, & Io. Mariæ
Marini cum Iſabella Riccia, & ſub die 10. menſis
Nouembris 1619. in cauſa Monaſterij Sancti Se-
baſtiani cum Donato Boccdonno, & in cauſa
Thomæ, & fratrum de Spinello cum Io. Leonar-
do Porrio ſub die 28. Octobris 1620.

Fuit dubitatum, quid ſi exequuta ſententia 3
fuerint propoſitæ nullitates, quæ ex reuolutio-
ne chartarum colligi poſſunt, an ſit dandus termi-
nus, vel abſque termino ex eiſdem actis termi-
nandæ ſint, quod ſit dandus terminus, afferebatur
authoritas Annæ *in alleg. 21.* & deciſio ibidem re-
lata, vbi quando poſt exequutionem ſententiæ
dicitur de nullitate, cenſetur nullitas principaliter
intentata, & requiritur libellus, & litis conteſta-
tio, *l. quædam ff. famil. herciſ. l. Cornelia Pia ff. de
iure patr. l. prima §. 1. ff. de fer. l. ſi expreſſim ff. de
appellat.* gloſ. & DD. *in cap. fin. de offic. Iud* vbi In-
noc. Bald. *in l. tale pactum §. qui prouocauit q. 13.
ff. de pact & in d. l. prima col. 2. ff. de feriis*, Franc.
*in cap. cum dilecto q. 12. de appell.*

Sed hoc non obſtante contrarium fuit obſer-
uatum; nam cum ex actis colligi poſſunt nulli-
tates, ſemper intelliguntur propoſitæ incidenter,
Vantius *in §. quat, & quibus modis n. 21.* vbi alle-
gat *deciſ.* Afflicti 183. & ſic nullus libellus, nulluſ-
què proceſſus erit neceſſarius, idem Vant. *num. 22.*
vbi plures coaceruat doctrinas.

Imò etiam ſi principaliter ſint nullitates pro-
ponendæ quando ex reuolutione chartarum col-
ligi poſſunt, tunc non eſt neceſſaria tela iudicia-
ria, ſed ex eiſdem actis reuidendæ ſunt notabilis
eſt *deciſ.* Rot. Rom. *in tit. de lit. conteſt. deciſ. 5.*
incip. *fuit dubitatum, vtrum*, nec dubitandum erit
ex dictis per Ann. *in d. alleg. 22.* cum ratione id
non probet, & authoritates, quas allegat, id non
fundent, & deciſio relata per Annam loco, quo
ſupra, ſuſtineri poteſt ex facto in d. allegat.
narrato, & ſignanter fuit ibi datus terminus, &
conſeruata in poſſeſſione, quia ex alia cauſa erat
actrix creditrix vltra creditum deductum in iudi-
cio, quo caſu & ſi nulla declaretur poſſeſſio ex cau- 4
ſa deducta in iudicio, poteſt pro alia cauſa crediti
retineri *l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condic. in-
debit.* & aduertit Ann. *in d. alleg. num. 4.*

Et ita obſeruatum fuit in S.C. in cauſa Tho-
mæ, & fratrum de Spinello cum Ioanne Leonar-
do Porrio, & Monaſterio Sancti Sebaſtiani ſub
die

die 12. Decembris 1620. & aliàs in anno 1622. ſub die vltimo Octobris in cauſa hæredum Aleanij Palumbi, Innocentij Grimaldi, & aliorũ Terræ Sancti Ioannis ad Pitum cum Collegio Sanctæ Mariæ Præſepij de Vrbe:io vtraque enim cau-
5 ſa cognitis nullitatibus ex actis poſt exequutam ſententiam fuit prouiſum, nullitates obſtare.

## ARGVMENTVM.

*Teſtes, qui ad reuelationem excommunicationis depoſuerunt, ad hoc vt probent, quomodo ſecundo loco in forma iudicij repetendi ſint. Teſtes repetendi, quia nulliter examinati, an poſſint ſe referre diſpoſitioni in primo examine factæ. Et practica traditur circa repetitionem teſtium faciendam.*

## SVMMARIVM.

1 *Teſtes, qui ad reuelationem excommunicationis depoſuerunt in foro Eccleſiaſtico, an per extenſum in foro ſeculari examinandi ſint.*

2 *Teſtis ſecundo loco in forma iudicij repetendus non poteſt cogi ad ſe repetendum, non lecta ſua depoſitione.*

3 *Teſtes, qui depoſuerunt ad reuelationem excommunicationis iterum per extenſum erunt examinandi, & ita deciſum, & cum ratione, & num. 5. & 14.*

4 *Teſtis coram arbitrio examinatus ad peiora dicto ſe ipſum referre non poteſt.*

6 *Præſumptio eſt pro Iudice.*

7 *Teſtis coram Iudice examinatus in vna cauſa, & de nouo in alia cauſa coram eodem Iudice examinandus, vel etiam ſi primum examen eſſet nullum, ſeu non ſollemniter factum, an poſſit ſe referre primæ depoſitioni, Iudicis arbitrio relinquitur, & num. 9.*

8 *Et huic etiam teſti exhibitio primæ depoſitionis, vt ſe informet, deneganda non eſt, & num. 12.*

10 *Practica, & obſeruantia in repetitione teſtium nullitate examinatorum facienda iuxta examinatorum & Scribarum ſtylum traditur.*

11 *Teſtis, licet de negotio non recordetur, poteſt tamen de eo certitudinariè teſtificari, referendo ſe ad depoſitionem ſuam, in qua de veritate atteſtatur.*

12 *Obſeruatur etiam parte inſtante, teſtium depoſitiones, & repetitiones coram Iudice recipi, quando eidem videbitur, per quem interrogatoria dantur pro inueſtigatione veritatis.*

13 *Obſeruatur quoque in Magna Curia non repeti teſtes examinatos in proceſſu informatiuo, non citata parte, qui fecerunt confrontationem cum iuramento.*

## DECISIO LXXXXVII.

1 TEſtes ad reuelationem excommunicationis recepti in Curia Archiepiſcopali, an per extenſum ſint examinandi in S. C. vel ſat ſit, quod lecta depoſitione facta ad reuelationem excommunicationis eam approbent, emologent, & acceptent, & ita recepta eorum depoſitio approbet.

Hoc Iudicis arbitrio relinquendum eſſe ex authoritate Bart. *in l. eos ff. de falſis* communiter tenent DD. quos cumulat Farinac. *in tract. de teſt. de oppoſit. contra teſtes queſt. 66. num. 49 verſ. ſublimita primò*, tenuit quoque Menoch. *de arbitr. Iud. caſu 109. num 3. verſ. ſecunda fuit opin.* Bart. & ſi Iudici videbitur, per extenſum deponere debet, Menoch. ibidem *num. 11. verſ. ſecundum verò*, ita fundat, & deciſum teſtatur Oſaſch. *dec. 128.* verùm ſi petat ſibi legi primam eius depoſitionem, non eſt denegandum iuxta conſilium 2
traditum per Bart. *in d. l. eos n. 6. verſ. tunc do iſtud conſilium teſti, arg. l. cum ſi exhibui, ens §. 2. ff de publ.* facit doctrina Bart. *in l. prima ff ſi cert. pet.* ita Menoch. *d. caſu 109. num 12. verſ. hoc ergo ſecundo capite*, ibiquè monet Iudicem, & conſilium dat teſti in fin. & communiter receptam Bar. doctrinam teſtantur Farin. *in d. tract. de teſt. quaſt. 66. num. 40. & 41.* adiiciens aliquas declarationes, & ita intelligit *dec. Senat. Ped.* relatam per Oſaſc. *d. num. 43. verſ nec te moueat authoritas Senatus*, nec poteſt teſtis cogi ad repetendum, et non lecta ſua depoſitione Boẽr *in ſua deciſ. 108.* Baiard. ad Clar. *in quaſt. 45. ver. item adde, quod teſtis.*

Tenetur enim Iudex non recipere illam reſ- 3
ponſionem, referendo ſe ad primam depoſitionem, ſed tenetur eos interrogare, & illorum dicta per extenſum redigere Coſt. *in tract. de fall. ſcient & ignorant. cent. 2. diſt. 55. verſ. & quo teſtificata*, & pluries deciſum refert D. Reg. Roui. *ad nouam pragmaticam, de ordin. iudiciarium num. 11. verſ. item non debet permittere*, Petrus Antonius Lazar *canonicar. quaſt. ſect. 4. q. 9.* dicit, non ſufficere, quod referat ſe ad primam depoſitionem, ſimpliciter reſpondendo, dico, prout dixi, quod maximè in teſte examinato coram arbitro obſeruandum erit per tex. *in l. fin. C. de teſt.*

Huius reſolutionis ratio tradita eſt à DD. ex 4
mente Aret. relatis per Oſaſc. *d. deciſ. 528. num. 13. verſ. vbi ex mente* Aretini, quia examinatio non fit ita diligenter in iudicio ſummario coràm Iudice monitorij, ſicut requiritur in iudicio plenario, quam conſiderauit quoque Menoch. *in d. caſu 109 num. 6. verſ. declaratur primo*, & de ann. 1599.
per S. C. fuit iudicatum, per extenſum eſſe pro- 5
cedendum ad examen teſtium, qui depoſuerunt ad reuelationem in cauſa Paſchalis Caputi cum Porta de Balſamo, & alijs ad relationem Regij Conſiliarij Marci Antonij de Ponte, Actuario Ioanne Bapt. ſtà Figliolà.

Si enim Iudex reſponſionem admittat audita, & lecta diſpoſitione, quam iam emologat, & acceptat, oſtendit ſe ſatis conſulere, vel de propria, vel de alterius Iudicis adhibita diligentia Menoch. *in d. caſu 109. num. 3. verſ. cum enim Iudex reſponſionem hanc admittit*, & ceſſat ratio ſuperiùs aſſignata, quia non fuit facta ita diligenter examinatio in reuelationibus, nam dum Iudex in
repetitione hoc reſponſo contentus fuit, aliam 6
diligentiam non requiri, arbitratus eſt, & pro Iudice præſumitur Alciat. *in tract. de praſum. reg. 3. praſumpt. 9. num. 1.* Menoch. *de praſumpt. praſum. 67. num. 2. lib. 2.*

Iuſtè, & rectè facit Iudex, admittendo teſtem 7
referentem

referentem ſe primæ depoſitioni, quando teſtes ſunt examinati coràm ipſomet Iudice in vna cauſa, & poſteà de nouo ſunt examinandi in alia cauſa, verùm eius arbitrio erit non admittere iſtam teſtificationem: quia vellet videre, qua
8 trepidatione & conſtantia loquatur, & hoc etiam caſu non erit deneganda teſti petenti exhibitio primæ depoſitionis, vt ſe informet Bart. *in d. l. eos num.6.* Salyc *in l. iuſiurandi num.9. vers. quæro., teſtis depoſuit C. de teſtib.* Felin. *in cap. cum in tua, de teſtib. in princ.* qui communem eſſe teſtatur.

9 Et idem obſeruandum erit, ſi primum examen eſſet nullum, quia non rectè, ſeu non ſollemniter factum: nam tunc poteſt ſe referre ad depoſitionem in primo examine factam, ita ex omnium Doctorum ſententia refert Theſ. *deciſ.* 28. Viui. *in ſylua comm. opin. opin.* 91 t. *teſtes nulliter recepti n.* 20. *verſ. ſed ſi prima teſtis.* Farin. *citato loco num* 45. *verſ. amplia ſecundò,* itémque arbitrio Iudicis erit ſi noluerit admittere dictam depoſitionem, vt ſupra declaratum fuit. Alex. *in l. legatu inutiliter num. 7. ver. item inducitur iſte tex. ff. de leg.* 1. Viui. *prædicto loco verſ. Bartolus verò,* & ſi ipſe Viuius *in fin.* dicat in Regno hoc nullatenus reſidere in Iudicis arbitrio, obſer-
10 uatur quæ optima practica in repetitione teſtium facienda, oſtenditur itaque prima depoſitio teſti, & ei legitur per Actuarium de verbo ad verbum, vt iacet, eaque lecta, eandem acceptat, emologat, & affirmat, & ad eandem ſuam depoſitionem, in qua de negocio teſtatur, ſe refert abſque alia noua depoſitione, quæ practica fundatur iudicio ſuo in doctrina Bart. *in l. prima ff. ſi cert. pet.* aſſerentis, quod teſtis licet non recordetur de nego-
11 tio; poteſt tamen de eo certitudinariè teſtificari, referendo ſe ad depoſitionem ſuam, in qua de veritate atteſtatur, quæ praxis, & obſeruantia eſt vera.

12 Obſeruatur quoque parte inſtante, quod depoſitiones, quando Iudici videbitur, recipiantur coràm Iudice, prout de iure fundatum fuit, per quem dantur interrogatoria, vt ipſi videbitur, pro inueſtigatione veritatis iuxta tex. *in l. 3. §. item Diuus Adrianus ff. de teſt.* & ita obſeruatum fuit in S. C. in cauſa D. Antonij Xuares cum Veſpeſiano Mennella, & aliis, & iudicatum, quod accedat Commiſſarius cauſæ ad recipiendam repetitionem teſtium nulliter examinatorum, qui recuſauerunt deponere: quia denegauit legere primam depoſitionem, facta relatione, in S. C. fuit ſub die 11. Octobris 1624. decretum, quòd recipiantur per Actuarium iuxta ordinem datum per Sac. Conſ. & mandatum fuit oretenus, quod interroget teſtes, verùm non deneget lecturam primæ depoſitionis.

13 Obſeruatur quoque in M. C. non repeti teſtes examinatos in proceſſu informatiuo, non citata parte, per quos fuit facta recognitio, ſeu confrontatio cum iuramento, qui abſque alia repetitione, plenè probant, quoniam iſta confrontatio operatur pluſquam citatio ad videndum iuramenta teſtium Affl. *in Conſt. Si damnu clandeſtina num.* 28. *in fin. ver. vel Iudex faciat venire teſtes in præſentia ipſius criminoſi,* nam habito effectu, dixit, non curamus de modo. ſequitur Anton. Scap. *in tract. iuris non ſcripti lib. 5. cap.* 114. *num.* 8. Baiard. ad Iul. Clar. *q.* 95. *n.* 54. *ver. item adde, quod confrontatio,* & ita iudicatum per M. C. delegatam, diſcuſſo ſollemniter arti-

culo, in cauſa Io. Baptiſtæ Vecdi inquiſiti de homicidio ſoceri, qui fuit laqueo ſuſpenſus de menſe Martij 1633.

## ARGVMENTVM.

*Scribæ fiſcales etſi captura delinquentis aſſiſtant, idonei teſtes ſunt ad probandam apprehenſionem cum armis prohibitis.*

## SVMMARIVM.

1 *Scribæ fiſcales aſſiſtentes captura delinquentium an ſint idonei teſtes ad probandam apprehenſionem cum armis prohibitis.*

2 *Edictum de teſtibus eſt edictum prohibitorium, ſcilicet certarum perſonarum, & permiſſorium regulariter.*

3 *Capientes an dicantur idonei teſtes.*

4 *Licet quis in iudicio non poſſit gerere perſonam accuſatoris, & teſtis; tamen poteſt gerere perſonam informatoris, & teſtis.*

5 *Curſores Curiæ Archiepiſcopalis an ſint teſtes idonei.*

6 *Barricelli an ſint teſtes idonei.*

7 *Birruariis an detur fides.*

8 *Capitanei iuſtitiæ contra capientes ſunt idonei teſtes.*

## DECISIO LXXXXVIII.

FVndatur edictum de teſtibus eſſe edictum 1
prohibitorium, ſcilicet certarum perſonarum, & permiſſorium regulariter: quilibet enim admit- 2
titur, niſi expreſſè reprobetur *l. prima ff. de teſt.* gloſ. *in l. quoniam in verbo anguſtetur C. de hæret. l. mutus §. cum quæritur ff. de procur. cap. cum apud,* vbi Abb. *in primo notabili, de ſponſal.* nec eſt anguſtandum, vt probationes cadant, *l. curent ff. eod.* Andr. *in Conſtit. Regni Humanitate 4. colum. verſic. ſi ergo non eſſent alij teſtes:* non enim de iure reperitur prohibita atteſtatio
aſſiſtentis ad capturam, ergo cenſetur idoneus. 3
nec ſimpliciter capientes repelluntur à teſtimonio contra captum; ſed cauſa cognita æſtimatur, habenda fides ſit, per text. *l. prima § in cauſa verſ. cum quis latrones ff. de quæſt.* & latè per Menoch. *de arbitr. Iudic. caſ.* 112.

Et licèt quis non poſſit in officio gerere per- 4
ſonam accuſatoris, & teſtis; tamen poteſt gerere perſonam informatoris, & teſtis eorum, quæ conſiſtunt in facto, ita Affl. *in d. Conſtit. Regni Humanitate in 6. notabili num. 28. verſ. amplius quæro pro declaratione,* vnde ſi non eſſent capientes vlles perſonæ, plenam probationem eorum dicta facerent, vt de curſoribus Curiæ Archiepiſcopatus tenet Genuenſis *in praxi Archiepiſcopali cap. 8.*
idem de barricellis tenuit Ioſeph. *in dec. Lucerſi* 5
*primu n. 4. ver. iſti ergo barricelli,* etſi ſatellites eſſent de maioribus, & in capite, & fortiùs ſi haberent aliquam iuriſdictionem, eſſent idonei teſtes Paul. Granut. *theorem. 19. num* 11.

Birruariis autem, præterquam in leuibus, 6
plena fides non datur, ea quidem ratione, quia viliſſimi dicuntur Bal. *in l. fin C. de edic. Diui Adr. toll. & in l. etiam C. de teſt.* latiſſimè Farinac. *quæſt.* 56. *num.* 371. Alciat. *de præſumpt.*

*præſumpt.* 14

*præſumpt.* 14. Paul. Grammatius *d. theorem.* 19. *num.* 4. & de hoc loquitur *deciſ.* D. Præſ. de
7 Franch. 379. & aliquando etiam arbitrio Iudicis bitmarijs etiam fides adhibetur per ea, quæ habentur per Farinac. *de delict. & pœn. quæſt.* 21. *n.* 151. *verſ. ſi illi teſtes*, per Caball. *caſu* 125. *num.* 10. & ceſſante cauſa leuitatis perſonæ, ceſſat defectus teſtimonij, Granut. *in theorem. cit.* at cum Scribæ ſint perſonæ approbatæ, & in actu capturæ nullius intereſſe poſſint conſiderari in eorum perſonam, nec laudis, nec alterius vtilitatis, teſtes idonei exiſtimandi ſunt.
8 Amplioſut etiam in Capitaneis iuſtitiæ, vt fundat poſt hæc ſcripta viſus Nouar. *quæſt. foren. par.* 1. *q.* 16. qui tenet probare, & eſſe integros teſtes.

## ARGVMENTVM.

*Promiſſio in capitulis matrimonialib. facta de ſe obligando pro dotium reſtitutione per publicum inſtrumentum cum hypotheca bonorum feudalium etiam titulatorum ad conſilium Sapientis an pro vera, & reali obligatione habeatur, ac promiſſum inſtrumentum pro confecto, & per conſequens in concurſu creditorum an dies capitulorum matrimonialium attendatur, vel dies inſtrumenti dotalis, & an, & quando in dictis capitulis operetur aſſenſus capituli Neapolitani.*

## SVMMARIVM.

1 *Promiſſio in capitulis matrimonialibus facta de ſe obligando pro dotium reſtitutione per publicum inſtrumentum, cum hypotheca bonorum feudalium etiam titulo decoratorum ad conſilium Sapientis, cuius ſit virtutis, & efficacia, & num.* 5.

2 *Aſſenſus capituli Neapolitani quando locum habeat, & operetur in capitulis matrimonialibus, & num.* 16.

3 *Hypotheca pro dotis reſtitutione retrotrahitur ad diem promiſſionis, & ſic ad capitula matrimonialia dumtaxat firmata.*

4 *Obligatio ipſa differt à promiſſione de ſe obligando.*

Deciſioni Gram. 103. *contra dotem, hic allegata occurritur inf. num.* 16.

5 *Promiſſio de ſe obligando quando habeatur pro vera, & reali obligatione.*

6 *Promittens facere contractum, obligatur vti ex contractu facto.*

*Promiſſio ad conſilium Sapientis quid importet.*

*Inſtrumentum promiſſum interdum dicitur pro confecto.*

7 *Inſtrumentum aliquoties requiritur tantummodo ad faciendam probationem.*

*Promiſſio reſtituenda dotis in caſu ſoluti matrimonij habet relationem ad tempus dictæ promiſſionis, non autem ſoluta dotis.*

8 *Conditio, cum de neceſſitate tacitè ineſt, non facit actum conditionalem.*

9 *Promiſſio conditionalis facta in capitulis matrimonialibus, purificata deinde conditione retrotrahitur ad tempus promiſſionis, ſeù capitulorum etiam quoad hypothecam.*

10 *Promiſſio facta ſub conditione, ſubſecuta ſolutione, habetur ac ſi ſine conditione facta eſſet.*

11 L. potior, & l. qui balneum ff. qui pot. in pign. hab. *vendicant ſibi locum etiam in feudis.*

*Declarando tamen, vt per* Voſil. hic cit.

12 *Feudorum diſpoſitio eſt ad inſtar allodialium, quando adeſt aſſenſus hominis, vel legis.*

13 *Promittens ſe obligare ad centum per inſtrumentum poteſt ſtatim conueniri, ac ſi feciſſet inſtrumentum, ex doctrina* In. Andr. *quæ habet locum etiam in feudis ex vi comprehenſiua aſſenſus, & num.* 16.

14 *Promiſſio conſtituendi dotarium ſuper feudis idem operatur, ac ſi eſſet conſtitutum, quia habet aſſenſum vigore Conſtit. Regni* ex ord. licentiam.

15 *Aſſenſus d. Conſt. licentiam æquiparatur aſſenſui capituli olim conceſſi per Carol. V. Imper. ſub incip.* item ſupplicano.

16 *Aſſenſus capituli comprehendit etiam præſumptam obligationem.*

17 *Aſſenſus ſemper conceſſus intelligitur quouſque manet, & ratio dicti capituli viget.*

18 *In terminis capituli Regni an ſufficiat tacita hypotheca à lege ſubintellecta.*

*Aduerſus* Cameral. *abnegantem adducuntur, quàm plures DD. maxima authoritatis, & num.* 23.

*Legis aſſenſus ſuper bonis feudalibus illius eſt virtutis, vt hypotheca legis fauore inducta, ſuum operetur effectum ſuper eiſdem bonis.*

19 *Expreſſio eius, quod à iure ſubintelligitur, non eſt neceſſaria.*

20 *Hypotheca tacita habet eandem virtutem, quam ex forma ſtatuti haberet expreſſa.*

*Hypotheca non eſt neceſſe exprimi ab homine, dum eſt à lege expreſſa.*

21 Camer. *reſponſio ad doctrinam* And. *allata, varijs conſiderationibus refellitur.*

*Expreſſum dicitur per relationem ad aliud.*

*Feudum recipiens videtur etiam deſcendentibus ſuis proſpexiſſe, & ita lex ſubintelligit, licet de illis non ſit expreſſum.*

*Aſſenſus trahitur ad perſonam à lege ſubintellectam.*

*... producitur pariter ad hypothecam ab eadem inductam.*

*Hypothecam lex induxit in recipiente dotem.*

22 *Feuda ad deſcendentes tranſire fuit ex feudorum vſibus introductum.*

23 *Obligatio facta à duobus fideiuſſoribus quid importet.*

*Actio hypothecaria competit mulieri vigore aſſenſus capituli Neapolitani etiam ſi promittens dotis reſtitutionem expreſſè non obliget bona feudalia, & cum ratione.*

24 *Satisfit rationi D. Reg. Reuit. aduerſus dotem paulò ſupra adducta.*

*Regula iuris eſt, duo ſpecialia circa idem concurrere non poſſe.*

*Quæ limitatur, quando vnum ſpeciale concurrit principaliter, & alterum conſecutiuè.*

25 *Hae*

25 *Hæc opinio pro dote nunc eſt obuallata duplici deciſione, vna per S.C. & altera per R. Cam. prolata.*

## DECISIO LXXXXIX.

1 MArchio Orioli in capitulis matrimonialibus promiſit ſe obligare pro dotium reſtitutione per publicum inſtrumentum cum hypotheca bonorum feudalium, & titulatorum ad conſilium Sapientis, in concurſu creditorum fuit dubitatum, an ſit attendenda dies capitulorum matrimonialium, qua attenta, erit anterior vel dies inſtrumenti dotalis, qua inſpecta erit poſterior.

2 Pro creditoribus dicebatur, quod cum tractetur de feudo, non poteſt attendi dies capitulorum matrimonialium, ex quo deficit aſſenſus, neque in iſto caſu poteſt ſe iuuare aſſenſu capituli Neapolitani, qui, cum in capitulis deficiat hypotheca, aſſenſus capituli non operatur, prout tenuit Camer. *in cap. Imperialem car. 55. lit. E. vſque ad lit. K.* vbi expreſsè tenuit, quod quamvis aſſenſus capituli habeat locum in capitulis matrimonialibus; tamen intelligitur, quando in eis adeſt expreſſa hypotheca bonorum feudalium, & ita fuiſſe deciſum in anno 1573. fuit deciſum in Collaterali Conſilio in obligatione omnium bonorum venire etiam feudalia virtute Capit. Neap. *infra dec. 302.* notatur per Add. *ad dictum capitulum regiſtratum in vol pragmaticarum in pragm. 3. ſub tit. de feudis*, & fuit in cauſa Angelæ de Capite cum Michaele de Villanoua idem tenet Io. Vinc. de Anna *in repet. Conſtit. Conſtitutionem Diu. mem. num. 259.* dum allegat Minadoum, *& num. 240.* dum allegat Camer. Franc. de Amic. *in tit. de his, qui feud. dar. poſſunt cap. ſequitur modò* teſtatur idem obtinuiſſe ſe patrocinante, quod aſſenſus capituli, vbi non adeſt expreſſa hypotheca, non iuuet, vt *in f. 144.* Regens de Ponte hoc audacter tenet ex verbis eiuſdem capituli *conſ. 75. num. 34. lib. 2.* & nouiſſimè Dom Reg Rouitus *in pragm. 8. de* 3 *feud. num. 9.* & quamvis hypotheca pro reſtitutione dotis retrotrahatur ad diem promiſſionis, & ſic ad capitula matrimonialia tantummodo firmata, vt refert Franch. *in deciſ. 677.* doct. cumulat Molfeſ. *par. 6. de iure dot. quæſt. 2. num. 14. cum ſeq.* tamen hæc eſt fictio, & proinde intelligitur de tacita, & non de expreſſa.

4 Nec eſſe dicendum in his capitulis adeſſe hypothecam expreſſam, cum non aliud contineant, niſi promiſſionem de obligando bona feudalia, & ad faciendum inſtrumentum cum obligatione bonorum feudalium, ſed cum conditione ſecuta ſolutione duc. 15 m. & facto inſtrumento mutui pro aliis ducatis 5. m. quod inſtrumentum nunquam fuit factum, & ſolutio duc. 5 m. non fuit facta, niſi in anno 1589 & 90. & hoc in indiuiduo tenet Grammat. *in deciſ. 104. n. 18. cum multis ſequentibus*, inquens propriè in promiſſione de obligando facta in capitulis matrimonialibus, quod non operetur aſſenſus capituli, niſi ſequuta cum effectu obligatione, quia aliud eſt promittere decem, aliud promittere ſe obligaturum *l. in bonæ fidei §. fin. de eo, quod certo loco.*

5 Pro dote verò ponderauimus quod dum in capitulis matrimonialibus Marchio Orioli deliberatè promiſit ſe obligare pro dotium reſtitutione per publicum inſtrumentum cum hypotheca bonorum feudalium, etiam titulatorum ad conſilium Sapientis, dubitari non poterit, quod talis promiſſio habeatur pro reali, ac vera obligatione ſecundum receptam doctrinam Io Andr. *in addit.* ad Specul *in rub. de obligat. & ſolut* à qua non eſſe recedendum dixit Hermanottus Detus *in l. 4 §. Cato n. 132. ff. de verb. oblig.* cum ſit communis, æquior, rationabilior, & vtilior ſecundum Purp. *in l. cum ſeruum § ſeruum eum imprudens num. 14. ff ſi cert. pet.* quem ad hoc adducit Præſ. de Franch. *deciſ. 574. n. 5.* & hanc opinionem frequentiori DD. calculo receptam poſt alios oſtendit Tiraquell. *de retr. conu. § fin. n. 18. & ſeq.* vbi plurimos cumulat, quibus addo Couarruu. *in cap. quamvis in 3. par. init. n. 3. de pact.* Tell. Fernand. *in l. 23. Taur. n. 15.* Roland. *conſ. 69. n. 25. ver. tertiò reſpondetur volum. 3.* Marant. *conſ. 141. n. 5.* Villalob. *in erario lit. P. n. 158.* Cartar. *deciſ.* Ian. *29. n. 12* Fabrum *in ſuo Cod. lib. 3. tit. 27. defin. 36. num 4* Conſiliarium Georg. *alleg. 45. n. 27.* & licet ab hac vera, communi opinione aliqui recedere conati ſint, vt eſt videre apud D. de Franch. ibidem *num 4.* nihilominus illa eſt verior, communior, ac ſaltim indubitabilis fauore dotis, vt in terminis fatetur Afflict. *deciſ. 61.* Anton. de Alexand. *in conſuet. Quartam autem in verb. conſtituta in verſ. ſentit. num 15 fol. 252.* vbi quoque Marin. Freec. *verſ. incip. vide Andream*, & in iudicando per S. C. ſemper fuiſſe receptam teſtatur Vrſill. *in d. dec. 61. in princ.* quem refert, & ſequitur D. de Franch ibidem *ſub num. 5.* Grammat. *in ead. conſuet. ſub numero 22. verſ. mulier fol. mihi 253.* Campag. omnino legendus *in cap. Regni mulier. datarium cap. 29.* & nouiſſimè Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. par. 7. tit. de iure quarta q. 2. num. 10. in add.* imò promittens facere contractum, in quo ſola voluntas contrahentium ſufficit, obligatur, vt ex contractu facto ſecundum veram, & communem opinionem, de qua per Burſat. *conſ. 100. n. 10. lib. 1.* Bonacoſ. *in recollect. ſumm. opin. c. 6 de contractib. loc. 4. vol. 1.*

Et cum Marchio promiſerit conficere inſtrumentum cum obligatione bonorum feudalium etiam titulatorum, iuramento, ac clauſulis neceſſariis ad conſilium Sapientis, quod importat, vt legitimè liget contractum, & cautè gloſ. *in l. ſi mandato Titij §. fin. in verbo accepto ff. mandati verſ. ſoln. ſenſus Sapientis eſt*, nullatenus dubitari poterit, quin promiſſum inſtrumentum habeatur pro confecto, ita punctualiter Surd. *conſ. 457 numero 12. verſ. ſecundò facit 4. vol.* Ann. *conſ. 8. numero 17.* Reg. de Pont. *conſ. 10. num. 23 verſ. ſi ille habebatur*, & de communi teſtatur Graſſ. *commun. opin. lib. 1. cap. 6 quæſt. 10.* 6

Nec obſtat, quod in capitulis matrimonialibus Marchio promiſerat facere cautelas, ſequuta ſolutione partia dotis, ac confecto inſtrumento mutui pro ſolutione reſtantis quantitatis: nam cum re vera facta fuiſſet ſolutio dotium promiſſarum, non erat neceſſarium inſtrumentum mutui, & proinde promiſſio ſtatim fuit ſortita effectum ſuum, vt tenet Theſ. *deciſ. 233. numero 10.* dicens hoc caſu inſtrumento opus non eſſe, niſi ad probationem, ex *l. contrahitur ff. de pign.* imò ſtante promiſſione reſtituendi dotem in caſu ſoluti matrimonij, attenditur tempus ipſius pro- 7

miſſionis, non autem ſequutæ ſolutionis per
tex. *in l. 1. vbi omnes ff. qui potiores in pign.
hab.* per quem tex. hunc punctum non habere
8 difficultatem dixit Præſ. de Franch. *in deciſ. 677.
numero 4.* & cum qualitas illa ſolutionis faciendæ
tacitè ineſſet, promiſſio non diceretur conditionalis,
ſed pura, vt probat Ann. *eod. conſ. 8.*
9 *numero 15. & 17.* imò poſito, quod fuiſſet conditionalis,
ſequuta demum conditione ob factam ſolutionem
totius dotis hypotheca orta fuiſſet a die capitulorum,
vt in ſimili concluſum fatetur Gama *in dec. 355* non enim erat
in poteſtate Marchionis pecuniam promiſſam
non accipere, dum ſuſtinebat onera matrimonij
ſecundum gloſ. *in d. l. 1. in ver. compellitur*,
igitur attenditur tempus promiſſionis quamvis
ſub conditione factæ, vel ad certum diem
dilatæ, prout ſunt iura aperta *in l. potior & in
l. qui balneum*, vbi DD. omnes *ff. qui pot. in*
10 *pign. hab.* ſequuta enim ſolutione habetur, ac
ſi ſine conditione promiſſio facta eſſet. *dicta l.*
11 *potior 1. verſ. ſed verior.*, quorum ipſorum diſpoſitionem
procedere in feudis, quando diſpoſitio
eſt valida, ſcilicet facta cum aſſenſu domini, colligitur
ex dictis per Vrſill. poſt Affl. *deciſ. 286.
num. 4.*

12 Quibus ſic poſitis non erit controuertendum,
an talis concluſio locum habeat in obligatione
bonorum feudalium, cum illorum diſpoſitio
fit ad inſtar allodialium, quando adeſt aſſenſus
hominis, vel legis And. *in capite Imperialem
verſ. ſed ſi vendebatur, de probib. feud.
alien.* per Fed. & cum in caſu noſtro habeamus
aſſenſum capitulorum Regis Catholici,
quorum expreſſa fit mentio in noſtris capitulis,
ſufficit, quod ius ita velit, vt comprehendatur
ab aſſenſu ſecundùm Iſern. *in capite 1. numero
8. verſ. hoc ergo vbi bona additio, qui ſucc.*
13 *ten.* & punctualiter, quod doctrina Io. Andr.
procedat in bonis feudalibus ex vi comprehenſiua
aſſenſus poſt Reg de Pont. *conſ. 10. num. 21.*
14 Surd. ibidem *numero 22.* tenet Ann. *conſ. 8. numero
17.* & propterea Affl. *in Conſt. Licentiam
numero 5. in 1047.* in terminis illius conſtit. permittentis
conſtitutionem dotarij ſuper feudis,
notabiliter dixit, ſufficere, quod vir promiſerit
conſtituere dotarium, quia talis promiſſio
habet aſſenſum vigore illius conſtitutionis, quod
latiùs exornat Niger *in capite mulier dotarium in*
15 *addit. numero 19.* vbi ſup *numero 19.* æquiparat
aſſenſum præſtitum per illam *Conſtitutionem
Licentiam* cum aſſenſu capituli, & ante *num. 30.*
16 dixit, dictam deciſionem eſſe notandam, quia
multoties poterit caſus contingere, quando ſolùm
ſunt facta capitula matrimonialia, quæ ſola
ſufficere, vt aſſenſus capitulorum locum obtineat,
dixit Camer. *in cap. Imperialem fol. 55.
lit. F.*

Nec quidquam opitulatur Grammat. *deciſ.*
103. quia ibi punctus non fuit deciſus, vt in fine
deciſionis patet, dum fuit reſeruata melior
deliberatio compilato proceſſu contra tertios
poſſeſſores, ſed illæ rationes relatæ per Grammat.
fuerunt adductæ pro ratione dubitandi, &
propterea in contrarium adductis non reſpondit,
vt aduertit Vrsill. *d. deciſ 61. in princ.* &
quando verè Grammat. tenuiſſet illam opinionem,
ex ſupradictis apparet nedum loqui contra
communem, ſed fundari in falſis rationibus ſiquidem
dum dicit, hanc obligationem reſultantem
ex promiſſione faciendi inſtrumentum non
comprehendi ab aſſenſu ex eo, quia tale inſtrumentum
fictiuè habetur pro facto, & capitulum
loquitur in inſtrumento vero, & formali, longè
fallitur, cum illud comprehendatur ex vi aſſenſus,
vt aduertit Ann. ibidem *n. 17* cumque mens
capituli non fuerit hunc, vel illum caſum conſiderare,
ſed omnem caſum, per quem mulier remaneret
indotata, conſiderauit illud, quod ius
vult, & proinde hanc præſumptam obligationem,
ita inquit Camer *fol. 53. lit. E.* quæ præſumpta
obligatio cum dependeat ab expreſſo, ſcilicet
ex promiſſione faciendi inſtrumentum cum
obligatione bonorum feudalium, abſque dubio
comprehenderetur ab hoc aſſenſu capituli iuxta
doctrinam Iſer. *in d. c. 1. n. 8. qui ſucc. ten.* quam
ita in propriis terminis intelligit Camer. *fol 55.
lit. I.* quod etiam voluit Frecc. *lib. 2. q 3. n. 8. fol.
mihi 180.* imò quamvis inſtrumentum hoc caſu 17
non eſſet reale, ſed potiùs fictum, hoc præſumptum,
quia tamen illud reſultat miniſterio, &
lictione legis & mens, & ratio capituli viget,
operabitur aſſenſus, vt optimè oſtendit Camer.
*vtaenda fol. 9. lit. T.* & Frecc. vbi ſup. *num. 8. in
fin.*

Vltimò ad ſatietatem non eſſet prorſus nouum 18
aſſerere in terminis capitulorum Regni ſufficere
tacitam hypothecam a lege ſubintellectam,
licet negare non poſſim, eſſe ſatis arduum hoc
tentare propter Camer. authoritatem, tamen ſi
aderunt doctiſſimi viri, qui fortè, & doctrina,
& opinione Camerario æquati ſunt, contrarium
tenentes, illud adnotaſſe non pœnitebit,
& præterea, quæ doctiſſime de more ſcripſit
D. Amatus *in conſ. 56.* vbi Camer. opin. authoritatibus,
& rationibus deſtitutam ex pluribus
oſtendit; tamen quod quando lex aſſentit diſpoſitioni
rerum feudalium tacita hypotheca dotis
fauore à lege inducta ſuum operetur effectum
ſuper bonis feudalibus, expreſsè tenuit Bartholomeus
de Capua vir ſatis notus *in Conſt. Licentiam
in 1. q.* quem refert & multum commendat
Affl. ibidem *n. 8. & 9.* ſequitur Petr. de Montefor-
te omnino legendos *in apoſt. ad eandem Conſt.
Licentiam, in fin.* Campag *n. 19.* & apertè etiam
colligitur ex dictis per Frecc. *lib. 2. quaſt. 3. n. 6.*
& hoc propter volunt Iſern. *in d. cap. 1. num. 8.
qui ſucc. ten.* & alibi ſæpiùs dum inquit, quod 19
illud, quod ſubintelligitur à iure, non eſt neceſſarium
exprimi, & propterea ſtatutum, quod
ſtrictiſſimè intelligitur, dans paratam executionem 20
inſtrumento, oprrabitur etiam circa hypothecam
tacitam reſultantem ex receptione
dotis in bonis mariti ſecundùm Bal. *in l. vbi adhuc
ver. ſed aduerte C. de iure dot.* quem refert D.
Franch. *deciſ. 355 num. 1.* non erat enim neceſſarium
hypothecam exprimi ab homine, dum
lex expreſſerat Regi, vt ſingulariter dixit
Frecc. ibid. *ante numer. 9. verſ. hoc eſt expreſſum.*

Nec me mouet Camerarij reſponſio, quod 21
doctrina Iſer. procedit, quando tacitum dependet
ab expreſſo, ita vt ſecus ſit, quando nihil exprimitur,
nam data pro vera Camer. doctrina,
expreſſum dicitur per relationem ad conſilium
Sapientis, quod cum debitas cautelas inducat, vt
ſupra diximus, & hypotheca ex cautela inducatur,
conſequens eſt, illam neceſſariò ſubintelligi,
& ex alio, vt optimè aduertit D.
Amatus, reſponſio non eſt applicabilis, nam
ſicut

ſicut in recipiente feudum lex ſubintelligit de deſcendentibus, quamvis non exprimatur, & aſſenſus ad vtrumque trahitur, ita etiam in recipiente dotem lex hypothecam inducit, etiam ſi omittatur, quemadmodum igitur aſſenſus ibi trahitur ad perſonam tacite à lege ſubintellectam, ita quoque & hic aſſenſus trahetur ad hypothecam à lege pariter, etiam ſi non exprimatur, inductam, & iura, quæ allegat
22 Iſer. generaliter loquuntur, nam tex. *in capite 1. in § cum verò*, decidit feuda tranſire ad deſcendentes, ex hoc arguit Iſern. non eſſe neceſſarium exprimi de deſcendentibus, vt comprehendantur ab aſſenſu, cum ſufficiat,
23 quod ius illud ſtatuerit, ita etiam *in l. 3. C. de fideiuſſ.* obligatio facta à duobus fideiuſſoribus intelligitur, vt vterque teneatur inſolidum, quamvis hoc non fuerit expreſſum, cum illud oriatur ex legis diſpoſitione, vt dicitur in tex. ſic dicemus in caſu noſtro, vt quamvis promittens dotis reſtitutionem, non exprimat hypothecam bonorum feudalium, adhuc mulier habeat actionem hypothecariam virtute aſſenſus capitulorum, cum ſufficiat, quod ita à iure ſit diſpoſitum, vt ſuper tali promiſſione ſtatim ſit inducta tacita hypotheca, quamvis à partibus non fuerit expreſſa, & reſoluto argumento Camerarij, ceſſant authoritates aliorum Doctorum pro contraria, qui abſque alio fundamento ſequuntur Camerarium, *& deciſio* Add. *ad pragm. 3. de feudis* non eſt certa, cum deponat de auditu, & non interfuerit deciſioni.

24 Nec ſimiliter obſtat ratio, quam aſſignat D. Reg. Rouit. *in repet. pragm. 8. de feudis, in fine,* ne ſcilicet duo ſpecialia concurrant circa idem vulg. *l. 1. C. de dot. promiſſ.* nam facilis eſt reſponſio, regulam illam limitari, quoties vnum ſpeciale concurrit principaliter, & aliud conſequutiuè, & dependenter, ſecundum Salic. *in d. l. prima numero 3.* ſed in caſu noſtro aſſenſus capitulorum, quod eſt vnum ſpeciale, datur promiſſioni reſtitutionis dotium, quæ ſecum trahit tacitam hypothecam, meritò non debet ei facere difficultatem concurſus duorum ſpecialium, ſtante quod vnum ab alio dependet.

25 Fuit per S. C. deciſum pro dote, & petita in integrum reſtitutione pro aliquos ex creditoribus priuilegiatis, die 14. Maij 1 24. fuit denegata facta relatione Collaterali Conſilio.

Et aliàs per Regiam Cameram, concurrente D. Portia Caracciola vidua quon. Balthaſaris Aquauiuæ de Aragonia cum Regio fiſco, qui expreſſam habebat hypothecam ſuper bonis dicti quond. Balthaſaris, è contra verò dicta D. Portia produxit capitula matrimonialia tantùm non ſtipulata, ſed tantum ſubſcripta abſque expreſſione hypothecæ, die 26. Martij 1610. facta relatione in Collaterali Conſilio fuit prouiſum, D. Portiam eſſe præferendam Regio fiſco.

## ARGVMENTVM.

*Agnato proximiori an competat ius prælationis aduerſus extraneum emptorem in venditione feudi hæreditarij pro eodem pretio.*

## SVMMARIVM.

1 *In articulo dubio magna eſt authoritas rei iudicata.*

2 *De iur. comm. feud. feudum licèt alienatum duplici iure per agnatum reuocari poterat, vel iure prælationis, ſiue redemptionis; vel iure ſucceſſionis, quod ex lege inueſtituræ ei competebat, & ambo declarantur.*

3 *Quæ differentia ſit inter has duas ſpecies reuocationis.*

4 *Reuocatio, quæ à iure ſuccedendi, vel ex lege inueſtituræ dependet, locum obtinet tantummodo in feudo ex pacto, & prouidentia ſimplici, non alterato à qualitate hæreditaria, & n. 91.*

5 *Secunda reuocatio, quæ iure prælationis competit, an locum obtineat in feudo hæreditario, & numero 110. & 111. connumerantur authores tenentes competere in feudo, ex pacto, & prouidentia tantum, & num. 37. DD tenentes competere etiam in feudo hæreditario.*

6 *Prælatio, quam feudorum conſuetudines agnato tribuunt, ortum habuit à iure ſanguinis, ſiue agnationis.*

7 *In prælatione prædicta concurrit etiam ratio honeſtatis.*

8 *Iura feudalia, quæ loquuntur in feudis ex pacto rectis, & ſimplicibus procedunt etiam in feudo hæreditario, præſertim reſtricto ad certos hæredes, vt ſunt quaſi omnia feuda in Regno, quia iſtud quoque ex pacto dicitur.*

9 *Quæ ſit differentia inter feudum ex pacto, & prouidentia ſimplex, & feudum ex pacto hæreditarium.*

10 *Qualitas hæreditaria non conſideratur in ipſo feudo, niſi poſt mortem, & in vita nullum effectum operatur.*

*Arg. contrarium, num. 46.*

11 *Prælatio, quæ competit agnatis in vita, competit etiam in feudo hæreditario, & iura feudorum, quæ generaliter loquuntur de prælatione, procedunt, tam in feudo ex pacto, quam hæreditario, & n. 17. vbi recenſentur authores hanc tenentes opinionem, & deciſiones, num. 18.*

12 *Alia differentia inter feudum ex pacto ſimplex, & feudum ex pacto hæreditarium.*

13 *Dato, quod feudum ex pacto fiat alienabile in præiudicium domini, & agnatorum, adhuc competit prælatio iure ſanguinis.*

14 *Feudi hæreditarij diſpoſitio cum aſſenſu domini eſt ad inſtar allodialium ex doctrina* Iſerniæ *malè intellecta, & n. 107.*

15 *In feudis quoque, quorum diſpoſitio eſt ad inſtar burgenſaticorum cum aſſenſu domini, habet locum ius retractus ratione ſanguinis.*

16 *Doctrina* D. Reg. Rouit. *quæ denegat retra-*

*ctum in feudo ſimpliciter hæreditario tranſitorio ad quoſcunque hæredes, debet intelligi de reuocatione, quæ fit iure ſucceſſionis ſine vlla refuſione pretij; non autem de iure prælationis in vita pro æquali pretio, & quando teneatur ad pretium, & numero 112.*

19 *Creditor, & agnatus præferendus eſt in alienatione bonorum debitoris, & agnati.*

20 *Pluribus volentibus emere præfertur ille, qui eſt agnatus debitoris.*

21 *Quod procedit etiam in feudis.*

22 *Procedit etiam in venditione neceſſaria, & numero 24.*

23 *Diſpoſitio legis primæ de priuilegiis creditorum non eſt correcta per* l. dudum.

25 *In redimendo, vel prohibendo potior erit agnatorum conditio, quàm domini.*

26 *In venditione quorumcunque bonorum, quæ fit ſub haſta, locum habet ius protbomiſeos, & numero 114. & an habeat locum in venditione feudi virtute* §. Titius, & § porrò.

27 *Venditio, quæ fit à Iudice, dicitur facta à debitore.*

28 *Quando Iudex vendit rem feudalem ſub haſta, non poteſt vaſſallus eam infringere, cum eam ipſe feciſſe videatur.*

29 *Contractus alienationis ex quacumque ſpecie cum proximo ſucceſſuro reſoluitur in refutationem, & n. 31.*

30 *Barone vendente Terram filio primogenito, vaſſalli non admittuntur ad demanium.*

32 *Per refutationem feudi, ſeu alienationem, cuiuſcunque ſpeciei factam à titulo decorato illud tranſit cum eiſdem prærogatiuis, & cum titulo, & dignitate, & remanet antiquum, & num. 34.*

33 *Titulus quando eſt conceſſus Terræ nunquam extinguitur, etiam ſi feudum ad Regem eſſet deuolutum, & iterum reconceſſum.*

35 *Reipublicæ intereſt, dignitatem in familia benemerita conſeruari.*

36 *Prælatio, quæ competit agnatis per* tex. in cap. 1. §. Titius ſi de feud. defun. mil. fue. contr. cum concordan. *an habeat locum in feudo hæreditario, vel in feudo ex pacto, & prouidentia tantum, & authores connumerantur, tenentes habere locum in feudo, ex pacto, & prouidentia tantum.*

37 *Afferuntur quoque Doctores, quod habeat locum in feudo hæreditario.*

38 *In Regno in feudo hæreditario eſt incluſa qualitas pacti, quia ſunt vocati hæredes ex ſanguine, ſed vti hæredes, & ſic feudum mixtum ex inueſtitura erigitur.*

39 *Hæres petens prælationem non contrauenit facto defuncti, & ſic ceſſat* tex. in l. cum à matre C. de rei vendic.

40 *Eadem ratio affectionis, & imaginis maiorum viget in feudo mixto, ſiue hæreditario, dummodo feudum ſit antiquum.*

41 *Maxima differentia eſt inter feudum ex pacto, & feudum hæreditarium.*

42 *In feudo mixto operatur inuentarium, ſicut in feudo ex pacto.*

43 *Quale vocatur feudum mixtum.*

44 *In Regno feudum non poteſt haberi, niſi titulo hæreditario, & ſucceſſor tenetur creditoribus defuncti etiam facto inuentario vſque ad valorem feudi, & numero 103.*

45 *Forma inueſtituræ in Regno non facit feudum mixtum, ſed feudum merè hæreditarium, nec proficit inuentarium, reprobata illa opinione Ciuiliſtarum, quod in feudo mixto operatur inuentarium, ſicut in feudo ex pacto.*

46 *Feudatario alienante feudum hæreditarium, hæres tenebitur approbare eius alienationem.*

47 *Agnatus non poteſt habere feudum hæreditarium, niſi ſit hæres in ipſo feudo, quamuis non ſit hæres vltimè decedentis.*

48 *Feudo hæreditario inſita eſt qualitas, vt hæres feudi teneatur habere ratum factum defuncti.*

49 Tex. in l. cum à matre *locum habet quando agnatus impugnat voluntatem alienantis feudum, contraueniendo venditioni factæ per poſſeſſorem.*

50 *Feudum ex pacto, & prouidentia alienatum omninò poſt mortem alienatis peruenire debet ad proximiorem agnatum etiam abſque pretio, & prælatio, de qua ſupra eſt dictum, non eſt, niſi præmatura ſucceſſio, quod non eſt in feudo hæreditario.*

51 *Feudum hæreditarium ſemel alienatum cum aſſenſu nunquam peruenit ad proximiorem agnatum, & n. 113.*

52 *Repetitur ratio conſiderata per* Rouit *propter affectionem maiorum, & n. 54.*

53 *In bonis allodialibus ceſſat prælatio.*

55 *Prælatio non competit agnato in feudo ex pacto nouiter quæſito, & aſſignatur ratio.*

56 *Eadem ratio militat in feudo hæreditario.*

57 *De re ſua quilibet poteſt ad libitum diſponere abſque periculo prælationis.*

58 *Hæc limitatur in feudo ex pacto, & prouidentia, & non hæreditario.*

59 *Conſuetudines feudales propriè in materia retractus debent strictè interpretari, nec extra caſus, de quibus loquuntur, poſſunt extendi, etiam ſi caſus ſint ſimiles, parem, vel maiorem rationem habentes.*

60 *Agnatus vigore* tex. in §. Titius, & in §. ſed & tes *non poteſt dici præferri iure protbomiſeos, quia verè non dicitur prælatio, ſed reuocatio, & n. 72. & 73. & quatenus eſſet vocandum ius prælationis, quomodo intelligendum erit, & n. 93.*

61 *Poſſeſſor feudi ex pacto quando vult feudum alienare, nedum in ipſa alienatione debet conſentire Rex, verùm & proximior agnatus, aliàs etiam ſi Dominus aſſentiret, ipſe reuocabit.*

62 *In venditione facta abſque aſſenſu, conceſſum eſt ipſi alienanti iure proprio reuocare alienationem.*

*Quid importent in hac materia illa verba iure proprio. ibid.*

63 *In feudo ex pacto competit agnato reuocatio iure proprio, non iure Regis.*

*Et propterea non verò ius protbomiſeos, ſeu retractus; ſed reuocationis rei alienatæ, abſque eius conſenſu agnato competit. ibid.*

*Idque ſuadetur ratione, de qua infra n. 92. & 98. confutata alia, de qua n 99.*

64 *Deciſionibus adductis pro opinione, quod competit prælatio in feudo hæreditario reſpondetur.*

65 *In venditione ſub haſta an habeat locũ prælatio.*

66 *Prælatio*

66 *Prælatio an habeat locum in venditione neceſſaria.*

67 *Prælatio* iux. tex. in §. Titius, & in §. ſed & res, *an viuo patre alienante competat filio.*

68 *Et quid ſi venditio fiat authoritate Iudicis.*

69 *Quæ requirantur ad hoc, vt prælatio competat creditori.*

70 *Et an competat poſt perfectam venditionem, & num.* 117.

71 *Credstor conſanguineus, vt preferatur ex priuilegio* tex. in l. prima de priuileg. creditor. *debet totum creditum creditoribus ſoluere.*

73 *Agnatus volens reuocare viuente alienante feudum, tenetur ſoluere pretium, & cum ratione.*

74 *Verbum redimere in iure nunquam importat emptionem.*

76 *Actio reuocandi competens agnatis iure ſanguinis perimitur annali ſilentio, & quæ ſit ratio, & n.78.*

77 *Ius prothomiſeos non habet locum in venditione nulla, & in hoc differt à iure reuocandi, quod competit agnatis, quando venditio eſt nulla.*

78 *Ius retractus non competit re vendita, niſi facta conſignatione ſiue rei traditione cum effectu.*

79 *Et in hoc differt à iure reuocationis, quod competit agnatis, quia competit nedum ante conſignationem, ſed ante venditionem.*

82 *Verbum retrahere an propriè pro reuocare accipiatur.*

83 *Dominium feudi ex pacto nunquam tranſit in emptorem, ſed remanet penes venditorem eius vita durante.*

84 *Priuilegia particularia agnatis competentia.*

85 *Agnatus præfertur extraneo in emendo, quando vult ſoluere pretium, quando verò non vult ſoluere, tunc expectata morte alienantis, poteſt habere feudum alienatum, nullo refuſo pretio, & n.95. & quid reſpectu fructuum, n. 96.*

86 *Alia exempla priuilegiorum agnatis competentium.*

87 *Agnatis aliquandò præferuntur extranei in educatione, quando ex iuſtis cauſis erit expediens pupillæ.*

88 *Poſſeſſor feudi aliis in feudum dare poteſt inuito agnato, verum poſt eius mortem agnatus reuocat, & quid ſi dedit abſque conſenſu domini.*

89 *Agnati & dominus ſi concurrunt ad redimendum feudum quis præferatur.*

90 *Intellectus* dicti §. Titius *ſi de feudo defuncti fuerit controuerſia, & n.106. & 109.*

94 *Maxima differentia eſt inter feudum ex pacto, & feudum hæreditarium.*

95 *Agnatus quomodo agat ſuper reuocatione alienationis feudi in vita, & quomodo poſt mortem alinantis, & n.100.*

97 *In venditione fructuum feudi hæreditarij durante vita feudatarij non habet locum ius reuocationis.*

101 *In feudo hæreditario ſemper ſucceſſor tenetur habere ratum factum prædeceſſoris, nedum poſt mortem, ſed etiam eius vita durante, etiamſi ſit ſucceſſor titulo particulari.*

102 *Intellectus doctrinæ* Hartmanni Piſtorij *tenentis ius prælationis competere in feudo hæreditario mixto, & n.104.*

105 *Prælatio an habeat locum in feudo hæreditario, tàm in vita, quàm in morte, & n.108. & 116.*

106 *De feudo hæreditario iudicatur, idem quod de allodio.*

## DECISIO C.

DVm vrgentibus creditoribus Ill. Marchionis expoſita eſſet venalis Terra Orioli, antequam licitaretur, comparuit D. Alexander Pignonus filius primogenitus Marchionis, qui Terram prædictam conductionis titulo tenebat, & tanquam creditor in duc. circiter 60000. & proximior agnatus declarauit velle Terram retinere, & quatenus opus eſſet extraneo emptori omnino præferri, dubitatum fuit propterea, an petita prælatio in hoc feudo hæreditario competat. 1

Iure communi feudorum, feudum licitè alienatum duplici iure agnatus reuocare poteſt, vel iure prælationis, ſiue redemptionis, vel iure ſueceſſioois, quod ex lege inueſtituræ ei competebat, iure prælationis agnatus rem feudalem à feudatario venditam oblato pretio ſtatim recuperare poteſt *capite* 1. §. *donare ver. porrò*, & ibi glo. *in verb. pro æquali*, *qual. olim. feud. &c.* Iacob. de Belu. ibid. *verſ. nota hic*, Andr. *num.* 13. *in fin.* Aluar. poſt Bal. *num.* 5. vbi communem dicit, Præpoſ. *n.* 2. Affl *n.* 39. & alij omnes, & hoc duplici via, vel cæptam venditionem prohibendo, nè alteri, quam ſibi venderetur, vel feudum iam alienatum pro æquali pretio ab emptore intra annum redimendo *d. verſ. porrò*, ibi, *in prohibendo*, *vel redimendo*, *cap.* 1. § *ſed etiam res*, vbi, antiqui, & moderni omnes, quos ſequendo referunt Hartm. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 21. Vult. *in tract. de feud. cap.* 11. *num.* 81. Roſentall. *de feud. cap.* 9. *concluſ.* 86. *num.* 3. Schrader. *de feud. par.* 8. *cap.* 7. *num.* 2. & 3. & alij, quos poſt D. de Pont. *in dec.* 11. refert, Dom. Reg. Rouitus *in allegat. inſerta* per D. de Pont. ibid *num.* . . . *cum ſeq.* quibus nouiſſimè addo Carolum AKirchberg. *in ſuo ingenioſo diſcurſu de feudis ex pacto, & prouidentia, & hæreditariis cap.* 5. *num.* 31. iure verò ſucceſſionis feudum alienatum agnatus non viuo ſed mortuo demum alienante nullo refuſo pretio, reuocare poterat, *cap. Titius in primo reſp ſi de feud. defunct. cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. & in* § *hoc quoque cap* 1. *de alien. feud. pater.* & vtrobique Andr. Bald. Præpoſ. Affl. ac communis feudiſtarum ſchola, cuius poſt Hartm. Schrader. Vult. & alios meminit *cap.* 9. *concluſ.* 67. Io Koppen. *deciſ.* 54. *num.* 41. & poſt omnes Carolus AKirchberg. *eodem cap.* 5. *numero* 55. 2 (?)

Inter has duas reuocationis ſpecies non modicam differentiam conſtituit Andr. *noſter in c.* 1. §. *ſed etiam res n.* 4. *per quos fiat inueſtit, & in d.* §. *hoc quoque verſ. & olim num.* 5. *de ſucceſſ. feud.* & poſt eum DD. paſſim, quos referunt Hartm. *q.* 11. 11. *con.* 2. D. de Pont. ibidem *per totum*, nam reuocatio, quæ fit iure ſucceſſionis ex lege inueſtituræ agnato competit *cap.* 1. *de ſucc. feud. in* § *hoc quoque*. & à Domini prouidentia dependet §. *cum verò* Conradus *in p. rub. feud arg. l. ſi arrogator cum ſimil. ff. de adop.* quia concedens feudum 3

 voluit

voluit prouidere, nedum primo acquirenti; verum etiam omnibus eius deſcendentibus ordine ſucceſſiuo Andr. Camer. *in §. præterea Ducatus fol. 94. col. 3. lit. N.* Ioan. Thom. de Marin. *tit. 2. de feud. ex pacto num. 25. & 55.* & alij, quos congerit Roſental. *d. c. 9. memb. primo concl. 67. n. 2.* meritò nulla de eo valet diſpoſitio *d. c. 1. de ſucceſſ. feu.* etiam ſi ſit aſſenſu domini vallata, ex *d. c. 1. de alien. feud. pater.* & propterea feudu alienato, venditore mortuo conceditur agnato hæc prima reuocationis ſpecies. Reuocatio verò, quæ fit vigore prælationis, cum non oriatur ex lege inueſtituræ, non competit iure ſucceſſionis, ſed eſt ſpecies iuris prothomiſeos, quod competit ratione ſanguinis, per quod agnatus præfertur extraneo in emptione, vt infra latè probabimus, & propterea dum in vita alienantis conceditur, æqualis pretij refuſionem deſiderat *d. § porrò, & §. ſed etiam res*, vbi glo. & Iſer. & intra annum tantum exerceri poterit *cap. Titius ſi de feud. defunct.* & tandem hæc duo reuocandi genera adeò inter ſe differunt, vt ſi confundantur, quæſtionis noſtræ reſolutio erit valdè difficilis, ſi diſtinguantur, omnes indubiam iudicabunt, vt in terminis poſt Hartm. Piſtor *quæſt. 11.*
4 *tom 2.* conſiderat Ioan. Koppen. *decif. 54. n. 51.* nam ſi de illa reuocationis ſpecie loquantur, quæ à iure ſuccedendi, ac lege inueſtituræ dependet, certum eſt, illam locum obtinere tantummodo in feudo ex pacto, & prouidentia ſimplici, non alterato à qualitate hæreditaria, vt dixit Andr. *in d. c. 1. n. 1. de ſucceſſ. feud. in c. 1. n. 18. qui ſucceſſ. tenea. ol primo.* & alibi ſæpius, & eſt text. *in d. c. Titius in 1. reſpon.* ſecundum verum intellectum, cum enim talis reuocatio non competat agnato, niſi poſt mortem, quo tempore aperitur ei via ſucceſſionis, vt ſupra diximus; meritò non poterit practicari in feudo hæreditario, in quo poſt mortem alienantis ſuccedens cogitur eſſe hæres, eique obſtaret, factum defuncti, Andr. *in d. cap. 1. num. ... de alienat. feud. pater. & alibi ſæpius.*

5 Si verò ſecundum reuocationis genus, quod iure prælationis competit, conſideremus, tunc, vt concludamus nedum in feudo ex pacto, & prouidentia illud obtinere, ſed etiam in feudo hæreditario, duo erunt præmittenda.

6 Primò prælationem iſtam, quam feudorum conſuetudines agnato tribuunt non aliunde ortum habuiſſe, quam à iure ſanguinis, ſiue agnationis ſecundum gloſ. *in d. §. ſed & res in ver. proximiori,* & infr. *in alio ver. proximiori,* quæ allegat iura communia *in l. Imperatores de pact. in l. qui officij de contrah. empt. in l. ſi in emptionem, ff. de minor. & in l. lex, quæ tutores C. de adminiſtr. tut.* ſequitur Affl punctualiter ibidem *numer. 4. 5. & 9.* Paris de Puteo *loco infr. alleg. num. 15.* & fuit de mente Iſern. *in eod. §. ſed etiam res n. 5.* dum allegat text. *in d. l. Imperatores de pact. & in l. prima. de priuileg. credit.* quæ iura in venditione bonorum agnatum extraneo præferunt, expreſsè illud dixit Bald. *in Conſt. Sancimus,* vbi quoque Affl omnino vid. *num. 7. & 37.* Iacob. Nouell. *in tract. de iur. prothomiſ. §. 2. num 15.* & alij quos refert, & ſequitur D. de Pont. ibidem *num 5 & 6.* quibus addo Dioniſ. Gottofred. in gloſ. *c. 1. § porrò qualiter olim*, quæ
7 prælationem conceſſam in illo text. appellat retractum gentilitium, ſeu agnatilitium, concurrit etiam ratio honeſtatis, vt perbelle Cuiac. *in d. §. Titius in fin. ſi de feud. defunct.* quam ſatis exornat Rouitus, vbi ſupra: habent enim in hoc conſanguinei maximum intereſſe, ne bona, quæ fuerunt maiorum ſuorum, ad alienas manus perueniant, vt latè per Tiraquell. *in præfat. ad retractum conſanguinitat. num. 34.* hinc communis, & veriſſima fuit feudiſtarum opinio agnatum vigore iuris prothomiſeos ſtatim poſſe recuperare feudum alienatum refuſo pretio Paris de Puteo *in c. an ſi vendatur per tot fol. mihi 243.* Affl. *in d. § ſed etiam res num 4. & in d. § porrò num. 36. in fin.* Cæph. *conſ 133. num 73. vol. 1.* Io. Koppen Germanus *decif. 54. num. 51.* Schrader. *de feud. par 8. cap. 7.* qui communem, & veriſſimam dicit, Harth. Piſtor. *lib. 1. par. 1. quæſt. 11. num. 51.* Roſental. qui pluſquam centum DD. ad hoc adducit *de feud. cap. 9. memb. 2. concl 87. lit. A.* vbi etiam de communi teſtatur, & alij, quos poſt D. de Pont. refert, & ſequitur D. Rouit. vbi *ſup. num. 13.* quibus addo Annam *obſeru. 10.* & Carolum A Kitcheberg. omnino legend. *in eod. tract. de differ. inter feud. ex pacto, & hæredit. c. 5. n. 31.* vbi aſſerit, omnes feudiſtas ita ſentire.

Secundum, quod velut principium attendendum eſt, iura feudalia, quæ loquuntur in feudis 8
ex pacto rectis, & ſimplicibus, procedere etiam in feudo hæreditario, præſertim reſtricto ad certos hæredes (vt ſunt quaſi omnia in Regno) tum quia iſtud quoque ex pacto dicitur ſecundùm Iſern. *in cap. 1. in princ. de alienat. feud. pater.* Camer. *in cap. Imperialem § præterea Ducatus n 95. lit. C.* poſt alios D Rouit. *n. 48* nec in alio diſtat vnum ab alio, præterquam in eo, quod
ſuccedens in feudo ex pacto, & prouidentia ſimplici iure proprio venit, nec ad aliquid defuncti 9
nomine tenetur, in feudo verò ex pacto hæreditario nemo ſuccedit citra ius, & nomen hæredis, Andr. quem refert Camer. ibid. *n. 96. lit. B.* in omnibus verò aliis retinet eandem naturam, & indolem, vt poſt Par. Menoch. Vulr. & alios, quos refert, aſſerit Carolus A. Kitcheberg *in eodem tract. c. 3. n. 76* & proinde præterquam in illa alteratione qualitatis hæreditariæ erit feudum ex pacto, & iudicabitur ſecundùm leges feudorum per tex. *in c. 1. de feud. non hab. prop. feud. nat.* & à conſuetudine feudorum interpretationem recipiet poſt alios Bammac. *in cap. feudum ea lege n. 16. ſi de feud.* Camer. *in cap. Imperialem n. 14. lit. T. verſ. itaque mordicus*, & alij, quos colligit
Roſental. *c. 1. concluſ. 54. n. 3. lit. E.* tunc ſic, ſi 10
illa qualitas hæreditaria non conſideratur in ipſo feudo, niſi poſt mortem, & in vita nullum effectum operatur, vt iuxta veras regulas fundat Iaſ. *conſ. 56. n 25 vol. 3.* Hartm. Piſtor. *quæſt. 11. n. 20.* Schrader. *d. cap. 7. n. 2.* Reg. de Pont. ibid. *num. 10.* D. Rouit. ibid. *num. 75. 76. & 77.* quibus addo Andr. *in cap. 1. num. 1. verſ. ſequi ſi eſſet. de alien. feud. pater.* viuentis enim nullus eſt hæ-
res *vulg. iur.* igitur punctus huius prælationis ſi 11
competat agnato in vita, etiam in feudo hæreditario, determinabitur ſecundum leges feudorum, quo tempore qualitas illa hæreditaria agnatum retrahentem non repellit, cum is non veniat, vt hæres; ſed quia coniunctus ratione ſanguinis, hinc notabiliter dixit Frecc. *lib. 1. de ſubfeud. differ. 25. int. feud. ex pact. & hæred. fol. mihi 454.* quod iura feudorum, quæ generaliter loquuntur, procedunt tam in feudo ex pacto, quàm hæreditario, vnde infert, quod

tex.

*tex. in d. §. ſed etiam res , & in capite* 1. §.*& ſi libellum* , quæ loquuntur de refutatione , procedant etiam in feudo hæreditario , plura ad propoſitum D. Rouit. *numero* 56. & 57. His ſic poſitis ſi iura feudalia , quæ prælationem fundatam in iure ſanguinis , & coniunctionis agnato indiſtinctè , & generaliter tribuunt, obtinent tàm in feudo ex pacto , quàm in hæreditario , cum tempore , quo conceditur , alteratio qualitatis non repugnet , concludendum videtur illorum opinionem, qui in feudo hæreditario agnato prælationem tribuunt, eſſe communem veriſſimam,& indubitabilem , cum ſit deciſa per caſus iurium.

12 Conſiderandum quoque eſt, potiſſimam differentiam inter feudum ex pacto ſimplex,& feudum ex pacto hæreditarium,illam eſſe,vt feudum hæreditarium,poſſit ad libitū cum domini aſſenſu alienari , etiam in præiudicium agnatorum , feudum verò ex pacto nequaquam , vt dixit Andr. *in cap.*1. *de alienat. feud. pater* , ſed ſi po-
13 namus, quòd feudum ex pacto fiat alienabile in præiudicium domini,& agnatorum,adhuc agnato competet prælatio iure ſanguinis , ſecundùm Bald. *in d.§. porrò* , vbi Aluar. omnino vidend. *num.*5. & 6. Præpoſ. Affl. Paris de Puteo vbi ſup. *num.* 8. gloſ. Paris damnatæ memoriæ , &. alij communiter , quos ſequendo congerit Roſental. *cap.* 9. *mem.*2. *concl.* 89. *num.*4. *lit.C.*vbi de magis communi teſtatur,& latiùs *concluſ.*35. *per totam* , & licet aliqui ex prædictis DD. loquantur,quando conſuetudo , vel ſtatutum permitit feudum alienari ad libitum ſine conſenſu domini, tamen idem erit, quando fieret alienabila, etiam in præiudicium agnatorum,vt punctualiter poſt Aluar.ibid.& alios Roſental.ibid. *num.*5. *lit.C.& concluſ.*58. *num.* 35. *& ſequenti*; Si igitur quando feudum ex pacto,& prouidentia antiquum alienatur ad libitum.adhuc ſubijcitur iuri retractus in vita alienantis , ita quoque , dicendum erit in feudo ex pacto hæreditario.

14 Rurſus quid aliud diuerſum poteſt habere feudum hæreditarium,niſi iſtud,vt.ſcilicet illius diſpoſitio ſit ad inſtar allodialium,quando fit cum aſſenſu domini ex doctr. Iſer. malè intellecta *in c.*1.*n.*14.*de nat.ſuccess.feud.* vt ibid. aduertit Liparul.ſed in iſtis quoque feudis,quorum diſpoſitio
15 eſt ad inſtar burgenſaticorum cum aſſenſu domini,habet locum ius retractus ratione ſanguinis , Affl. *in d.c.*1.*§.porrò n.* 39. qui loquitur in feudis Regni Siciliæ,quæ per *cap. volentes* fuerunt redacta ad inſtar allodialium ſecundùm Cannet *in d.cap.volentes fol.mihi* 43.*n.*34. probat etiam in Gallia,vbi feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialium poſt Fabr & alios Tiraquell. *in tract.retract.lignag.§.*1.*gloſ.*3. *num.* 11. & 12. vbi dicit , hanc opinionem non habere dubium , quem refert, & ſequitur Conſ. Ann *obſer.* 10. *omnino legenda* , quibus addo Burſat. *conſ.* 49. *numero* 53. Vult. *de feud. lib.* 1 *capite* 11. *numero* 93. gloſ. Paris. dam. mem Ferron.& alios; quos refert , & ſequitur Roſental. *ead. concluſ.* 89. *lit.C.*igitur non ex eo, quod feudum hæreditarium alienatur, vti res burgenſatica interueniente aſſenſu domini , erit immune ab hoc iure retractus, hinc neſcio , an dum D.Rouit. ibidem *num.* 110. in feudo ſimpliciter hæreditario tranſitorio ad quoſcunque hæredes , denegat retractum , benedixerit , cum illud debeat intelligi de reuocatione , quæ fit iure ſucceſſionis ſine vlla refuſione pretij ; non autem de iure 16
prælationis in vita pro æquali pretio , vt in indiuiduu poſt Burſat. diſtinguit Roſental.*ead. conclu.*89.*in addit.lit.C.* vbi poſt Hartm. aduertit , cauendum eſſe à Pariſ. de Puteo contrarium tenente.

Et tandem , quod in feudo hæreditario ha- 17
beat locum ius retractus ratione ſanguinis , & coniunctionis , punctualiter tenuerunt omnes DD.citati per Regentem de Ponte *prædicta deciſ.*11. *num.*10. & D.Reg.Rouit.ibid. *à num.*71. *vſque ad* 74 quos congerere eſſet potius laborioſum , quam vtile, quibus addendi ſunt gloſ. Pariſ.damn.memo.& Vult.*in tract.de feud.* quos adducit Roſental. *concluſ.* 89. *l. F.* vbi etiam *num.* 6. dicit , opinionem prædictam eſſe conformem regulis Neapolitanorum, & propterea ab eis teneri.

Habet etiam hæc opinio rerum iudicatarum 18
authoritatem, vt patet *in* 11.*dec.* Coll. Conſil. apud Reg. de Pont. vbi præcedente perquam maxima diſcuſſione fuit deciſum , & pluries tum antea , tum poſtea in S. C recepta, vt patet ex multis exemplis in proceſſu productis, & nouiſſimè in locatione eiuſdem Terræ Orioli fuit prælatus D. Alexander tanquam primogenitus iunctis Magnificis Conſiliariis duarum Aularum , inſuper pro D. Alexandro inſtabat D. Carol. Branc. Aduoc. famigeratus , vir excelſi ingenij , & authoritatis , quod non ſolum præferri debebat D. Alexander , vt agnatus ex præc. doctrinis , ſed etiam quia erat creditor in maxima pecuniarum quantitate , propterea cum feudum Marchionis debitoris venditur, 19
ipſe vti creditor , & agnatus erit extraneo omni iure præferendus , caſus eſt *in l. prima ff. de priuil. credit.* & licet gloſſa variauerit in intellectu illius text. tamen communiter tenetur in- 20
tellectus Iacob. de Arena , qui ita ſummat illum , *Quod pluribus volentibus emere, præfertur ille,qui eſt agnatus debitoris*,Din. Bart. Odofred. Guman. & antiqui communiter ibid. *& in l. Imperatores ff. de pact.* vbi præ cæteris Oroſcius inſignis Doctor *num.* 9. *quia conſanguinei, creditoreſque fuerunt* , quod etiam alibi docet *l. prima ff. de priuileg. cred.* de communi quoque teſtatur Dom. de Franch. *deciſ.* 82. *num.* 3. Tiraquell. *lib.* 1. *de retract. in præfat. num.* 41. Vanderan. *in tract. de priuil. credit. quæſt.*12. & alij , quos refert , & ſequitur Rodet. *in tract. de priuil. credit. part.* 2. *art.* 5. *in form. libell. de remiſſion. num.*7. *in fin. fol. mihi* 104. Parlador. *rer. quotidian. lib.*2. *parte.*5. §. 13. *num* 9. cuius legis diſpoſitio hodie eſt in viridi obſeruantia, cum non fuerit correcta per *l. dudum C.de contrah. empt.* ita Alex. *in apoſt.* ad Bart. *in d. l. dudum lit. A. & in ead. l. prima lit. A. apoſtill.* ad Bald. *in ead. l. dudum lit. A.* Dioniſ. Gotrifred. ſubtilis Doctor *in d. l. prima* , quæ in ſuo Codic. eſt *l.* 16. *de reb. auth. iud. poſſid. lit. T.* qui dicit hæc verba , *ius protbomiſeos propinquis, & ſociis non competit l. dudum , de contrahen. empt. niſi in auctione bonorum* , vt hic , & ſic deciſum teſtatur in Senatu Sabaudiæ Antonius Faber. *in ſuo C. Fabrian. ſub tit. de iur. deliber. defin.*14. *in fin. & lib.*5. *coniect. iur. ciuil.cap.*15. *in fin.* vbi reſpondet obiectis gl. & ne deſit authoritas noſtri Sacri Conſ. quod in venditione bonorum debitoris ſub haſta præferatur agna-

tus, & creditor vigore illius *l.* quando ante
conſignationem poſſeſſionis comparet, teſtatur
iunctis Aulis fuiſſe deciſum Iacob. Anell. de
Bott. Reg. Conſiliarius, vir doctiſſimus *in ad-
dition.* ad Bar. *in d. l. prima in nouiſſ. impreſſ.
Veneta.*

21 Nec reſpondendum, diſpoſitionem illius le-
gis non procedere in feudis, nam multo ma-
gis in eis locum obtinebit, cum ſit conformis
conſuetudini iuris feudorum præferenti agna-
tum extraneo in venditione feudi per *d. §. per-
rò*, & ne deſit authoritas, videatur Andr. de
Iſer. *in d. §. ſed etiam res num.* 3. vbi agens de
prælatione conceſſa agnato in emptione feudi,
dicit hæc verba, *Et ſic præferuntur agnati in
emendo, ſic l. prima ff. de priuil. credit.* & Paris
de Puteo *in tract. de reinteg. feud. in cap.* 741.
*num.* 15. coniungit diſpoſitionem iurium feuda-
lium ſcilicet *§. perrò*, *& §. ſed etiam res cum d.
l. prima, de priuil. cred.* igitur vel iura feuda-
22 lia comprehendunt feudum hæreditarium reſ-
pectu prælationis etiam in venditione neceſſa-
ria ſecundum gloſ. *in d. §. perrò*, & res erit ex-
pedita, vel ſi non eſt caſus deciſus per illa iura,
debemus vti diſpoſitione *d. l. prima*, quæ non
corrigitur per *d. legem dudum*, & ſi *dicta l. pri-*
23 *ma* concedit agnato creditori prælationem in
bonis burgenſaticis venditis ſubhaſta quomo-
do poterit de ea dubitari in feudo quantumuis
hæreditario?

24 Imò, DD. tenentes in venditione neceſſaria
ceſſare prælationem loqui contra caſum legis,
prout eſt Rodulphus Schrader. *part.* 8. *cap.* 7. &
propterea de eius opinione valdè dubitat Dom.
de Pont. ibidem *num.* 15. qui loquitur ſecun-
dum veros terminos, cui addo gloſ. punctua-
lem *in d. cap.* 1. *§ perrò ver. pro æquali*, per hæc
verba, *hodie dominus præfertur, volens pro æqua-
li pretio redimere*, maximè in Ciuitatibus, in
quibus vaſſallorum ſunt feuda, quæ pro eorum
debito creditoribus ſuis venduntur, ſequitur
Beluiſ. Iac. de Neap. Bal. Aluar. qui commu-
nem dicit *num.* 5. Affl. *num.* 38. Par. de Puteo
25 ibidem *num.* 6. *&* 14. & alij omnes, & licet gloſ.
loquatur in domino; tamen in redimendo, vel
prohibendo potior erit agnatorum conditio
*d. §. perrò*, vbi gloſſ. & Andr. & punctualiter
26 Aluar. ibidem *num.* 5. *verſ. ex prædictis infero*,
& alij, quos congerit Roſental. *ead. concl.* 89.
*num.* 5. *&* *concluſ.* 58. *num.* 42. & indiſtinctè,
quod in venditione quorumcunque bonorum,
quæ fit ſub haſta, locum habeat ius protomi-
ſeos, tenuit gloſ Pariſ. dam. mem. *in conſ.* Pariſ.
*tit.* 1. §. 13. *num.* 14. Arnold. Ferron. *in conſuet.
Burdegal. in tit. de retractu* §. 1. & deciſum ita
fatetur Pappon. *de retract. lignag. lib.* 11. *tit.* 2.
*arreſt.* 29. *verſ. maius dubium*, quem refert, &
ſequitur Ariſmin. Tepat. *in tit.* 399. *vol.* 2. *fol.
mihi* 815. Dom. de Franch. *deciſ.* 277 482. *&*
588. vbi ita indifferenter in S. C. iudicatum
fatetur; cum ſufficiat, quod talis venditio ha-
buerit ortum ex obligatione contracta per ip-
ſum debitorem, ne domino, vel agnatis in re-
tracto præiudicetur. D. de Franc. *d. deciſ.* 277.
*n.* 1. Roſent *concl.* 58. *n* 42. nouiſſimè ita præce-
dente maxima diſcuſſione in Rot. Rom. deciſum
fatetur Coccius *in dec. impreſ. poſt tract. de cenſi-
bus dec.* 186. referente tunc Auditore Ludouiſio
deinde Beatiſſimo S. P. Gregorio XV.

Ex quibus concludendum videtur, D. Ale-
xandrum Pignonum vti proximiorem agnatum,
ac creditorem eſſe præferendum huic extraneo
emptori, qui in licitatione alios ſuperauit, &
propterea poſſe recuperare hoc feudum à ma-
nu Marchionis, ſiue Iudicis cum eiſdem qua-
litatibus, prærogatiuis, & dignitatibus: do-
minium enim feudi nunquam abſceſſit à Mar-
chione, dum emptori non fuit conſignata poſ-
ſeſſio, nec expeditus Regius aſſenſus, & ſic li-
cet D. Alexander habeat feudum à manu Iu-
dicis, cenſetur illud habuiſſe à Marchione, cum
venditio, quæ fit à Iudice, dicatur facta à de- 27
bitore. *l. ſi ob cauſam C. de euict.* vbi Bar. Bald. &
alij omnes. *l. ſi pignora ff. eod. tit.* Præſ. de Franch.
*deciſ.* 200. *num.* 3. Theſaur. *dec.* 157. *num.* 11. Ro-
uit. *in pragm. prima de priuil. vniuerſ. conceſſ. nu-
mer.* 26. & ideò dicitur potius venditio volun-
taria, quam neceſſaria Signorol. *conſ.* 73. *in fin.*
poſt Bar. *in l. prima ff. de acquir. poſſ.* Bald. *in auth.
ei, qui iurat col. pen. verſ. modo ego quæro C. de
bon. auth. Iud. poſſ.* & quando Iudex vendit rem 28
feudalem ſub haſta, non poteſt vaſſallus eam
infringere, cum eam ipſe feciſſe videatur Alex.
*conſ.* 11. *viſo proceſſu poſt principium lib.* 5. ſi igi-
tur D. Alexander emit à Marchione debitore,
talis venditio non erit venditio, ſed quaſi re-
futatio *cap.* 1. §. *ſed etiam res*, vbi gloſ. & Andr.
per quos fiat inueſt. *cap.* 1. §. *& ſi libellum*, vbi
in ſpecie Andr. *de alien. feu. pater.* quilibet enim 29
contractus factus cum proximè ſucceſſuro re-
ſoluitur in refutationem *d §. & ſi libellus*, Andr.
*in cap.* 1. §. *& ſi clientulus verſ. fratri, de alien.
feud.* debet enim refutatio cadere in aliquod
ſpeciale nomen contractus, Andr. *in d. §. & ſi
bellum num.* 6 *&* 8. vbi loquitur de venditione,
D. de Ponte, qui ita pluries iudicatum fatetur
*in tit. de refut. feud* §. 1. *num.* 17. *&* 24. *in fine*, ante
eum Anna Pater *alleg.* 97. *ſecundo vol. & ſing.*
569 *& filius conſ.* 41. in hoc actu magis perſo-
na, quam titulus attenditur ſecundum Bald. *in
l. exequutorem col.* 6. *verſ. pone, duo ſunt ſtatuta
C. de exeq. rei indic.* & hæc adeo vera ſunt, vt 30
& ſi indiſtinctè quando Baro vendit Terram,
vaſſalli admittantur ad demanium; tamen ſi
venditio fieret per patrem filio primogenito,
omnino eſſet denegandum, prout plories in R.
C. fuit denegatum, vt poſt alios teſtatur Bam-
mac. omnino vidend. *in cap. beneficium à vaſ-
ſallo num.* 112. *ſi de feud. defunct.* vbi ſub *n.* 214.
refert Blaſc. Lanceam dicentem, quod quomo- 31
docunque feodum alienatur in proximè ſucceſ-
ſurum, & ex quacunque ſpecie alienationis,
dicitur refutatio. Cum ergo contractus factus
inter Marchionem & D. Alexan. primogeni-
tum ſit quædam refutatio, tranſibit feudum
Orioli in ipſum cum eiſdem prærogatiuis, & 32
proinde cum titulo, & dignitate Marchionis,
ex quo enim non tranſit in extraneas manus;
ſed in eum, qui dicebatur Marchio in vita pa-
tris ſecundum Frecciam poſt Iſer. *lib.* 3. *de ſub-
feud. in tit. de differ. inter feud. titul. &c. num.* 7.
latiſſimè Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 4. *cap.* 13. *n.* 139.
*tom.* 2. habebat quaſi dominium feudi ſecun-
dum gloſ. *in cap. fin.* 24. *quæſt. prima*, Bald. *in l. in
ſuis, de liber. & poſthum.* ſolaque adminiſtratio ei
deerat, ita vt mortuo patre non dicatur capere
feudum Bal. *in cap.* 1. *an mut vel ſurd.* Iacobin.
*in tract. de feud. in verb. Dux.* Frecc. ibidem *n.* 8.
cum patre vna caro reputabatur *in l. fin. C. de
impub.* neſcio, quomodo poſſit dici extincta
illa 33

illa dignitas tanto magis eum in caſu noſtro titulus ſit conceſſus Terræ, vt patet ea verbis priuilegij, quo caſu nonquam extinguitur, & ſi ad Regem eſſet deuolutum, & iterum reconceſſum ſecundum Andr. *in cap.* 1. *num.* 4. *verſ. ſi verò, de feud. Marchi.* Petr. de Greg. *de conceſſ. feud. part.* x. *queſt.* 3. *numer.* 1. latè Frecc. *lib.* 2. *de ſubfeud. in tit. quis dicatur Comes n.* 47. D. de Pont. *in conſ.* 1. *num....* & latiùs *in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. lect.* 6. *num...* nouiſſimè Maſtrill. ibidem *num.* 84 tum etiam, quia cum feudum prædictum perueneris in poſſe D. Ale-
34 xandri potius titulo refutationis, quam venditionis, dubitari non poterit, illud remanſiſſe antiquum, vt *in cap.* 1. *de vaſ. decrep. ætat.* tantò magis in Regno per ea, quæ dicit D. de Pont. *in tit. de refut. in princ. num.* 37.

Quæ omnia tanto magis nullam videntur
35 habere difficultatem in caſu noſtro, cum tractetur de conſeruanda dignitate in familia, quod ſatis Reipublicæ intereſſe dicit text. expreſſus, vbi gloſ. *in l. prima §. ſed & ſi ff. de ventr. inſpicien.* ad quod etiam reſpexiſſe ius prothomiſeos fatetur Iacob. Nouell. *in ſuo tract. iuris protbom.*

Ad excluſionem D. Alexandri contra hæc iura egregius tunc Aduocatus, nunc Reg. Conſil. D. Hect. Capyc. Latr. hæc ſcripſit, quæ pro ſummæ eius doctrinæ cultu inſerere volui.

36 Certum eſt, quod text. *in cap.* 1. §. *Titius ſi de feud. defunct. militis fuerit contr. & in cap.* 1. §. *ſed & res per quos fiat inueſtitura*, & text. *in cap.* 1. §. *porrò, qualiter olim feud. alienar. poter.* loquuntur in feudo ex pacto, & prouidentia, & non in feudo hæreditario, prout tenuerunt, Iſer. *in d.* §. *Titius*, & *in §. ſed & res.* Affl. ibid. *num* 4. Alex. *conſ.* 56. *lib.* 5. Natt. *in add. conſ.* Alex. Zaſius *de feud. part.* 8. *n.* 61. Brun. *conſ.* 80. Graſſ. *commu. opin. quæſtion.* 25. Cæphal. *conſ.* 133. *num.* 73. & 76. Intrigl. *cent.* 1. *queſt.* 51. *num.* 11. Cannet. *in extrauag. volentes* §. *proſpexit num.* 11. & *ſeq.* Frecc. *lib.* 3. *differ.* x. *inter feud. ex pact. & prouid. & feud. hered.* Pat. *de reintegr. fol.* 133. Lipar. *in d.* §. *Titius lit. C. verſ. quinto præmitto*, & *in verſ. ſi hæreditarium fol.* 153. *lit.* C. quos refert Rouit. *ſub rubr. de feudis num* 18. quibus addo Dec. *conſ.* 144. & 390. Gram. *deciſ.* 103. *num.* 207. Camer. *in l. Imperialem car.* 98. & *car.* 90. *col.* 3. *verſ. quarta concluſio*, Loffr. *conſ.* 1. *num* 102. & *in d.* §. *Titius*, & *conſ.* 14. *num.* 31. Guzzad. *conſ.* 9. *num.* 53. Rimin. iun. *conſ.* 5 *num.* 54. *lib.* 1. Franch. *deciſ.* 1. *num* 29. Rol. à Vall. qui teſtatur de commun *conſ* 57. *num.* 76. *lib.* 5. Intrigl. *lib.* 2 *art.* 32. *num.* 47. Ruin. *conſ.* 1 *num.* 15. *lib.* 1 Lanar. *conſ.* 69. Theſaur. *deciſ.* 99. Affl *in Conſtit. Prædeceſſorum num.* 4. Bammacarius, qui dicit hanc opinionem veriſſimam *in d.* §. *Titius*, Balzar. *in d.* § *ſed & res*, Garſ. Maſtr. *in conſ. vnico poſt deciſ. lib.* 1. *num.* 63. Menoch. *conſ.* 745. *num.* 43.

Pro parte verò affirmatiua adducuntur per D. Reg Rouit. *in rubr. de feud. num.* 31. infraſcripti Doctores, Afflict. *in cap.* 1. §. *hoc quoque num* 56. *de ſucceſſ. feud.* Pati. *dicto fol.* 13. Iaſ. *conſ.* 56. Sehrader. *part.* 8. *cap.* 7. *num.* 56. Hartman. *lib.* x. *queſt.* 11. *part.* 1. *num.* 10 Iolius Clarus *in §. feudum queſt.* 41. Seraph. *conſ.* 82. *n.* 2. *cent.* 2. Cannet. *in cap. proſpexit num* 17. & 18. Intrigl. *cent.* x. *artic.* 32. *numer.* 8. Gothfred. Anton. *diſput. feud.* 10. *theſ.* 5. Roſental. *cap.* 9. *membr.* 2. *numer.* 7. *concluſ.* 89. Fab. de Anna *obſeru.* 16.

Et ſic apparet, quod ſunt pro opinione negatiua 29. Doctores, inter quos adſunt Andreas de Iſern. & Cæmeratius, pro opinione 37 autem, quod habeat locum ius prothomiſeos in feudo hæreditario, ſunt tantum duodecim Doctores, & ſic numero, & authoritate minores.

Verum pareat mihi authoritas tanti viri, maior pars ipſorum non probat opinionem, pro qua allegatur; nam Patis *in fol.* 133. *num.* 14. & 15. potius fundat opinionem, quam defendimus, dum allegat text. *in d.* §. *ſed & res*, immò in fine fundat expreſsè pro opiniona negatiua in feudo hæreditario, & *num.* 17. & ſic intelligunt eum Hartm. Piſtot. & Roſental. contrariæ opinionis ſectatores, & Sehrader. *in c.* 9. *membr.* x. *concluſ.* 8. *in fine*, Iaſ. *in alleg. conſ.* 56. *lib.* 3. loquitur in feudo ex pacto, & prouidentia, Intrigl. *cent.* 2 *art.* 3 a. allegat Clar. in loco allegato, qui contrarium, & ſic noſtram ſequutus fuit opinionem ibidem *num.* 47. vbi teſtatur de magis communi ex *allegat. conſ.* Roland. à Vall. Cannet. *in dicta extrauaganti volentes* §. *proſpexit*, expreſsè tenuit contrarium, & ſic remanent pauci, qui hanc opinionem tenuerunt.

Verum dictæ opinionis ſectatores negare non poſſunt, quod illa tria iura, ex quibus elicitur, in feudis habere locum ius retractus, loquantur in feudo ex pacto, & prouidentia, verum illa extendere intendunt etiam in feudo hæreditario ex quatuor potiſſimè fundamentis.

Primò, quia in feudo hæreditario eſt incluſa 38 qualitas pacti, quia ſunt vocati hæredes ex ſanguine, ſed vti hæredes, & ſic feudum mixtum ex inueſtitura erigitur, & propterea iuxta loquentia de prælatione in feudo ex pacto, debent intelligi etiam in feudo hæreditario, in quo ineſt qualitas feudi ex pacto, dum agnati vocantur, quamuis cum qualitate hæreditaria.

Secundò, quia ceſſat ratio text. *in l. cum à* 39 *matre C. de reiuend.* ex quo agnatus non contrauenit facto defuncti, imò viuo alienante, & ſic antequam ſit hæres, prælationem quærit.

Tertiò, quia nedum non contrauenit venditioni, imò expreſsè eam firmat, nam dum petit prælationem, præſupponit venditionem perfectam, ſed ex propria perſona trahit feudum venditum.

Quartò, quia viget eadem ratio in feudis 40 ex pacto, quæ in auito, ſiue hæreditario, dummodò feudum ſit antiquum, hoc eſt affectio, & imagines maiorum.

Verum diligenter prædictis, & aliis adductis conſideratis, apparebit, quod nullo modo ſtringunt, nec obſtabit primum fundamentum, maxima enim eſt differentia inter feudum ex pacto, & feudum hæreditarium, cum in feudo ex pacto poſſeſſor feudi nullo modo poſſit præiudicare ſucceſſoribus, quod non militat in feudo hæreditario, cum poſſit poſſeſſor de 41 eo diſponere ad libitum cum conſenſu Regis, prout vltra Regnicolas *in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien.* per Federic. probat Alex. *conſ.* 58. *vol.* 5. *col. penul.*

Secundò reſpondetur, quod omnes, qui 42 iſtam

iſtam opinionem admiſerunt in feudis mixtis,
ea ratione mouentur, quia in ipſis operatur in-
uentarium, ſicut in feudo ex pacto, & vo-
43 cant feudum mixtum illud feudum, in quo
quamuis ſit neceſſaria qualitas hæreditaria, at-
tamen non tenetur ad onera facto inuentario,
niſi pro bonis allodialibus, & iſtud feudum
non capit quis, vt hæres, ſed vigore primæ in-
ueſtituræ, prout loquitur Bald. *in cap. 1. de eo,*
*qui ſibi, & heredibus ſuis*, de quo feudo mixto
loquitur plenè Surdus *in tract. de alimentis q. 10.*
*tit. 4. num. 22. 23. & 24.* imò idem Surdus *in*
*conſ. 108. num. 11.* dicit, quod non ſit verè res
hæreditaria, ſed nos non loquimur de iſto feu-
do mixto taliter conſiderato, ſed loquimur de
44 illo feudo, in quo ſucceſſor non poteſt habe-
re feudum, niſi titulo hæreditario, & tenetur
creditoribus defuncti etiam facto inuentario
vſque ad valorem feudi, & hoc etiam fundat
Dom. de Franchis *in decis. 387.* qui reprobata
illa opinione Ciuiliſtarum, quod in feudo mix-
to operatur inuentarium, ſicut in feudo ex pa-
45 cto, tenet, quod forma inueſtituræ in Regno
non facit feudum mixtum, ſed feudum merè
hæreditarium, nec proficit inuentarium, idem
tenet Camill. de Curt. *in ſuo diuerſ. feud. fol. 49.*
*num. 53. vſque ad 57.* ex quibus apparet etiam
reſponſum tam ad Iulium Clarum, quam ad
omnes, qui loquuntur de feudo mixto, quia
maxima eſt differentia inter qualitatem illius
feudi mixti, de quo per dictos Doctores, & no-
ſtrum feudum hæreditarium.

Nec obſtabit ſecundum argumentum, quia
quando feudatarius alienat feudum hæredita-
46 rium, nedum alienatio valebit, durante eius vi-
ta, ſed etiam eius hæres tenebitur approbare
eius alienationem, prout dixit Petrus de Greg.
*de conceſſ. feud. part. 2. quaeſt. 10. num. 2.* & ſic
conſideratur qualitas hæreditaria, tam in vita,
quam in morte.

47 Secundò, ſi agnatus non poteſt liberè feu-
dum habere hæreditarium, niſi ſit hæres in ip-
ſo feudo, quamuis non ſit hæres vltimi dece-
dentis, prout poſt alios dixit D. de Franchis
*in decis. 704.* ergo non eſt neceſſaria mors, cum
ex ſui natura, & erectione feudi hæreditarij
inſita ſit iſta qualitas, vt tanquam hæres feudi
48 teneatur habere ratum factum defuncti, cum
nunquam iſta qualitas poſſit à feudo ſeparari,
variari, aut omitti, Minad. *conſ. 10. num. 14.* D.
de Ponte *in §. 3. de aſſenſ. reg. ſuper dot.*

Tertium argumentum reſoluitur etiam ex
prædictis, cum enim agnatus contrauenit ven-
49 ditioni factæ per poſſeſſorem feudi, qui alij,
quam agnato vendidit, impugnat voluntatem
ipſius, & propterea ſemper locum ſibi vendi-
cabit text. *in d. l. cum à matre*, nec termini re-
uocationis vigore *Conſtitutionis Conſtitutionem*
*diuæ memoriæ* ſunt adaptabiles, nam illa proce-
dit, quando venditio eſt nulla ex defectu aſſen-
ſus, cumque ex iure communi feudorum alie-
nans feudum, illud amittebat *ex l. Imperialem*
*de prohib. feud. alienat.* per Federic. *& cap. 1. de*
*prohib. feud. alien.* per Loth. ſuperuenit conſue-
tudo, & ex particulari gratia voluit illud ius
reuocandi, quod habebat Rex, cedere alienan-
ti ſine aſſenſu, eiuſque ſucceſſori, vt poſſet iu-
re proprio reuocare, quod non poteſt militare
in aliis, quia in illo caſu poteſt hæres reuocare,
quia idemmet alienans reuocare poterat, ſtante
inualiditate venditionis, quod non procedit in
venditione valida cum aſſenſu, & ſic termini
non ſunt pares.

Remanet quartum argumentum, quod ſci-
licet militat eadem ratio, cui multipliciter reſ-
pondetur.

Et primò, quia feudum ex pacto alienatum 50
omninò poſt mortem alienantis peruenire de-
bet ad proximiorem agnatum etiam abſque
pretio, & ſic cum lex concedit facultatem, vt
poſſit etiam viuo alienante feudum reuocare,
refuſo pretio, vt *in dicto §. Titius. & §. ſed &*
*res*, non eſt niſi præmatura ſucceſſio, quod non
eſt in feudo hæreditario, quia ſemel alienatum
cum aſſenſu nunquam peruenit in proximio- 51
rem agnatum, & hæc eſt ratio, quod in feu-
do ex pacto fuit conceſſum hoc ius prælatio-
nis, quod ceſſat in feudo hæreditario, vt colli-
gitur ex Iſern. *in d. § ſed & res.*

Secundò hæc ratio conſiderata per Domi 52
num Rouitum nempe propter affectionem ma-
iorum per text. *in l. ſi in emptionem ff. de mi-*
*norib.* non eſt conſiderata à Doctoribus tenen-
tibus ſuam opinionem pro fundamento prædi-
ctæ opinionis, quia ſi hac ratione leges loquen-
tes in feudo ex pacto extendi deberent in feu-
do hæreditario, deberent etiam extendi in bo-
nis allodialibus, & prælationem ceſſare in re-
bus burgenſaticis, habetur ex text. *in l. dudum* 53
*C. de contrah. empt.* & firmat idem Dom. Rouit.
vbi ſupra *ſub num. 46.*

Tertiò, quia extrema *d. l. ſi in empt.* ſunt 54
minor ætas, & quod res fuerit maiorum: ma-
iores autem appellantur vltra tritauum, & à
tritauo infra parentes, *l. Iuriſconſultus §. paren-*
*tes ff. de grad. affinit.* qui ad hoc propoſitum
ponderatur à Theſaur *in dicta dec. 99. num. 6.*
verum hæc Terra Orioli fuit acquiſita per
Marcellum Pignonum patrem Marchionis, &
auum D. Alexandri.

Remanet ergo, ni fallor, reſponſum argu-
mentis contrariis, & fundata opinio, quod
non habeat locum ius prælationis in feudo hæ-
reditario, quod corroboratur indubitabili ra- 55
tione: nam certum eſt, prælationem non com-
petere agnato in feudo ex pacto nouiter quæ-
ſito, vt voluit Andr. Aluarot. & alij *in dicto §.*
*Titius*, & idem D. de Ponte *in decis. 11.* & hoc,
quia de eo poteſt agnatus ad libitum diſpone-
re in præiudicium agnatorum, vt latè fundat 56
Maſtrill. *in d. decis. 8. num. 22.* quæ ratio militat
in feudo hæreditario, & ſic retorquetur argu-
mentum ex identitate rationis, & quamuis huic
argumento reſpondeat Dom. Rouitus, dicens,
quod ex eo non habet locum prælatio in feu-
do ex pacto nouo, quia ceſſat ratio, quia non
fuit res maiorum; attamen quia hæc ratio fal-
ſiſſima fuit demonſtrata, & propterea omnes
Doctores dixerunt, eam eſſe rationem, quod in
feudo ex pacto nouo non admittatur prælatio,
quia poteſt de eo poſſeſſor ad libitum diſpone-
re, prout ampliſſimè comprobat Surd. *conſ. 351.*
*num. 25. & 38. ver. non reſiſtit lib. 3.* & propte-
rea dum feudum prædictum in omnibus feudo
hæreditario æquiparatur, vt poſt Franch. *dec. 1.*
*num. 30.* Camer. & Frec. dixit de Curte *in ſuo*
*diuerſ. fol. 21. num. 80.* ſequitur, quod neque
prælatio habere poteſt locum in feudo hære-
ditario.

Fundatur etiam hæc opinio, quia de iure
communi

57 communi quilibet poteſt ad libitum de ſua re diſponere abſque periculo prælationis. *d. l. dudum* hoc fuit limitatum in feudo ex pacto, & 58 prouidentia per text. *in d. § Titius, & § ſed & 59 res*, non poteſt extendi diſpoſitio prædicta in feudo hæreditario, quia conſuetudines feudales propriè in materia retractus debent ſtrictè interpretari, nec extra caſus, de quibus loquuntur, poſſunt extendi, etiam ſi caſus ſint ſimiles, parem, vel maiorem rationem habentes Schrader. *part. 8. cap. 8. num. 14.* tradit etiam Pariſius, Cuiacius, Iaſ. & alij relati per Roſental. *cap. 9. membr. 2. de feud. a sen. concl. 87. in addit. lit. B. fol. mihi* 871.

60 Quibus adſtipulatur, quia agnatus vigore text. *in d. §. Titius, & §. ſed & res*, non poteſt dici præferri iure prothomiſeos, quia vere non dicitur prælatio, ſed reuocatio, & propterea And. *in d. §. Titius* non loquitur de prælatione, ſed de reuocatione, ibi, *quando poterit reuocare*, & inferius ſtatim *reuocarent*, & text. *in d. § Titius* loquitur de recuperatione, non de prælatione, quæ recuperatio interpretatur per Andr. per reuocationem *in §. ſed & res* & quamuis Andreas *num 3.* dicat, *& hic agnatus præferatur*; tamen in verbis ſubſequentibus declarat dictam prælationem per reuocationem, & non iure prothomiſeos, ibi, *poſt mortem reuocabit agnatus proximior*, & inferius, *& ſic præferuntur agnati in emendo*, & ſic quamuis aliquando vtatur Andreas verbo *prælationis*, tamen ſe declarat per reuocationem.

Hæc autem reuocatio competebat agnatis 61 in feudo ex pacto, & prouidentia tantum, & non in feudo hæreditario, quia cum poſſeſſor feudi ex pacto vult feudum alienare, nedum in ipſa alienatione debet conſentire Rex, verum & proximior agnatus, alias etiam ſi dominus aſſentiret, ipſe reuocabit, vt expreſſe dixit And. *in d. §. Titius*, & quamuis hodie per *Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ* ſit conceſſa facultas 62 ipſi alienanti iure proprio reuocare alienationem; tamen loquitur in eo caſu, quando venditio fuit facta abſque aſſenſu, nam tunc ius, quod habebat Rex reuocandi, ex quo qui alienabat feudum, amittebat per *cap Imperialem*, Rex conceſſit etiam ipſimet alienanti, & propterea interpretatur à Doctoribus iure proprio, 63 hoc eſt iure Regis, & per Doctores *in d. Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ*, ſed in feudo ex pacto competit agnato reuocatio iure proprio, & non iure Regis, & propterea concluditur, non vere ius prothomiſeos, ſeu retractus, ſed reuocationis rei alienatæ abſque eius conſenſu, agnato competere, reliquum erit reſpondere deciſionibus à Parte ponderatis.

64 Et primò caſus Iuliæ Muſcettulæ, de quo D. de Ponte *in deciſ. 11.* non fuit verè deciſus, cum fuerint tantum tres Domini Regentes, qui votauerunt, & non omnes in voto conformes, immò vnus ex eis votauit per alia media, vt vulgò fertur.

Caſus Ducis Laurini non fuit diſcuſſus, ſed domini iudicantes, qui in illa cauſa votauerunt, abſque matura diſcuſſione votauerunt per dictam deciſionem Collateralis, & quamuis ponderetur in dicta cauſa Laurini, quod fuit etiam datus terminus duorum menſium ad diſcutiendum credita; tamen credita ſuperabant totali pretio Terræ Laurini, & difficultas facta pro parte creditorum fuit viſa Sacro Conſilio valde friuola, & ſic etiam caſus Iuliæ Nouæ, & Durazzani habuerunt alias cauſas particulares, & propterea cum res tractetur hodie in tam ſupremo Tribunali, erit videndum, quid de iure, miſſis exemplis aliarum cauſarum, ſuas cauſas particulares habentium, & propterea cum opinio, quam defendimus, ſit magis communis, & à Doctoribus claſſicis approbata, & maiori Doctorum cumulo, & authoritate roborata, ac rationibus fundata, debet pro ipſa iudicari.

Quod tanto magis procedit in venditione 65 ſub haſta, nam ſi iſta ſpecies prælationis in hoc Regno introduceretur, ſequeretur maximum inconueniens, cum maximus ſit numerus Baronum feuda habentium, & maior pars ipſorum ſit debitis inuoluta, & propterea expoſitis venalibus feudis, non inueniretur emptor propter timorem iudicij prælationis, & proinde ius retractus non habere locum in venditione ſub haſta, tenuit Caſſan. *in rubr. 10. §. 9. num 5. verſ. videtur fol. mihi* 1341. *in conſuetud. Burgund.* poſt Roman. *in conſ.* 107. quicquid perfunctoriè loquatur Franch. *in dec.* 588. *num.* 1. item non habet locum in vendi- 66 tione neceſſaria Schrad. poſt Decium, Corn. Affl. & alios *part. 8. cap. 7. num.* 34., ſequitur Dom. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. §. 1. numer. 21. & in d. deciſ.* 11. Magon. *deciſ.* 1004.

Et quatenus eſſet admittenda opinio Doctorum tenentium poſſe agnatum proximiorem præferri in emptione feudi hæreditarij, attamen hoc non poſſet facere D. Alexander filius, 67 nam ſecundum communem opinionem, attenta diſpoſitione text. *in d. §. Titius, & §. ſed & res*, filius viuo patre reuocare non poteſt, vt tenuerunt Iacob. de Beluiſo, Bald. *num.* 2 Laudenſ. *num.* 11. Schench. *num.* 2. Eguinar. Bar. Curt. & Ottoman. *in d. cap. 1. §. Titius ſi de feud. defunc. milit*, Alber. Brun. *conſ. 80. num* 12. & 13. qui de magis communi teſtatur, Scruff. *conſ. 89. num. 3. cent. 3. & inter conſ.* Bruni *conſ.* 143. Schrader. *conſ. 20. num. 165. & ſequ. num. 3. & in tract. de feud. p. 8. cap. 17. num.* 7[illegible] veriorem eſſe dixit, Vulteius *de feud. lib. 1. cap. 11. num. 88. & 92.* quos refert Hartman. Piſtor. *lib. 2. part. 1. quaſt. iuris quaſt. 5. num. 10. & q. 13. num.* 33. qui latiſſimè articulum examinat, omnibus contrariis reſpondeo, vbi *num.* 60. ſubnectit infraſcripta verba, videlicet, *Quod ſi filij feuda à parentibus alienata reuocare poſſent, bona feudalia à commertio eximerentur, neque quicquam certi de illis poſſet conſtitui*, & nouiſſimè Fachin. relatis omnibus opinionibus *lib. 7. controuer. iuris cap.* 19 vbi hanc ſententiam tanquam veriſſimam approbat, & pluribus mediis confirmat.

Et quamuis in caſu noſtro non vendat pa- 68 ter, ſed Iudex, tamen idem ius militare aſſeuerauit idem Piſtorius *loco cit. ſub num.* 77. his verbis, *nam cum in dies ob æs alienum feuda diſtrahi, & in alienum poſſeſſorem transferri videamus, qui, quæſo, erit litium finis, ſi paſſim filiis feuda alienata reuocare conceſſum eſſe debet.*

Et hoc fundatur etiam ratione, quia factum Iudicis eſt factum partis vulgatis iuribus.

Neo

Nec poteſt prætendere prælationem virtute text. in l. prima ff. de priuileg. creditorum.

69 Primò, quia requirit, quod creditor, qui prætendit prælationem, ſit creditor in maiori ſumma, vt expreſſè habetur in text. & tenet Alber. num. 2. poſt Dinum, & alios, quos allegat, & adhuc creditum D. Alexandri non eſt certum, nec liquidum.

Secundò, text. in d. l. 1. non loquitur in iſto caſu, in quo factis ſubhaſtationibus, & licitata re, & extincta candela, remanſit vltimo offerenti, ſed loquitur, vel quando res non inuento emptore addicenda eſt alicui ex creditoribus, tunc potior eſt agnatus, & creditor, & ita intelligit eum glo. in verb. cum bona in prima lectura, aut & ſecundò intelligitur text. non in prælatione, cum de ipſa non loquatur text. ſed tantum de proprietate, quia concurrentibus aliquibus creditoribus ad venditionem bonorum debitoris, aliquibus autem negantibus præfertur, qui maius creditum haberet, & eſt agnatus, prout dixit ibidem gloſ. in ſecunda lectura, vt ſecundum Bart. ibi in tertia lectura, illa prælatio non conſiſtit in alio, niſi quia Iudex admittendo creditorem ad oblationem, ſtatim facit exequutionem, & facta exequutione tollitur circuitus, ſed in emptione creditor admittitur, vt quilibet extraneus.

70 Tertiò, non procedit text. ille poſt factam emptionem Petr. Vander. de priuileg. creditor. cap. 12. circa finem, & quod perfecta venditio dicatur, facta oblatione, & accenſa candela, illaque extincta, tenet Fabius de Monte in tract. de empt. & vendit. p. 5. ſub num. 90. Aſinius de execut. § 6 cap. 10. Guid. Pap. deciſ. 12. num. 2. maximè in venditione ſub haſta, ne haſta lædatur, l. 1. & 2. C. de fid. inſtrum. lib. 10. præſertim ſtante depoſito facto, Rebuff. ad Conſuet. Gall. titul. de pracon. artic. 5. gloſ. vnic. num. 13.

Ponderatur etiam, quod creditor conſangui-
71 neus, qui vult præferri ex priuilegio text. in d. l. 1. debet totum creditum, quod omnibus creditoribus debetur, ſoluere, alias ſequeretur, quod creditores poſſent rem alienatam iterum à creditore conſanguineo emptore, vel eius ſucceſſoribus vendicare, tanquam à tertio poſſeſſore iure hypothecæ, nam per retractum ſanguinis hypothecæ non extinguuntur, ſed conſanguineus ſubrogatur loco emptoris, vel creditoris, cui res fuit addicta, ſeu vendita, ita Franciſ. de Claper. cent. 2. cauſ. 100. queſtion. 3. num. 6. nec erit tutus creditor conſanguineus etiam, quod emeret ſub haſta, ex traditis per Franch. dec. 69. vbi num. 9 ver. nec obſtat, in ſpecie reſpondet ad text. in d. l. 1. de priuileg. cred. quia poterit creditor poſterior vti iure offerendi.

Et tandem hoc in indiuiduo fuit nouiſſimè per eoſdem Dominos iudicantes deciſum in cauſa Franciſci de Angelis cum D Petro Cabanilia in venditione feudi S Ioannis Rotundi.

72 Diximus, non competere ius reuocationis, cum non poſſit propriè vocari ius prothomiſeos, ſed ius reuocandi, & ita loquitur Andreas in cap. 1. §. Titius ſi de feud. defun. fuerit controu. in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura, & licet in aliquibus locis vtatur illo verbo præferri, tamen debet intelligi, prout ſeipſum declarat, per reuocationem, nec prædictis aduerſatur text. in cap. 1. §. donare ver. porrò, qualiter olim feud. alien. poter. ibi, in prohibendo autem, vel redimendo potior erat proximi agnati, quam domini conditio. Si tamen feudum erat paternum, & per hoc, quod agnato duplici ſuccurratur remedio, prohibendo ſcilicet venditionem, vel redimendò poſt venditionem factam, quaſi iterum emendo ab emptore, cum in effectu remedia prædicta ab eodem fonte deſcendant, nam prohibitio, de qua in text. prædicto aliud non importat, niſi vt agnatus in memoriam poſſeſſoris redigat feudum maiorum prouidentia fuiſſe quæſitum, & propterea, quod debet ſibi potius, quam alteri vendere, offerendo æquale pretium, quæ forma prohibitionis ponitur per Federicum Schench. poſt alios in d. §. donare verſ. porro, ita intelligentem illum text. & per hanc oblationem factam per agnatum eiuſdem pretij conuenti cum extraneo impediri venditionem dixit poſt alios Menoch. in conſ. 745. num. 43. ſed non ex hoc poteſt inferri ad ius prothomiſeos, cui locus eſſe non poteſt, niſi poſt perfectam venditionem, & poſſeſſionem traditam, vt infra fundabimus.

Nec eſt facienda vis in illo verbo redimere, cum vere non ſit redemptio, ſtante quod nulla poteſt eſſe venditio feudi ex pacto, etiam vita durante alienantis, cum dominium rei alienatæ non transferatur in emptorem, quod intantum eſt verum, quod ſi venditor veniret ob culpam commiſſam priuandus feudo, quamuis tunc temporis illud poſſideret emptor, tamen ob culpam venditoris feudum domino aperiretur cap. fin. qua ſit prima cauſa benefic. amit. & poſt Aluarot. in cap. 1. §. rurſus, de contrauerſ. inueſt. tenet Liparul. ad Iſerniam in d. §. ſed & res, in verb. in vita tantum infeudantis, quod feudum penes dominum directum erit, durante vita ipſius feudatarij delinquentis, poſt mortem cuius feudum reuertitur ad proximiorem agnatum, vt poſt Andream, Camerarium, & alios latiſſimè fundat Georgius Obrechti Germanus de iure feudorum lib. 4. cap. 9. num. 113. cum pluribus ſeqq. emptor autem non dicitur verè emere feudum, ſed tantum interuſurium illius medij temporis, hinc dixit Laurentius Syluanus in conſ. 15. num. 41. quod quando agnatus vult reuocare, viuente alienatore, tenetur 73
ſoluere pretium, & hoc operatur interuſurium illius medij temporis, & affert rationem, quia cenſetur ipſam rem non fuiſſe alienatam, ex quo adhuc habet in ea ius vaſſallagij per text. in cap. Imperialem §. illud quoque, facit ſimile de liberto ex notatis in l. talem §. final. de hæred. inſtituend. & gloſ. magn. in l. ſi ſeruo ff. de adim. leg. vbi qui habet ius liberti, non videtur ſeruum alienaſſe, deinde ſubdit, non mirum igitur, ſi agnatus inueſtituram reuocare volens, grauatur in pretij reſtitutione tanquam nimis intempeſtiuè anhelans ad ipſum feudum, & ſic apparet, quod redemptio non importat redemptionem, ſed reuocationem, & pretium ſoluitur pro illo interuſurio medij temporis, & pro illa intempeſtiua auiditate habendi feudum, non expectata morte alienantis, & Iſern. in d. §. Titius verſ. quod ſi Titius dicit, & ideò cum viuo alienante grauetur emptor, quia ſtatim feudum reſtituit, releuetur, vt non careat pretio, arg. text. in l. eum, qui ff. de iureiur.

Et

Et ideò verbum *redimere* in iure nunquam
importat emptionem, cum redemptor non ſit
ſeruus redimentis, ſed vinculo pignoris pro
pretio pro ſe dato aſtrictus, ſit, *gloſ. 5. in l. is, qui*
*C. de poſtlimin reuerſ.* aliquando accipiuntur pro
eis, qui domos alienas, vel opus ſua materia
ædificandum conducunt gloſ. *in l. redemptores*
*ff. de reiuendic.* & gloſ. *fin. ff. ſi menſor falſ. &*
*in l. 1. in quibus cauſis pignus.*

75 Et propterea DD. antiqui nunquam vſi fue-
runt hoc verbo retractus, ſiue prothomiſeos in
feudis, ſed tantum verbo reuocare, vel præferri,
& vltra Andr. *in loc. cit.* & in omnibus aliis,
vbi de diſpoſitione prædictorum iurium tra-
ctat, ſic etiam Bal. Aluar. Præpoſ. & alij *in d. §.*
*Titius*, & licet aliqui vſi ſint verbo prothomi-
ſeos, tamen non quod verè ſit prothomiſeos,
ſed quod illi aſſimilatur in multis, competit
enim agnatis, & ſic iure ſanguinis, eſt actio, quæ
76 annali ſilentio perimitur, ſicuti in iure pro-
thomiſeos, ſiue congrui, vt habetur *in Conſti-
tutione Sancimus, & Conſuetudine Si quis emit
de iur. congr.* Tiraquell. *de vtroque retract. gloſ. 10.
§. 1. per totum.*

Verum in multis etiam differunt, nam ius
prothomiſeos non habet locum in venditione
nulla, prout Paul. de Caſtr. *in conſ. 74. lib. 2.* &
Cæpoll. *in conſ. ciuil.* & alij, quos allegat co-
piosè Tiraquell. *de vtroque retract. gloſ. 2. §. 1.
num 5. cum ſeq.* & Ioannes de Arnono *ſingul. 56.*
hoc autem ius reuocandi competens agnatis in
feudis, competit eo caſu, quando venditio eſt
nulla, tanquam facta abſque conſenſu ipſius
agnati, quem de neceſſitate requiri habetur
77 ex text. & ibi Andr. & alij *in cap. 1. de alien.
feud. pater.* & habetur *in d. §. Titius*, & huiuſ-
modi alienationem abſque conſenſu agnato-
rum eſſe nullam, optimè probat poſt Aluarot.
Lipar. *in cap. 1. §. hoc quoque verſ. & olim in verb.
voluit de ſucceſſ. feud.* Andr. Kniehen *de ſubli-
mi, & Regio territor. iur. de pact. feud. maſcu.
pro ſe, & heredibus part. 1. cap. 2. num. 358. &
num 411* & nullam eſſe à principio poſt Cæpol.
*in conſ. 133. num. 59.* ſequitur Riminal. iun.
*conſ. 5. lib. 1. num. 50.*

78 Nec mirum ſi venditio nulla in ſe poſt anni
circulum, in quo agnatus non reuocauit, va-
lida remaneat, quia ex illo annali ſilentio con-
ſenſus inducitur, & ſic conſentire videtur alie-
nationi, gloſ. & DD. *in d. § Titius*, & præci-
puè Bal. & Præpoſitus *num. 2.* Decius *conſ 389.*
Paul. de Caſtr. *conſ. 195.* & annale ſilentium
vim refutationis habet, Præpoſ. *in d. §. Titius*,
& inueſtitura feudi infra annum peti debet, *l.
Imperialem §. præterea, de prohib. feud. alien.
per Feder.* & elapſo anno agnatus amplius non
auditur, Camer. *in l. Imperialem fol. 55.* Io. O.
Intrigliol. *cent. 2. ar. 42.* Menoch. *conſ. 55. n. 26.*

79 Secundò, ius retractus non competit, re ven-
dita niſi facta conſignatione, ſiue rei traditio-
ne cum effectu, Ioan Fab. *§. 1. inſtit. de empt. &
vendit.* & poſt alios ſequitur Tiraquell. *in
gloſ. 4. §. 1. num. 46. in fin* & ideò neque com-
petit, facta promiſſione de vendendo Tiraquel.
*in loc. cit. num. 56.* ius autem reuocationis, quod
competit agnatis, competit nedum ante con-
ſignationem, ſed ante venditionem, poteſt enim
agnatus prohibere, vt *in d. cap. 1. §. donare verſ.
porrò, qualiter olim feud. alien. poter.* ibi, *in pro-
hibendo, vel redimendo.*

Tertiò differt, quia hoc ius competens agna- 80
tis non habet locum in feudo nouo, Aluar. *in
d. cap. Titius*, vbi etiam Lipari. Fab. de Ann.
*obſeru. 10.* & Maſtrill. *in deciſ. 8. in fin.* vbi alle-
gat Camill. de Curt. dicentem, ita ſemper ſer-
uatum fuiſſe in Regno Neapolitano, ſed ius
prothomiſeos aliquando habet locum etiam in
rebus de nouo quæſitis, veluti quando per lon-
gum tempus rem emptam tenuerit acquirens,
vt poſt Bald. & Henricum Boic. tenuit Boer.
*deciſ. 76. num. 10.* ex text. *in cap. conſtitutus, de
in integr. reſt.*

Et ſic apparet, hoc ius competens agnatis in 81
feudis non eſſe propriè ius prothomiſeos, ſed
ius reuocandi venditionem nullam, & licet ali-
quando verbum *retrahere* pro reuocare acci- 82
piatur, vt *in l. Pomponius §. ex facto ff. de acquir.
poſſeſ. in l. ſi dolo ff. de dolo malo*, & in aliis lo-
cis, & aduertit Tiraquell. *in tract. de vtroque
retract. in præfat. num. 6.* attamen in vera ſua ſi-
gnificatione retrahere dicitur à retrahendo,
nam conſanguineus rem, quæ à familia, &
conſanguinitate receſſerat, retrahit, vt idem Ti-
raquell. *loc. cit. num 5.* dominium autem feudi
ex pacto, vt ſupra fundauimus, nunquam
tranſit in emptorem, ſed remanet penes vendi- 83
torem eius vita durante, & poſt eius mortem
penes proximiorem agnatum, quæ quidem
(ni fallor) concordant cum dictis per Iſerniam
tam *in §. ſed & res*, quam *in §. porrò, & §. Ti-
tius*, in quibus iuribus ſunt caſus particulares
& diſtincti.

Nam *in §. ſed & res* principaliter ponitur
caſus, quando poteſt vaſſallus feudum alienare
abſque domini conſenſu, ſcilicet alienando feu-
dum ex pacto in proximè ſucceſſurum, quia
tunc verè non dicitur alienatio, *l. pater §. quin-
decim ff. de legat. 3.* & ad probandam hanc alie- 84
nationem validam eſſe Iſern. adducit multa
particularia priuilegia agnatis competentia.

Et primum exemplum eſt, quod agnatus præ- 85
fertur extraneo in emendo, quando vult ſol-
uere pretium, quando autem non vult ſoluere,
tunc expectata morte alienantis poteſt habere
feudum alienatum nullo refuſo pretio, quia
venditio non præiudicat agnato, niſi in vita
vendentis tantum, niſi agnatus conſenſiſſet.

Secundum exemplum, in quo agnati ha- 86
bent priuilegium, ponitur *in l. Imperator ff.
de pactis.*

Et tertium *in l. 1. ff. de priuil. cred.* quæ tria
iura ponderantur per Andr. non ad alium fi-
nem, niſi ad probandum, quod lex induxit non-
nulla ſpecialia fauore agnationis, & proinde
non mirum ſi alienatio facta in proximiorem
agnatum erit valida abſque aſſenſu.

Sicut etiam è contra dicit Iſernia aliquan- 87
do extranei agnatis præferuntur in educatione,
quando ex iuſtis cauſis fuerit expediens pupil-
lo, *l. 1. C. vbi pupill. educ. deb.* tranſit deinde
ad alium caſum, hoc eſt, quando valida eſt
alienatio abſque conſenſu agnati, hoc eſt, quan- 88
do poſſeſſor alij in feudum dat, quia hoc etiam
inuito agnato poteſt facere, eſtque ratio, quia
hodie qui non poteſt alienare abſque domini
conſenſu, poteſt ſubinfeudare, vt *de capit.
Corrad. §. præterea*, quæ tamen infeudatio
valida erit in vita infeudantis tantum, quia
poſt mortem iure ſuo agnatus reuocat, & hoc
quantum ad agnatos, quantum verò ad do-

minum remittit ſe ad dicenda infra, *qualiter*
*alim feud. alien. pot. §. porrò.*

In quo loco loquitur de alio caſu, nempè
de iure domino competenti, quando vaſſal-
lus feudum alienàuit (intelligendo de tempo-
re antequam fuiſſet prohibita alienatio abſ-
qoe domini conſenſu) nam poterat dominus
redimere, quod hodie non procederet, cum
vendere non poſſit abſque domini conſenſu,
*d. l. Imperialem, de prohib. feud. alien.* per Fe-
89 der. ideò ſeqnitur, quod ſi concorrunt agna-
ti, & dominos ad redimendum, præferuntur
agnati, remittendo ſed ad ea, quæ dixit *in d.*
*§. ſed & res*, in quo loco loquutus fuerat de
reuocatione agnatis competente, & iſta præ
latio, quæ competit agnatis, vt in redimen-
do, ſeu reuocando, per quam domino præ-
feruntur, eſt admodum iuri conſona, quia
reſpectu domini præſupponitur venditionem
eſſe validam, cum licitum erat abſque eius
conſenſu vendere, quod non erat reſpectu
agnati, cuius conſenſus omninò requirebatur,
& proinde agnati reuocando tractabant de
damno vitando, dominus autem de lucro
captando.

90 In §. *Titius* ponitur caſus in eo, qui alie-
nauit feudi partem, & dicitur idem ius eſſe agna-
tis reuocandi partem, ſicuti totum feudum.

Secundò, parificat alienationem factam
agnato non proximiori cum alienatione facta
extraneo. Et quamuis diſpoſitio text. prædicti
variè intelligatur, an ſcilicet agnati poſſint
filiis alienantis exiſtentibus reuocare, vt per
Scribentes ibi, & per Fachin. *in lib 7. contro-*
*uer. cap. 9.* tamen quia non eſt noſtrum diſpu-
tare de intellectu prædicti §. niſi in quantum
facit ad propoſitum noſtræ quæſtionis ideò
ad eos me remitto. Certum tamen eſt, Andream
91 in omnibus prædictis caſibus loqui de reuoca-
tione agnatis competente in venditione feudi
ex pacto, & prouidentia, tam in vita alie-
nantis, refuſo pretio, quàm poſt mortem, nul-
lo dato pretio, & per hoc *in d. §. ſed & res* ſe
remittit ad *§. porrò* reſpectu domini, *& in §.*
*porrò ad §. ſed & res* reſpectu agnati, in quo
loco loquutus fuerat de reuocatione.

92 Et quod hoc ius reuocationis competat
agnatis propter nullam, ſiue in legitimam
venditionem abſque conſenſu agnatorum te-
nuit egregius Doctor Andr. Knichen *in d cap. 2.*
*de pur feud. maſcul pro ſe, & hæredib. par. 4. n. 408.*
ibi, *illegitima intercedente alienatione eius filiis, &*
*agnatis reuocatorium incolumitati conſeruatur.*

93 Quatenus autem eſſet vocandum hoc ius
prælationis ius prothomiſeos, vel retractus,
adhuc aduertendum erit, nullo modo compe-
tere in feudo ipſo, quia aut loquimur poſt
mortem, & in hoc nulla eſt difficultas, non
poſſe practicari ius prothomiſeos, quia proxi-
mior agnatus habet feudum abſque pretio,
quia ius emptoris fuit reſolutum reſoluto iure
venditoris, *l. lex vectigali ff. de pignor.* & in hoc,
qui contrariam partem ſuſtinuerunt, non diſ-
cordant, aut verò loquimur in vita, & tunc
nec dominium feudi fuit vnquam in empto-
rem etiam vita venditoris durante tranſlatum,
vt ſupra fundauimus, ſolum transfertur illa
commoditas percipiendi fructus durante vita
alienantis, & pretium, quod ſoluitur, eſt ra-
tione interuſurij illius medij temporis, vt op-
timè probat Syluanus *in allegato conſ. 15.* er-
go non verè dici poteſt emptor feudi, ſed ipſo-
rum fructuum vita durante ipſius alienantis;
& quando agnatus vult ſoluere pretium, præ-
fertur ſolum in illa commoditate percipiendi
fructus, & propter illam anxietatem habendi
feudum ante tempus mortis alienantis, ſoluit
pretium, & hoc modo poteſt dici, quod in
feudis habet locum ius prælationis, ſiue pro-
thomiſeos, hoc eſt in illis fructibus, ſeu vſu-
fructu feudi durante vita alienantis; quod ius
eum locum ſibi vendicet in feudo ex pacto, &
prouidentia; nullo modo poteſt applicari ad
feudum hæreditarium.

Maximè enim differt feudum ex pacto à feu- 94
do hæreditario prout latiſſimè per Frece. *de*
*ſubfeud. lib. 2.* vbi adducit 32. differentias,
Thomas de Marinis *de feud. ex pact. n. 25.* Burſ.
*conſil. 148. num. 32.* Menoch. *conſ. 507. num. 51.*
Petrus de Gregor. *de conceſſ. feud. part. 2. q. 10.*
ſufficiat autem vnam afferre ad propoſitum
noſtræ quæſtionis, nempe quod feudum hære-
ditarium etiam antiquum poſſit per vaſſallum
alienari abſque conſenſu agnatorum, ſeu filio-
rum, Frece. *lib. 2. ad Conſtit. Conſtitutionem diu.*
*mem. § ſupereſt num 3.* quod non poteſt fieri in
feudo ex pacto.

Et ex prædictis etiam apparet, diſtinctionem 95
de reuocatione, quæ fit in vita, vel poſt mortem
alienantis, non tollere difficultatem, nam fateor,
quod diuerſo modo agendi experitur agnatus,
quando agit poſt mortem alienantis, nam tunc
quia ſuccedendo habet dominium, dicitur pro-
priè rei vendicare feudum tanquam proprium
nullo dato pretio. Vita autem alienantis du-
rante, pretio ſoluto reuocat alienationem, &
recuperat feudum, & proinde Præpoſitus *in*
*figuratione caſus in d. §. Titius* dicit, quod
mortuo alienante, poteſt feudum recupera-
re abſque pretio, & non expectata morte;
poterit reuocare pretio reſtituto, & ſic poſt
mortem vtitur verbo *recuperare*, quod aliud
non eſt, niſi reiuendicare, vita autem duran-
te vtitur verbo *reuocare.* Verum non ex hoc
ſequitur conſequentia, quod illud, quod eſt 96
ſtatutum reſpectu vſusfructus, vita alienan-
tis durante, in feudo ex pacto, debeat exten-
di ad alienationem validam, non vſusfructus,
ſed dominij vtilis feudi hæreditarij, imò in 97
venditione fructuum feudi hæreditarij, quod
venditur, durante vita ipſius feudatarij ex-
preſsè cautum reperitur, vt non habeat lo-
cum ius reuocationis, vt dixit Frece. *de ſub-*
*feud. lib. 2. in limit. ad Conſtit. diuæ mem. limit. 15.*
*num 42.* poſt Iſerniam, quem allegat *in dicta*
*Conſtitut. in verb. tranſactionis*, & hoc quia in
emptorem non transfertur, neque dominium,
neque poſſeſſio ipſius feudi, & ita etiam fuiſ-
ſe alias iudicat. m refert Cæſar Vrſillus *ad de-*
*ciſ. Affl. 265. num. 73. in fin* eſtque ratio, vt
poſſit viuo alienatore feudum reuocare, refuſo 98
pretio, quia venditio abſque eius conſenſu eſt
nulla, vt ſupra dictum, & poſt alienantis mor-
tem omninò feudum eidem eſt reuerſurum,
quæ ratio eſt finalis conſiderata à Doctoribus,
non autem ea, quæ habetur in *l. lex, qua tutores*
*ff. de adminiſtr. tutor. & in l. ſi in emptionem de*
*minorib.* prout in terminis poſt alios dixit
Georg. Obrecht, quem rogo videri *de iure feu-*
*dorum lib 4. cap. 9. num. 98.* & quod iſta nullitas
contractus

contractus abſque conſenſu agnatorum, ſit ve-
ra ratio, quare agnati poſſint reuocare, non
99 autem, quod feudum eſt honor familiæ, quia
hæc ratio militat etiam in allodialibus in indi-
uiduo tenuit Matthias Berlichio *in ſuis practi-
calib. concluſionibus concluſ. 57. volum. 2. num. 8.*
100 Ioannes Koppen *deciſ. 54. num. 33.* Et ideò ve-
riſſimum eſt, agnato duplici remedio ſuccurri,
alio in vita, alio verò in morte, ſed tamen
vtrumque ex eodem fonte deriuat, nempe, quia
feudum ex pacto, & ipſi omninò eſt reuerſu-
rum, vt poſt alios dixit Myntſing *obſeru. 85 cen-
tur. 4. in princip.* & Ioannes Ferrat. *in pract.*
Papien. *in forma libelli, quo agitur ad reuoc. feud.*
101 *cap. nec ſuperſtitibus n. 24. verſ. ſecunda ratio.* In
feudo autem hæreditario hoc practicari non
poteſt, cum ſucceſſor ſemper teneatur habere
ratum factum prædeceſſoris, nec valida eſt reſ-
ponſio, quod non poteſt iſta qualitas hæredi-
taria conſiderari poſt mortem, ſed ... eius
vita durante tenetur ſucceſſor ... facto
ſui prædeceſſoris, immò etiam ſi ſit ſucceſſor
titulo particulari, ſic videmus, quod emens
feudum (& ſic illud acquirens nedum in vita
alienantis, ſed titulo particulari emptionis)
tenetur ſoluere omnibus creditoribus, qui
habent hypothecatum ipſum feudum, ſi vult
illod retinere, alias ad inſtantiam ipſorum ven-
deretur, quod quidem ex eo procedit, quia
feudum eſt hæreditarium, & poteſt poſſeſſor de
102 eo ad libitum diſponere cum conſenſu directi
domini, & propterea non mirum ſi Hartma-
nus Piſtorius *lib. 2. quæſt. 11. num. 20.* tenuit, ius
hoc prælationis competere in feudo hæredita-
rio mixto, nam loquitur in Germania, vbi in-
ueſtitura loquitur pro ſe, & hæredibus maſcu-
lis, vt aduertit, Piſtor. increpans, & omnibus
eius argumentis reſpondens Andr. Knichen *in
dicto tract. tit. de veſtit. par. cap. 2. per totum*, qui
formam inueſtituræ tradit *num. 21.* & quod
hoc feudum ſit inalienabile, hæreditarium v...
rò alienabile *num. 9.* & quod ex noſtra ...
ſtituta feodum ſit alienabile, habetur *num. ... 7.*
vbi DD. Regnicolas affert, verbum enim hæ-
redibus pro liberis accipitur in feudis *cap. 1. §.
& ſi clientulus de alien. feud. pat.* maximè quan-
do inueſtitura eſſet pro, & hæredibus maſ-
culis, cum tunc ſemper de liberis intelliga-
tur, vt plenè notatur per DD *in l. Gallus §.
etiam ſi parente ff. de liber. & poſth.* & quod
hoc feudum ſit ex pa..., & pr... ulentia, di-
xit Sord. *in conſ. 108. num. 10. & 11. lib. 1.
ſub num. 25.* & qu... ...ania iure Saxoni-
co feudum in dubio p... ... ſit feudum
ex pacto, ſicut dic... eſſe, ... udo conce...
pro ſe, & ſuis hæredibus fe... ...ibus, ... Ioan-
103 nes Koppen *dec. 54. num. ...* In Regno autem
communis forma eſt pro ... hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus, quæ forma abſque dubio facit feu-
dum hæreditarium, Andr. de Iſern. *in cap. 1.
in princ. & in § hoc quoque de ſucceſſ. feud.* Pariſ.
*conſ. 1. num. 50. vol. 1.* & Rolandus à Valle, qui
conſiderat clauſulam illam ſucceſſoribus *conſ.
53. vol. 3. num. 6. in fin.*
104 Et ex his patet, quod vera poteſt eſſe Piſtor.
opinio, ſed in illo feudo, quod quamuis vo-
cet hæreditarium, tamen in effectu eſt ex pa-
cto, & prouidentia, vt eſt communis Docto-
rum Germanorum ſententia, de qua per eun-
dem Knichen *in loco citato*, vbi in feudo, quod
vocat Piſtorius hæreditarium, militat eadem
ratio, de qua ſupra diximus, nempe nullitatis
venditionis, ſtante quod non poteſt vendi, nec
alienari ſine agnatorum conſenſu, & per hoc
poſt mortem omninò abſque pretio eſt reuer-
ſurum ad proximiorem agnatum, & authori-
tate Piſtoris mouetur Conſiliarius de Anna *in
obſeru. 80* qui tamen *in q. 5. n. 16. lib. 2.* ex damna-
tæ memoriæ gl. Pariſ. authoritate, nec ius pro-
thomiſeos dici poſſe aſſerit.
Et propterea omnes DD. tenentes, ius præ- 105
lationis non habere locum in feudo hæredita-
rio, prædictam opinionem ſimpliciter tenue-
runt abſque diſtinctione in vita, vel in morte,
nulla enim in hoc feudo cadit diſtinctio, cùm
nec in vita, nec in morte poſſit alienatio cum
conſenſu domini reuocari, Iſernia enim *in §.
ſed & res in cap. Titius* in vtroque caſu, tam
alienationis poſt mortem, quam in vita, vti-
tur eodem verbo *reuocare*, poſt mortem ſcili-
cet nullo dato pretio, & in vita pretio refuſo,
Affl. *in d. cap. Titius* loquitur genericè, tam
poſt mortem, quam in vita, nam *num. 2.* tangit
quæſtionem de feudo hæreditario antiquo, &
dicit, quod filius non poteſt reuocare feudum
alienatum per patrem, & ſic genericè, & licet
poſtea ſubdat, quod quantumcunque fecerit
inuentarium, quod inuentarium præſupponit
mortem patris, tamen illud ſtat ampliatiue, non
reſtrictiuè, & per hoc non allegat text. *in l.
ea, quæ à patre geruntur C. de reſtit. milit.* quæ
text. diſpoſitio militat, tam in vita, quam in
morte, Alex. *conſ. 26. lib. 5. num. 9.* generaliter
tenet diſpoſitionem text. *in § Titius* non proce-
dere in feudo hæreditario, & ſic etiam Natta 106
*in addit. ad dictum conſilium*, Cannetius *in ex-
trauag. Volentes, cap. proſpexit* loquitur generi-
cè, diſpoſitionem iurium feudalium prædi-
ctorum eſſe intelligendam tantum in feudo ex
pacto, & non in feudo hæreditario, & ſic
etiam Intrigliol. nec reſponſio, quod loqua-
tur in feudo merè hæreditario, & non in mix-
to ſati facit, ex quo ſunt Doctores Siculi, qui
loquuntur de inueſtituris in Regno Siciliæ,
vbi eadem viget forma inueſtituræ, prout in
hoc Regno Frec. *lib. 3. differentia 3. inter feu-
dum ex pacto, & hæreditarium*, & ſi videatur
exempli cauſa caſum poſt mortem; tamen non
reſtringit communem regulam, imò *num. 3.* ex-
preſſè dicit, quod de feudo hæreditario cum aſ-
ſenſu iudicatur idem, quod de allodio, in quo eſt 107
ius prælationis non admittitur per text. *in d. l.
dudum de contrah. empt.* Paris *de reintegr. feud.
fol. 133.* loquendo de hoc iure prælationis, ſiue
prothomiſeos in feudis *num. 17.* expreſſè tenuit,
quod non habeat locum in feudo conceſſo pro
ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, & licet illi
reſpondeatur, quod loquitur de re particula-
ri feudi, ex quo exemplificat in re particula-
ri, tamen eadem diſpoſitio, quæ eſt de parte
quoad partem, eſt de toto quoad totum, cum
enim ſe fundet in forma inueſtituræ, eadem
eſt diſpoſitio reſpectu feudi iſto modo conceſſi,
& proinde dicit in fine, quod in iſtis bonis
ſucceditur, vt *in Conſtitut. Regni de homini-
bus, Baron.* Liparulus *in dicto §. Titius ver.
quod ſi Titius in verb. ſecus ſi hæreditarium eſſet*,
expreſſè tenet, quod in feudo hæreditario 108
filius non poteſt reuocare, nec in vita, nec in
morte, Grammat. *in deciſ. 293. n. 207.* loquitur

in tota diſpoſitione text. *in d. §. Titius*, vt non
109 habeat locum in feudo hæreditario, ſic etiam
Camerar. *fol.* 98. qui dixit text. *in d. §. Titius*
*§. ſed & res*, *& §. porrò* loqui in feudo recto,
non autem in feudo hæreditario, Loffred. *in*
*conſ.* 1. *&* 14. ſimiliter de tota diſpoſitione di-
ctorum iurium loquunt, Gozadin. *conſ.* 9. *n.* 13.
& Riminal. iun. *in conſ.* 5. *num.* 2. loquuntur
etiam generaliter, Franchis loquitur ſpecificè
etiam in vita, dum tractat de pretij reſtitutio-
ne, quæ non fit, niſi in vita, generaliter etiam
loquuntur Intrigliol. *art.* 32. *lib.* 2. & Rol. à
Valle *conſ.* 56. *&* 57. *lib.* 1. Ruyn. *conſ.* 1. *lib.* 1.
*num.* 15. & alij in prioribus ſcriptis allegati,
imò Theſaur. *in dec.* 99. loquitur propriè in ca-
ſu alienationis in vita, & vltra Doctores alle-
gatos adduco etiam pro hac opinione Iacob.
de Franch. *in prælud. feud. num* 132 & Felicem
de Rubeis *in apoſtill.* ad Andr. de Iſern. *in d. §.*
*Titius*, quem vidi ad pennam, & ego habeo Iſer-
niam antiquum cum additionibus incerti au-
thoris maximæ eruditionis, qui *in d. §. Titius*
inter alia ſubdit hæc verba, *& facit, quia ſi hæ-*
110 *reditarium feudum ſit alienatum cum conſenſu*
*domini non poteſt filius reuocare ſecundum magis*
*communem opinionem*, *quam fundaui in allega-*
*tionibus*, *quas feci* pro Bartholomeo Caracciolo
lo *in cauſa Turris Palearia*, & Andreas ſentit
*in pluribus locis*, *ſi vero alienauit ſine conſen-*
*ſu domini*, *& tunc ius reuocandi datum alienan-*
*ti pro Conſtitut. Regni, non poterit trahi ad filium*
*patre adhuc viuente*, *maximè ſi intelligitur con-*
*ceſſum etiam filio*, *intelligitur ordine ſucceſſiuo*
*pernotata* per Bart. *in l. Gallus §. 1. ff. de liber.*
*& poſthum* & Andr. infra *de alien. feud. pater.*

Nec prædictis obſtare poterit doctrina Ro-
ſental. *cap.* 9. *membr.* 2. *concl.* 89. in duobus locis
ponderata ad probandum etiam in feudo alie-
nabili abſque conſenſu agnatorum habere lo-
cum ius protimiſeos, nam *num.* 4 *lit. C.* vbi
adducit Bald. Aluar. Præpoſ. Afflict. & damna-
tæ mem. authorem *in gloſſa Pariſienſi* loquitur
de caſu indubitabili nempe quando alienatio
eſſet permiſſa abſque conſenſu directi domini,
nam non ceſſat reuocatio, ſiue prælatio in be-
neficium agnatorum introducta, & prædicti au-
thores adducti in hoc eſt punctualis text. *in d.*
*cap.* 1. *§ donare verſ. porrò*, vbi ponit caſum, pro-
vt communiter intelligitur, antequam eſſet
prohibita alienatio per Lotharium, & Federi-
cum, & in dicto caſu dicit, quod dominus re-
dimit, & quod agnatus in redimendo, domino
præfertur, vt ita optimè declarat idem Roſen-
tal. *d. cap.* 9. *membr.* 2. *concluſ.* 58. *num.* 25. *cum*
*ſeqq.* verum difficultas remanet in eo caſu,
quando alienatio poteſt fieri etiam in præiudi-
cium agnatorum abſque conſenſu ipſorum,
prout in feudo hæreditario, ſiquidem autem
idem Roſental. *loco cit. num.* 6. *in fin. lit. E.* tenet
eandem prælationem dari agnato etiam in feu-
do hæreditario, eſt animaduertendum, quia in
hoc expreſsè contradicit prædictus author
damnatæ memoriæ §. 35. *num.* 12. & Burſ. *conſ.*
49. *num.* 55. *lib.* 1. quem prædictus damnatæ
memoriæ ad hoc allegat, & ideò miror, quo-
modo potuit à parte allegari conſilium Burſati
ad probandum, quod habeat locum reuocatio
etiam in feudo alienabili in præiudicium agna-
torum, cum contrarium dicat, prout bene ad-
uertit Roſental. *in d. concluſ.* 89. *lit. E.* ſed
ei, & damnatæ mem. author i reſpondet præ-
dictos Doctores loqui in caſu quo iure ſucceſ-
ſionis poſt mortem tractatur reuocatio, non
autem in vita, quæ reſponſio ſatis [illegible]
apparet, cum Burſatus generaliter loquatur,
& proinde non debet reſtringi ad caſus ſuc-
ceſſionis, & per hoc ſentiens difficultatem
Dominus Rouitus *in rubr. de feudis num.* 110.
dixit in feudo merè hæreditario ceſſare ius re-
tractus, quamuis in hoc nullam conſtitui
poſſe differentiam in Regno noſtro in feudo
merè hæreditario, vel mixto, prout vocant
noſtrum feudum apparet ex infra dicendis.

Bene verum eſt, quod hæc opinio, quod
habeat locum in feudis, quando feuda ſunt
redacta ad inſtar aliarum rerum patrimonia-
lium, ſiue allodialium, benè poteſt procede-
re in Gallia, vel in alijs locis, vbi ex ſtatu-
to, vel conſuetudine locum habet ius retra-
ctus ratione ſanguinis, & ſic non habet lo-
cum te[illegible] *in d. l. dudum de contrah. empt.* &
proinde in caſu prædicto loquitur Tiraquel. *de*
*retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 3 *num* 12. motus ea ra-
tione, quia in Gallia feuda ſunt ad inſtar bo-
norum hæreditariorum, & patrimonialium, com-
prehendantur in generali bonorum alie-
natione ex doctrina Ioan. Fabr. *in §. vlt. Inſtit.*
*de* [illegible] *g. ub.* quod ſecus eſt de iure communi in
alijs partibus, vt ipſe idem aduertit *numer.* 4.
*cum ſeqq.* & in Regno noſtro, vt per Afflict.
*deciſ.* 14.

Quando autem tractatur de hoc feudo hæ- 111
reditario, ſeu mixto, prout etiam vocant, tunc
etiam authores Germani, qui poſt Piſtorem,
& Roſental. ſcripſerunt tenuerunt nullo mo-
do habere locum reuocationem nec in vita,
nec in morte, vt per Georgium Obrecht *in*
*allegat. lib.* 4. *cap.* 9. *de* [illegible] *qu.* [illegible] *num.* 28 diſer-
tiſſimè tractat articulum, & omnes Doctores,
& opiniones afferendo, concludit in feudo hæ-
reditario nullo modo poſſe filium, vel agna-
tum reuocare, in feudo autem ex pacto dicit
[illegible] illam diſtinctionem, aut in vita, aut
in morte alienantis, vt in vita poſſit reuocare,
tamen debet refundere pretium; poſt mortem
verò, aut eſt hæres, & ſimiliter poteſt reuo-
care, ſed debet etiam pretium ſoluere, ni-
ſi eſſet hæres cum beneficio legis, & inuen- 112
tarij, nam tunc non teneretur ad pretium, ni-
ſi quatenus haberet ex hæreditate, aut verò
non eſt hæres, & tunc pretium refundere
non debet, ſic etiam articulum prædictum la-
borioſiſſimè more ſuo diſputauit Matthias
Berlicchio ſimiliter Germanus *in allegata concl.*
57. *vol* 2. qui *num.* 17. indiſtinctè tenet, quod
tam in feudo merè hæreditario, quam in feu-
do mixto non poteſt agnatus, vel filius reuo-
care, innumeros Doctores pro hac opinione
afferendo, & numeris ſequentibus omnibus
contrarijs reſpondendo, & de communi teſta-
tur Ioannes Koppen. *in dicta deciſ.* 54 *num.* 25.
non obſtante opinione contraria Roſent. quem
allegat.

Apparet ergo ex prædictis, quod opinio, 113
quam defendimus, nedum eſt communis, verum
tanquam vera ab omnibus approbata, & Afflict.
qui pro contraria parte allegatur, hoc non
dicit, quia *in tract. de iur. prothom. n.* 7. tenet opi-
nionem ſimpliciter, quod ius protimiſeos
habet locum in feudis, ſed loquitur in feudo

ex

ex pacto, dum allegat text *in d. § ſed & res*; ſic etiam *in d. §. porrò*, neque hoc tenuit *in cap.1. §. hoc quoque de ſucceſſ. num.56.* nam quanquam dicat, quod quando patre viuo, filius reuocat, ſufficit, quod feudum ſit antiquum, quaſi non ſint neceſſariæ duæ qualitates ſuperius dictæ, quando ſit reuocatio poſt mortem. ſcilicet, vt feudum ſit ex pacto, & quod filius faciat inuentarium, nam rei veritate nunquam intentio Afflicti fuit, dicere, quod viuo alienante, non ſit neceſſaria qualitas feudi ex pacto, quia Afflictus *in dicto loco* loquitur, quod ſufficit quod feudum ſit antiquum, loquitur de feudo ex pacto, & non de feudo hæreditario, quod optime declarat infra *num. 68.* vbi pro ſolutione quæſtionis, an factum patris præiudicet, diſtinguit eum gloſſ. quod aut eſt feudum paternum, & factum præiudicat, aut feudum eſt antiquum, & non præiudicat, quæ glo. ſecundum Andr. dicere voluit, aut feudum eſt hæreditarium, aut ex pacto, & prouidentia, ſi hæreditarium, præiudicat, ſi verò ex pacto non, & ſic feudum hæreditarium vocat feudum paternum, feudum verò ex pacto, & prouidentia vocat feudum antiquum, & quando dixit Afflict ſufficit, vt ſit antiquum, voluit intelligere de feudo ex pacto, aliàs enim eſſet ſibi contrarius iis, quæ dixit *in § Titius, & § ſed & res*, nemo ergo ex Regnicolis hanc opinionem tenuit in noſtro feudo hæreditario, præter Fabium de Anna *in alleg. obſeru* 10. qui motus fuit ex opinione Hartm Piſtorius, & aliorum exterorum, quos non loqui de feudo noſtro hæreditario fundauimus.

114 Diximus etiam in prioribus ſcriptis non poſſe ius reuocationis practicari in feudis, quando venduntur ſub haſta, & licet in contrarium allegetur Pappon. *lib. 21. tit. 7 arreſt.* 29. Gentius *deci*. 186. tamen in hoc Regno habemus deciſiones particulares, per quas fuit deciſum ius reuocationis non competere in venditionibus, quæ fiunt ſub haſta, & primò fuit deciſum tempore Regis Ferdinandi in cauſa Bartholomei Carrafæ, vt refert Frecc. *lib. 2. de ſubfeud. in limitat. ad Conſtitutionem diuæ memoriæ ipſius.* 6. vbi inter alias aſſerunt rationes, quia aliàs nunquam pignora exequi, diſtrahi poſſent, vt *num. 21. & 23.* quia alias eſſet ſubtrahere à Regno commercium, & idem fundat Ioan. Vinc. de Anna *in repetiq. d. Conſtitutionis in 3. part. num. 232.* & ita obtinuiſſe reſtatur in cauſa illorum de B... cum Minerua Seuericana, & idem fuit ... in Collaterali Conſilio in cauſa Franciſci Pittæ cum Ill Duce Adriæ, & ita ſemper teſt... fuiſſe obſeruatum, ponit rationem quia lex loquitur de voluntaria, non de neceſſaria ... & proinde exſus neceſſariæ alienationis videtur omiſſum, *l quicquid adſtringe- de ff. de verb. oblig.* & alienatio neceſſaria differt à voluntaria, *l. Diuus ff. de petit. hæred. l. peto §. prædium ff. de legat.* cum aliis allegatis, quæ concluſio, vt non poſſit reuocari alienatio feudi hæreditarij ſub haſta venditi, In hoc Regno eſt abſolutiſſima, & abſque controuerſia.

115 Et licet prædicta procedant in reuocatione *dictæ Conſtitutionis* tamen multò magis militant in reuocatione virtute *dictis § Titius, & d. §. porrò*, tum quia eadem, & maior eſt ratio, tum etiam, quia quando datur hoc remedium in feudo hæreditario, quod expreſsè negatur, quamuis in hoc caſu dubitet Regens de Ponte *in dicta deciſ. 11. num. 15* quia factum Iudicis eſt factum partis, & quia prælatio non impugnat venditionem, tamen hæ rationes in ſpecie fuerunt conſideratæ per Freccam *loco citato num.* 10. ſed iſtis non obſtantibus, fuit contrarium deciſum per rationes, vt ibi per eum, quibus non reſpondetur per dictas conſiderationes factas per Regentem de Ponte, & propterea firma remanet tam prima concluſio, quod prædicta iura feudalia loquentia de reuocatione, ſeu prælatione non habeant locum in feu- 116 do hæreditario, etiam viuo alienante, & in ſpecie, quod non habeat locum hoc iur reuocationis conceſſum per prædicta iura in feudis in alienatione, quæ fit ad inſtantiam creditorum, tenuit Fed. Pranck nam *conſ. 4. n. 57. vol. 1.* & in alienatione neceſſaria firmat latiſſimè Morotius *reſp 61. n. 21.* & in retractu ſanguinis, hoc etiam latè firmat Clap. *cauſ. 10e. q. 1. n. 18.* neque obſtabit gloſ. *in d. § porrò* quia non loquitur in venditione, quæ fit ordine Iudicis ſub haſta; nec *deciſiones 177. & 482.* de Franch. quia loquuntur in ſucce laudemij, non autem in retractu ratione ſanguinis, ſeu reuocatione in venditione rerum feudalium, in quibus terminis loquuntur Doctores, & *deciſ.* allegatæ in contrarium.

Ad prætenſam verò prælationem virtute 117 text. *in l. prima ff. de priuileg. credit.* iam ſatis fundatum eſt non procedere, emptione perfecta, & emptionem eſſe perfectam diximus, quando candela fuit extincta plus offerenti, quibus addo in terminis Alinium *in tract. de exec. §. 6. gloſſ. 10. per totum*, nec poteſt dici, quod petitio prælationis fuit facta per D. Alexandrum ante extinctionem, quia eo tempore non aderat oblatio, niſi duc. 68. m. quod pretium non fuit viſum iuſtum Sacro Conſilio, & ideò mediante decreto fuit promiſſum, quod accenderetur candela ſuper prædictâ oblatione citra præiudicium iuriuin partium, & fuit cum effectu accenſa, & præſente in Aula d. Alex. extinxit Ill Princeps Colubrati pro prædictis ducatis 71. ... quot in prædicto actu venditionis non dixit velle præferri pro prædicto pretio duc. 71. m. nec poſt venditionem prædictam, quo caſu ſuccedit regula, quod quando quis haberet ius reuocandi alienata, ſi contradiceret, ſi fuit præſens, & non contradixit, tunc non poterit amplius reuocare, ita Bald *in l. quoties la prima C. de fideicomm. & in l. ſi ſiue C. ad Velleian. num. 12* & text. *in l. ſi fundum per ſideicommiſſum 94 ff. de leg 1.* vbi DD & eſt ratio, quia præſens, & tacens ſibi præiudicat, niſi proteſtetur contra actum, quia videtur conſentire *l. 21. C. de fi. famil. & quemad. pat. lib. 10.*

Quod maximè procedere debet in terminis priuilegij conceſſi virtute text. *in dicta l. 1.* quia creditor, vel agnatus, qui vult præferri, debet expreſsè dicere, quod vult præferri pro pretio, quod ab alio reperitur poſt oblationem factam, ant quam emptio ſit perfecta, quia priuilegium eſt conceſſum petenti ... vt ... adducitur Rip. *in d. l. 1 ff. de priuil. cred.* & poſt eum Alin *in d § 5. cap. 5. n 8.* alias adeſſet fraus, quia ſi bonæ, quæ ſubhaſtantur, venderentur pro modico pretio, tunc diceret creditor agnatus, ego ante venditionem petij prælationem, & propterea volo præferri, aut reperitur

 emptor,

emptor, quid iuſtum pretium, vel vltra offerret, & creditor diceret, nolo prælationem, quia non expreſſi pretium, quando petij prælationem, vel poteſt dicere ego petij prælationem tempore, quo aderat minor oblatio, quod non eſt admittendum, nam nunquam reperitur emptor, qui in haſta candela accenſa offerret, & hoc in ſpecie voluit Petrus Vanderanus *in ſuo tractatu de priuil. credit. cap.* 12. cuius verba, quia loquuntur in proprio caſu ſubhaſtationis, referre non pigebit, *cum enim per præconem tempus rei ſub haſta vendenda publicè ſoleat denunciari, ſanè per ipſum ſtetit, & ſua culpæ debet aſcribere, qui non tempeſtiuè futuræ auctioni ſe parauerit*, oportet ergo, vt creditor agnatus ſe præparet in actu ſubhaſtationis futuræ auctionis, nec ſufficit petitionem prælationis eſſe factam tempore, quo aderat oblatio minoris pretij, & iſtis attentis, apparebit quod ſi benè legatur deciſio S. C. relata per Conſiliarium Iacobum Anellum de Bottis *in addit. ad Bart. in d. l.* 1. decidit in puncto, quod in caſu, de quo agimus, non datur prælatio prætenſa, quod etiam iure fundatur, nam hoc priuilegium prælationis in eo tantum caſu datur creditori agnato, quando nullum ex eo poſſet aliis creditoribus inferri præiudicium, vt optimè declarat Anton. Fab. *in ſuo Cod. tit. de iure deliber. diff.* 14. & ſi admitteretur, vt poſſet ante accenſionem candelæ offerre, ſic generaliter maximum inferretur aliis creditoribus præiudicium, quia nunquam reperiretur emptor, qui poſt prælationem petitam offerat, ſciens rem non eſſe ſibi remanſuram.

Articulus hic non fuit deciſus, quia ex partium concordia feudum remanſit D. Alexandro, qui ad præſens poſſidet, ſed paſſim iudicatur eſſe præferendum proximiorem agnatum, vt teſtatur D. Ioan. Franc. de Pont. *dicta deciſ.* 11.

## ARGVMENTVM.

*Reuocatio in allodialibus iure retractus, protimiſeos, vel prælationis an conſanguineo competat. An quod dictum fuit in feudalibus, idem dicendum ſit in allodialibus, quod ſcilicet conſanguineus præferatur.*

### SVMMARIVM.

1 *Ius retractus, ſeu protimiſeos, vel prælationis in allodialibus an conſanguineo competat, & num. ſeqq.*

*Pro cuius controuerſi articuli reſolutione primo ponitur opinio negatiua, & illius fundamenta.*

2 *Deinde contraria, & ſic affirmatiua adducitur ſententia, nec non leges, & Doctorum authoritates, quibus innititur, recenſentur, & ſecundum eam deciſum, num.* 7.

3 *Minoribus excluſis à beneficio iuris Hiſp. retrahendi rem patrimonialem, vel auitam propter lapſum nouem dierum, an competat remedium*, l. ſi in emptionem ff. de minorib. ratione affectionis.

Mexia, & Guttier. Hiſpani *in contrarias abierunt ſententias.*

4 *Minor ex hoc ſolo, quod in extraneum res aliqua peruenerit, quæ maiorum ſuorum fuerit, ad quam ipſe affectionem habebat, læſus dicitur.*

5 *Minores qui dicantur, remiſſiuè.*

6 *Fratres teſtatoris præferuntur extraneis in emptione rei iuſſu eiuſdem vendita.*

8 *Per* l. dudum C. de contrah. empt. *non eſt ſublata æquitas prælationis.*

*Correctio legis eſt euitanda, nec inducitur, & ſic non eſt correcta* l. 1. ff. de priuil. cred. *niſi ſpecialiter contra illam ſit expreſſum.*

## DECISIO CI.

PRo negatiua afferebatur text. *in l. dudum C. de contrah. empt.* ibi, *dudum proximis, conſortibuſque conceſſum erat, vt extraneos ab emptione remouerent, neque homines ſuo arbitratu vendenda diſtraherent: ſed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honeſtatis colore velatur, vt homines de rebus ſuis aliquid facere cogantur inuiti, ſuperiore lege caſſata, vnuſquiſque ſuo arbitratu quærere, vel probare poſſit emptorem, niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit*, quem ad hoc ponderat Tiraq. *in præfat. de retract. lignager num.* 30. *verſ. nam ſunt*, & alij text. qui ad fundandam huiuſmodi opinionem afferr alia iura, ſcilicet *legem primam C. commun. diuid.* verba cuius hæc ſunt, *frater tuus ſi ſolam portionem prædij ad ſe pertinentem diſtraxit, venditionem reuocari non oportet* & *l. portionem C. de commun. rerum alienat.* cuius etiam verba ſubijcimus, *portionem quidem tuam inuitantis frater tuus alienare non potuit, eius autem partem pretio ſaluto tibi reſtitui poſtulare, nec militari grauitati conuenit*: ſubdens prædictis legibus difficile eſſe reſpondere, niſi dicatur, illud certe non ... le de iure communi, vt pro, inquis poſſit rem venditam reſtituto pretio, redimere, cum nulla lege concedatur. 1

Pro affirmatiua facit text. *in l. ſi in emptionem ff. de minoribus*, in *l. lex, quæ tutores C. de adminiſtr. tutorum, & in l. Imperatores ff de pact.* hanc affirmatiuam firmat Manſuer. *in ſua pract. in cap.* 1. *de retract.* ſubdens, ille tamen admittitur ad habendum retractum, qui in re vendita debebat ſuccedere ab inteſtato, vt ſi res peruenerit ad venditorem ex latere paterno, admittitur proximior ex illo latere, & idem de latere materno in bonis maternis, illa tamen affectione, quoniam fuit maiorum ſuorum, pro qua multa adducit Tiraq. *in d. præfat. à n.* 34. & pulchra exempla Sacræ Scripturæ narrat *num.* 47. & hac ratione *in cap.* 1. *§. porrò, qualit. olim feud cum concord.* præfertur agnatus, quam affert gloſ. *in cap* 1. *§. ſed etiam res, per quas fiat inueſtitura*, Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de diuerſ. prouiſ. num.* 19. *& diffuſius in d. deciſ.* 11. *num* 15. 2

His ſic firmatis hoc remedium, *l. ſi in emptionem* competere tenuerunt Ludouic Mex. & cæteri relati per Gutierez *pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 129. *in princ.* verum non competere poſt 3

lapſum

lapſum nouem dictum ex diſpoſit. legis Regni
Hiſpan. ipſe ſuſtinuit contra Mex. eſt tex. pro
hac opinione *in l. prima ff. de priuileg. cred.* vbi
cognatus debitoris in pari cauſa extraneo præ-
fertur iuxta intellectum Bar. quem communiter
*DD.* ſequuntur, licet Accur. aliter interpre-
tetur, quamvis non ſit creditor, quæ ad hoc
ponderat Paria. *lib. 2. rer. quot. cap. fin. in quinta
par. § 13. num 9. ver. quanquam, & in hac bono-
rum, &c.* Gothofredus *in epitome iur. ciuil. in tit.
ſui codicis de reb. amb. Iud. poſſid. lib. 16. lit. S.*
4 Theſaur. *deciſ 99. num. 17.* ait, minorem ex hoc
ſolo læſum dici, quod in extraneum peruenerit
5 res aliqua quæ fuerit maiorum ſuorum, ad
quem ipſe habebat affectionem, & paulò ſup.
*num. 6* qui dicantur minores, declarat.

6 Eo maximè, quia ſubiacet fideicommiſſo ter-
ritorium, de quo agitur in caſu mortis ſine fi-
liis, quo caſu conſuluit Bart. *conſ. 19. viſo teſta-
mento Andreutij*, fratres præferendos in vendi-
tione extraneis prout refert Tiraqu *præfat. loco
num. 43.*

Hanc æquitatem ſequutum fuit Sac. Conſ.
ſub die 18. Decembris 1620. in cauſa Franciſci
7 de Mauro cum Ioanne Baptiſta de Mauro, Io.
Dominico Capobianco, Actuario de Amico.
Nec per *l. dudum* eſſe ſublatam hanc æquitatem
cenſuit, dum annullat conſuetudinem antiquam,
quæ prohibebat alienationem fieri extra proxi-
mos, & conſortes: nam attenta hac æquitate
non prohibetur alienatio, ſed ſolùm proximio-
ri dat facultatem retrahendi, quia fuit maiorum
ſuorum, quod conſiderabit Manſuer. *in d. cap. 1.
de retract. verſ. nam lex dudum annullat*, & Tira-
quell. *in d. præfat. num. 33. verſ. nec hæc ita ſolias*,
ad fundandam conſuetudinem adducit *d. l. ſi in
8 emptionem cum concordantibus*, nec eſſe corre-
ctam tenet, & meritò, cum ſpecialiter non ſit
expreſſum contra dictam legem, vt notatur *in
l. præcipimus in fine C. de appellat.* cuius verba
ſunt, *quicquid autem hac lege ſpecialiter non vi-
detur expreſſum, id veterum legum, conſtitutio-
numque regulis omnes relictum intelligant*, & ibi
gloſ. *in verb. intelligant*, ex qua lege *DD.* ſo-
munt regulam, quod correctio legis eſt euitan-
da. & per *d. l. dudum* non eſſe correctam diſpo-
ſitionem *d. l. prima ff de priuileg. credit.* tenuerunt
Add. ad Bar. *in d. l. dudum verſ. limita hanc legem*,
& ad Bald. *in lit. A. verſ. item fallit in caſu.*

## ARGVMENTVM.

*In caſu prælationis, tàm in venditione bo-
norum allodialium, quàm feudalium, ac
etiam in emphyteuta, & in locatione præ-
diorum ciuilium, quodnam pretium at-
tendatur, & iuſtum dicatur; oblatum
nè, & conuentum, quod habiturus erat
poſſeſſor, an verò quod communiter repe-
riri poſſet. Et quid in retractu ſeu iure
congrui in diſtrictu Ciuitatis Neap. vir-
tute conſuetudinis.*

## SVMMARIVM.

1 *In retractus, & prælationis iure conſanguineus
an oblatum, & conuentum, quamvis ex-
ceſſiuum, vel iuſtum rei pretium, quod com-
muniter reperiri poſſet, ſoluere teneatur.*

2 *Et docuit* Bald. in l. 2. C. de reſcind. vend.
*ipſum teneri ad pretium oblatum per empto-
rem, cum illud dicatur iuſtum, & nume-
ro 6.*

3 *Quæ ſanè ſententia recepta pariter reperitur in
emphyteuſi.*

4 *Vendicat etiam ſibi locum in locatione prædio-
rum ciuilium.*

5 *Nec non & in feudis.*

7 *Quæ* Bald. *ſententia non procedit in terminis
conſuetudinis Neapolitanæ, cuius diſpoſi-
tio, & cenſura hic ſummatim tangitur,
& ita deciſum.*

## DECISIO CII.

VTrum autem in caſu prælationis conſan- 1
guineus teneatur pretium, quod oblatum
fuit quamuis exceſſiuum, vel iuſtum rei pretium
ſoluere, quod communiter poſſit reperiri. Hanc
quæſtionem ad partes examinant DD. Bal. *in l. 2.* 2
*C. de reſcindend. vendit. in fine num. 6. verſ ſed
hic occurrit dubitari*, voluit teneri ad pretium,
quod habiturus erat poſſeſſor, cùm illud dica-
tur iuſtum, ſequitur Gottifred. *in d. l. 2. in lit. R.*
vbi dicit, ius propinquis, & ſociis non compe-
tit *l. dudum de contrah. empt.* niſi in auctione bo-
norum, vt *in d. l. prima*, Alex. *in l. qui Romæ §.
coheredes num. 12. verſ. adde, quod*, Bal. *in l 2. in
fine ff. de verb. oblig.* Soc. *in d. §. cohæredes n. 31.
verſ. ſeptima concluſio eſt*, Aret. ibidem *num. 12.
verſ. quæris etiam hic Angelus*, Rip. *in l. prima
ff. de priuileg. credit. num. 21.* diſtinguendo plura
membra, tenet, quod quando vnus alteri præ-
fertur reſpectu perſonæ, vel alterius qualitatis,
tunc priuilegium prælationis intelligitur pro
pretio, quod ab alio reperitur, nam ſitis de-
bet eſſe [illegible], quod ſibi potiùs gratificetur,
qua [illegible] abſque eo quod etiam velit, aduer-
ſarium pati damnum in minus percipiendo ab ipſo,
quam ab alio poſſit habere. Hanc etiam, & ſi
aliter diſtinguat, tenet Iacobinus de Sancto
Georgio *in inueſtitura in verb. & cum pacto de
non alienando num. 39. in fine verſ. quandoque ve-
rò quis vult*, Tiraq. *de retract. lignag. § 1 gloſ. 18.
a num. 3.* in emphyteuta expreſſum eſt *in l final.* 3
*in verſ & ſi quidem C. de iur. emphyt.* ibi, *& ſi
quidem dominus hoc dare maluerit, & tantam
præſtare quantitatem, quantam ipſe re vera em-
phyteuta ab alio accipere poteſt, & in cap. potuit,
de locat. & conduct.* per quæ iura ita tenet Cor
bu. *de iur. emphyt. quæſt. 2. de cauſa priuat. ob
alienat. irrequiſito domino*, extendens in vendi-
tione feudi *num. 2.* in locatione prædiorum ci- 4
uilium eſt tex. *in l. fin. C. de locat. prædior. ciuil.*
ibi, *vt ipſe, quod alteri adiecit, attulerit*, idem
in feudis eſt tex. *in cap. 1. §. ſed & res, per quos* 5
*fiat inueſtitura, & in cap. 1. § porrò, qualiter olim
feud. alien. pot.* ibi, *pro æquali pretio.*

Ex quibus iuribus omnes feudiſtæ communi-
ter concludunt prælationem agnatis pro eo pre-
tio, quod offertur ab aliis, dant Io. Andr. *in
d. § ſed & res verſ. & hic agnatus* Bald. Aluar.
Cardinal. Alex. *in d. §. porrò*, Curt. *in tract. de
feudis in 4 par. cap. penult. in 6. & vlt quaſi nu-
mero 125.* Alb. Brun. *conſ. feudal. 80*, Cannet. *in
cap. volentes ſub cap. incipiente proſpexit etiam*, D.

de Pont. *deciſ.11.in princip.* Iacob. vbi ſup. *in d. quaſt. prima in fin.*

6 Remanet indubitata concluſio, pretium, quod habiturus erat poſſeſſor, deberi, illudque dici iuſtum, dummodò ſine fraude, & colluſione ex dictis per præallegat. *DD.* fraus autem ex coniecturis probatur. Vnde aduertit Aret. *in d. §. coheredes*, ibi, *multum debet eſſe diſcretus, vt videas, ſi poteſt perpendere fraudem in qua deprehendenda multum facit enormis exceſſus iuſti pretij cum aliis coniecturis.*

7 Limitatur in retractu iure congrui in diſtrict. Ciuit. Neap. virtute conſuetudinis: nam cùm per conſuetud. Ciuitatis ſit expreſsè prouiſum, illud pretium eſſe per retrahentem ſoluendum, quo per appretiatores Neapolitanos res appretiata fuerit, non attenditur pretium conuentum, & quamvis emptori data fuerit dilatio ad ſoluendum, ea non gaudet retrahens, ſed pretium illicò ſoluere tenetur, iuxta appretium, habito reſpectu ad tempus exequutionis ſententiæ iuxta obſeruantiam, de qua teſtatur Vinc. de Franch *deciſ. 390. in fin.* Et fuit deciſum per S.C. pretium domus retractæ deberi ſeruata forma appretij habito reſpectu ad tempus exequutionis ſententiæ, nec non retrahentem teneri ad depoſitandum integrum pretium, ſunctis Auſis in cauſa Franciſci de Roberto cum Io. Antonio Squillace ſub die 4. Februarij 1620. Sarnus Actuarius.

## ARGVMENTVM.

*Prælatio in venditione ſub haſta, & in venditione neceſſaria, quæ fit à Iudice pro exequutione rei iudicatæ, an competat agnato.*

## SVMMARIVM.

1 *Prælatio in venditione ſub haſta, & ſic neceſſaria, quæ fit à Iudice pro executione rei iudicatæ, an competat agnato. Et primo loco motiua illam excludentia referuntur, quibus nouiſſimè ſatis fit (fundata prius contraria opinione, & num. 2. & per tot.) n. 7. 8. & 9.*

2 *Authoritas haſtæ fiſcalis firma, & immobilis ſtare debet, & ab aliqua partium non lædi, & num. 9.*

*In venditione feudi facta ſub haſta ceſſat beneficium reuocationis, inductum per* Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ.

3 *Ex Iudicis adiudicatione facta creditori, vel alteri vltimo licitatori tenetur debitor de euictione, & cum ratione.*

*Et amplius præfata adiudicatio, & alienatio cenſetur voluntaria, & n. 8.*

*Iudex cum dat inſolutum creditori rem debitoris ex præcedenti eiuſdem contractu, idem debitor hoc feciſſe videtur, & n. 5. & 7.*

4 *Factum partis ſi non valet, nec factum quoque Iudicis, qui vi illius facti à parte proceſſit valebit, quod tamen per omnia non procedit.*

6 *Laudemium debetur, & prælatio competit in venditione facta ſub haſta, & ita deciſum.*

## DECISIO CIII.

ET an prælatio agnato detur in venditione 1
ſub haſta videbatur non dari, nam ſi daretur prælatio in hoc Regno, ſequeretur maximum inconueniens, cum multi ſint feuda habentes debitis inuoluti, & venalibus expoſitis, non reperirentur emptores.

Inſuper in venditione neceſſaria, quæ fit à Iudice pro exequutione rei iudicatæ, non habet locum prælatio per *l. cum fidei hæredis ff. de fideicom. libert*, ita voluit Io. de Platea poſt alios *in l. prima C. de fund. patrimonialib. lib. 11.* & alij relati per Tiraquell. *in tract. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. num. 8.* & non habere locum prælationem in venditione ſub haſta tenuit Callan. *in rubr. 10 §. 9. num. 5. verſ. videtur in conſuet. Burgū.* Roman *conſ. 107.* Magon *deciſ. Florent. centeſima.* in venditione neceſſaria non habere locum Schrader. *tenuit par. 8 cap. 7. num. 14. in tract. de feud.* refert D. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de diuerſ. prouiſion §. 1. n. 21. verſ.* & idem tex. *in §. porro*, & idem dubitando *in deciſ. 11. num 14. verſ. qua concluſio limitatur*, pro
authoritate haſtæ fiſcalis quæ debet 2
ſtare firma, & immobilis, & ab aliqua partium non lædi *l. 1. & 2. C. de iur. haſt. fiſcal. lib. 10.* vnde Marin Frec. *de ſubfeud. lib. 2. limit. 44.* dicit, non poſſe reuocari venditionem iuxta Regni Conſtit. quando feudum eſt expoſitum ſub haſta, & vltimo licitatori plus offerenti remanſit propter authoritatem haſtæ fiſcalis.

Pro contraria ſententia, quod etiam in ven- 3
ditione ſub haſta prælatio detur, facit; nam quod fit à Iudice rem ipſam adiudicante creditori, vel alteri vltimo licitatori, cenſetur fieri ab ipſo debitore, qui primò ſpontè debitum creauit, ideoque æquè tenetur de euictione, ac ſi ipſe feciſſet, *l. ſi ob cauſam*, & ibi Bart. Bald. & alij *C. de euict. & l. ſi pignora ff. eod. tit. & l. eleganter in princip ff. de pignor. act. & l. libera C. de ſentent. & l. profectitia in principio* ibi, *ſed & ſi proponis, præterea ff. de iur. dot. & l. prima C. ſi in cauſ. iudic. pig. capt ſit*, & notat gloſ. *in l. prima § hæc verba in verb. exceptione*, & ibi Bart & Alber. *ff. ne vis fiat ei*, & glo. *in l. id, quod noſtrum in ſecunda, atque quinta oppoſitione ff. de reg. iur.* Cynus *in l. emptorem in prima oppoſitione C. locati*, Signor. qui ex hoc dicit, hinc cenſeri alienationem voluntariam *conſ. 73. fall. in ſic præſupponitur, paulo ante fin.* Bart. *in l. prima in principio colum penult. verſ. ſed quid ſi exequutor ff. de acquir. poſſeſſ.* Bald. *in authen. & qui iurat col. penult. verſ. modo ego quæro C. de bon. authorit. Iudic. poſſidend. & in cap. quoniam frequenter § vlt. in fine extra vt lite non conteſt.* vbi ex hoc dicit, quod cum Iudex dat inſolutum creditori rem debitoris, videtur ipſemet debitor dediſſe, qui eſt caſus noſter, idem Bald. *in cap. 1. colum. penult. verſ. ſi vere ſequeſtratio extra de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & conſ. 406. verba inueſtitura poſt medium lib. 1.* vbi idem dicit, & *conſ. 61. in iſta quæſtione col. 2. verſ. 2. ex alio fundamento lib. 2. & conſ. 257. dicta tenuta lib. 4.*
vbi ex hoc dicit, quod ſi non valet factum par- 4
tis, nec factum quoque Iudicis, qui vi illius facti partis proceſſit, & *conſ. 227. quoniam pro debito lib. 5.* Ang. *conſ. 5. viſis inſtrumentis col. prima, & conſ. 203. ex princ. ad finem*, vbi tamen dicit,

dicit, & oſtendit, id per omnia non procedere, Salicet. poſt Dinum *in l. cum notiſſimi §. item col. 2. verſ. ex quo patet C. de præſcript. triginta vel quadraginta annor. & in l. ordo in fin. C. de exequut. rei iudicat* Petr. Anchar. *conſ. 8. pro faciliori col. 2. & conſ. 27. in quæſtione col. prima verſ. ſecundò probo*, Alex. *conſ. 12. viſo proceſſu poſt*
5 *principium libr. 5.* vbi ex hoc dicit, quod ſi Iudex creditori rem feudalem adiudicarit, non poterit vaſſallus eam adiudicationem infringere, cum eam ipſe feciſſe videatur. Et huius ratio optima eſt, nam cum id à voluntate originem habuerit, vt in ſimili dicitur *in l. in commodato §. ſicut ff. comm.* conſequens eſt, quicquid inde ſequitur, voluntarium quoque exiſtimari, vt not. *in l. prima verſ. quod ſi exiſtant iuncta gloſ. in ver. pacto C. de naturalib. liber.* & Bald. *d. conſ.*
6 *309. in fin. lib. 1.* Cùm ſufficiat, quod talis venditio habeat ortum ex obligatione contracta per ipſum debitorem ad hoc, vt laudemium debeatur, & prælatio competat. Dom. de Franch. *deciſ. 27. num. 1. & dec. 482. in princ. & dec. 588.* deciſum fuit per Rot. Rom. vt teſtatur Cencius *in deciſ. impreſ. poſt tract. de cenſib. deciſ. 86.* & in Regno Galliæ vt teſtatur Papon. relat. per Tepat. *in tit. de retract.* hanc etiam opinionem ſuſtinet Guttier. *pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 57.* Io. Bapt. de Thoro *in compend. deciſ. in verb. præferri*, pro hac ſententia adduco gloſ. *in dicto §. porrò verſ. pro æquali*, vbi dominus hodie præfertur volens pro æquali prætio redimere, maxime in Ciuitatibus, in quibus vaſſallorum ſunt feuda, quæ pro eorum debito creditoribus ſuis venduntur, ſequitur Beluiſ. Iac. de Neap. Bal. Aluar. qui *num. 5. verſ. quæ cum gloſ. 1.* refert, communiter eſſe à Doctoribus approbatam, Afflict. *num. 30*, Paris de Puteo *in cap. an ſi vendatur res feudalis num. 6.* Capyc. *deciſ. 9.* vbi refert ita fuiſſe deciſum, & licet loquatur gloſ. in domino, tamen in redimendo, vel prohibendo potior erit agnatorum conditio *d. §. porrò*, vbi gloſ. & Andr. & Aluar. *dicto num. 5. verſ. ex prædictis*, Roſental. *eadem concluſ. 89. num. 5. cap. 9. membr. 2.*

Contraria non obſtant.

7 Et primò, nam incertum erit, ſi agnatus velit retrahere, ideò quilibet libere poterit emere, & ſi agnatus voluerit retrahere, integrum pretium ſoluet, & nullum damnum eueniet emptori.

8 Nec ſecundò obſtat, quod venditio ſequatur ex cauſa neceſſaria, nam vt ſupra fundatum fuit, attenta originali cauſa, oritur alienatio ex obligatione contracta per debitorem.

9 Nec tertiò obſtat authoritas hanc tradentis, quæ firma remanet, ſed ex priuilegio competenti perſonæ ratione agnationis, vel quia fuit maiorum ſuorum, datur prælatio.

In ſubhaſtatione rerum fiſcalium fuit aliter obſeruatum, & recepta fuit maior oblatio, & ſuper ea accenſa candela poſt aliquos dies. licet oblatio non eſſet neque vltra ſextam, neque vltra decimam, iuxta diſpoſitionem *pragmat. 71. de offic. Procurat. Cæſar* non obſtante prælatione petita per Io Dominicum Aſtutum, cui prius legitimis ſubhaſtationibus, & candela accenſa, & extincta in Collaterali Conſilio coram D. Protege fuerunt addicta iura Arrendamenti ſerici per annos ſex.

Pro Dominico Aſtuto allegabantur dicta per Donat. Anton. de Marin. *reſolut. 146.* per Nouarium *in dicta Pragm. 71. num. 4.* per D. [illegible] de Mar. *ad deciſ.* Gizzarell. & faciunt adducta per Mangil. *in tract. de ſubhaſt. c. 120. in princ.*

Omnium Iudicum tam Collateralis Conſilij, quàm Regiæ Cameræ conſenſu, non fuit admiſſa petitio Io. Dominici Aſtuti ad impediendam ſubhaſtationem ſaluis iuribus pro prætenſa prælatione, ſuperuenit infra terminum quadraginta dierum à *Pragmat. 71.* ſtatutom maior oblatio, quæ erat admittenda per text. *in l. & ſi ſine dolo, §. quæſitum ff. de minor.* & ibi gl. cum adductis per Pet. Caball. *in conſ. 130. num. 18. lib. 2.*

Fiſcus in ſuis contractibus venditionum ſpeciali vtitur priuilegio, vt nempe alius offerens meliorem conditionem, audiatur, *l. fin. in princ.* vbi Bart. *ff. de iure fiſc.* cum cæteris cumulatis per Io. Anton Mangil. *in d. tract. de ſubhaſtat. d. quæſt. 34. num. 9.* & illa licitatio accipienda eſt, quæ fiſco eſt vtilior, Afflict. *de execut. §. 6. c. 11. n. 8. 11. & 12.*

Et ſi non excedit ſummam contentam in Pragmatica, in licitatione poterit augeri calore licitationis, & in venditione ſubhaſtata de iure non eſt locus retractui, ex adductis per Mangil. *in d. quæſt. 20. n. 8.* & faciunt poſita in dicta noſtr. *dec. 103. vſque ad n. 3.*

Ceſſant in hoc caſu conſiderationes *in deciſ. 103.* & per Mangil *in princ. d. quæſtionis 120.* quod adiudicatio voluntaria cenſetur, ex quo debitoris factum præcedit, qui ſponte prius debitum creauit, in quo fundata fuit deciſio, & opinio prædicta Mangil.

Super noua oblatione accenſa, & extincta candela in beneficium vltimi plus offerentis, eidem conſignata fuit poſſeſſio.

## ARGVMENTVM.

*Prælatio, an, & quando creditori, & agnato competat etiam in re feudali, vel etiam retentio poſſeſſori, feudo vendito ad inſtantiam creditorum in iudicio aſſiſtentia præſtita, ac etiam decreto ſuper conſignatione poſſeſſionis interpoſito, ſtante depoſito facto eiuſdem quantitatis per vltimum licitatorem oblatæ ſoluendæ creditoribus anterioribus ſuper feudo prædicto.*

### SVMMARIVM.

1 *Venditione feudi hereditarij noui ſub haſta facta in iuditio, aſſiſtentia præſtita creditoribus anterioribus, ac interpoſito decreto pro conſignatione poſſeſſionis, an facto depoſito eiuſdem quantitatis oblatæ per vltimum licitatorem, ſoluendo creditoribus anterioribus ſuper feudo prædicto, competat poſſeſſori retentio, vel creditori, & agnato prælatio, & num. ſeqq.*

*Et negatiua ſubſtinetur ſententia, n. 10. & ſeqq. & ita deciſum n. 20.*

2 *Poſſeſſor, qui reperitur creditor ſuper re poſſeſſa hypothecaria conuentus excludit exceptione creditorem poſteriorem agentem* hypothe

*hypothecaria, ac etiam iure aſſiſtendi, & quare, & num. 4.*

3 *Creditor ſecundus, qui agit hypothecaria contra poſſeſſorem, qui creditor reperitur anterior, aliam non habet facultatem, quàm offerendi totum debitum poſſeſſori, & ſic rem liberare.*

4 *Clauſula* Conſtituti, & præcarij, *ex quibus aſſiſtentiæ proficiſcitur remedium, alia etiam includens remedia, ſecundum naturam principalis obligationis reſtringuntur.*

5 *Exceptiones, quæ remouent creditorem agentem hypothecaria, militant pro abſoluto contra creditorem agentem iure aſſiſtendi.*

6 *Sententia ſuper aſſiſtentia lata ad finem vendendi, vt ex pretio creditoribus ſatisfiat, æſtimatio ipſius rei ſoluenda eſt.*

7 *Motiuum ex* Caſtr. *traditione deductum fauens iuri retentionis.*

8 *Creditori, & agnato an competat prælatio, & quid in feudalibus, & etiam in feudo hæreditario, & num. 9.*

11 *Venditio perfecta dicitur, & contractus in licitatione perfectus, extincta candela, adeò vt locus pænitentiæ amplius non ſit, quamuis poſſeſſio tradita non fuerit; cum ſat ſit, rem eſſe venditam, & n. 13.*

12 *Ideoque dominus directus laudemia petere, venditione facta, etiam ante traditionem poſſeſſionis, poterit.*

14 *Emptor licet ante traditionem dominus non ſit, competit tamen eidem actio ad rem ſibi tradendam, & dominium in ſe transferendum, quod à tempore venditionis translatum cenſetur, cum traditio poſtmodum facta fuerit, & n. 16.*

15 *Qui actionem ad rem habet, ipſum rem habere videtur.*

17 *Hypothecaria perſequutio contra ementem iure creditoris datur.*

18 *Ius offerendi ſecundo creditori competit contra creditorem anteriorem vſque ad litis conteſtationem ſuper executione rei iudicatæ, & vſque ad ſententiam per viam purgationis moræ.*

19 *Prælatio, quæ ante venditionem creditori, & agnato competit, poſt venditionem ipſius rei ſub haſta factam, denegandu eſt, & ita deciſum.*

## DECISIO CIV.

1 PRæſtita fuit aſſiſtentia ſuper Terra Sancti Ioannis Rotundi poſſeſſa per D. Petrum Cauaniglia, inſtantibus creditoribus D. Franciſci Cauaniglia, ad finem vendendi. Pro cuius ſententiæ exequutione accenſa candela in Aula Sacri Conſilij, contradicentibus D. Petro Cauaniglia poſſeſſore, ac D. Michaële creditore, & agnato proximo ſucceſſuro, remanſit ſub haſta Franciſco de Angelis tanquam vltimo licitatori, & interpoſito decreto pro conſignatione poſſeſſionis, petierunt domini de Cauaniglia, facto depoſito eiuſdem quantitatis oblatæ per Franciſcum de Angelis, decerni, licere retinere, ſoluto credito anterioribus ſuper Terra prædicta.

2 Pro dictis de Cauaniglia dicebatur, quod poſſeſſor conuentus hypothecaria, qui reperitur creditor ſuper re poſſeſſa, excludit exceptione creditorem poſteriorem agentem hypothecaria, *l. prima C. ſi antiq. cred. l. creditor la ſecunda ff. qui pot. in pig. habean.* etiam ſi creditum non ſit ipſius poſſeſſoris, ſed eius, à quo ipſe cauſam habet, *l. ſi prior. §. ſi ſimpliciter ff. qui potior.* Nec habet 3
aliam facultatem ſecundus creditor, qui agit hypothecaria contra poſſeſſorem, qui reperitur creditor anterior, quàm efferendi totum debitum dicto poſſeſſori, & ſic rem liberare, *ead. l. prima C. ſi antiq. credit. l. potior § final. ff. qui potior.* declarat Neguſan. *part. 5. mem. 3. n. 1. & ſeq.* quod
procedit, etiam ſi actum ſit iure aſſiſtendi, quia 4
cum hoc remedium aſſiſtentiæ ortum habeat virtute clauſularum *conſtituti, & precarij* includens antiqua remedia, *l. fin. C. de iur. domin. impetr. l. creditores, C. de pign.* & Salu. *interdicti*, & ex diſpoſitione *Reg. prag.* latiùs prouideatur creditori, qui habet fundatam hypothecam ſuper bonis debitoris, quotieſcunque dicta hypotheca, quæ eſt principalis, exceptione eliditur, remouentur omnes conſequentiæ clauſularum, & pactorum, & ſic in remedio aſſiſtentiæ ſublatæ, & inefficaces debent intelligi, ad quod fuit ponderata gloſ. *in l. ſi patroni §. patronum, verb. fauiana ff. ſi quis in fraud. patron.* cum dictæ clauſulæ reſtringantur ſecundum naturam principalis obligationis, *clement. prima in fine de prab. l. fina.* & ibi Bald. *C. de conſtit. pecun. l. final. C. de non numer. pecun. l. fin. qui ſatiſd. cogan.* Alex. *in l. qui dotem col. 4. ſolut. matrim.* Dec. *in l. non omnis ff. ſi cert. petat. & l. ſimul. n. 21. C. de pact. & in conſ. 305.* & quod exceptiones, quæ remo- 5
uent creditorem agentem hypothecaria, militent contra creditorem agentem iure aſſiſtendi, tradit D. de Franch. *deciſ. 38. in principio*, dum ergo hic poſſeſſor depoſitauit quantitates debitas anterioribus, & ſic pro illis dicitur ſatisfeciſſe, quoad alios creditores ipſe poſſeſſor reperitur anterior, & ex ſuo, & ex credito authoris ſui, meritò eos excludit, & rem licet eidem retinere ſecundum caſum ſupradictarum legum.

Inſuper cum lata ſit ſententia ſuper aſſiſtentia 6
ad finem vendendi, vt ex pretio ſibi ſatisfiat, & ſic pretium conſequi intendit creditor ipſius rei, non adiudicationem, ceſſat difficultas, an totum debitum iuxta terminos *l. mulier ff. qui pot. in pign. habean.* vel æſtimationem rei habere debeat, de qua per D. de Franch. *deciſ. 38* Magon. *deciſ. Florent. 9. & 51.* Viuius *opin. 496.* & tunc abſque dubio, erit ſoluenda æſtimatio ipſius rei, eſt tex. *in l. communi diuidundo § inter eos ff. commun. diuidun.* Socin. *conſ. 224. eleganter, & ſubtiliter n. 2. verſ. ſecunda difficultas eſt vol. 2.*

At cum pretium rei fuerit depoſitatum, ex 7
quo prioribus creditoribus ſatisfieri poteſt, & ex venditione nullam victor conſequi poteſt vtilitatem, non videtur, quod compellatur ille pati, quod vendatur, quia ceſſat cauſa, per quam compelli poteſt, notat Paul. de Caſtro *in l. à Diuo Pio § ſed & illud in fin. ff. de re iudic.*

Dicebatur tandem, quod & ſi aliqua difficul- 8
tas poſſit oriri in dicta retentione, non eſſe denegandam prælationem vti creditori, & agnato iuxta tex. *in l. prima ff. de priuil. credit.* & vti agnato in re feudali iux. tex. *in cap. 1. § ſed etiam* 9
*res, per quos fiunt inueſtit. cap. 1. §. porrò qualiter olim feud. alien. pot. capite 1. §. Titius, ſi de feud. def. milit.* quæ iura etiam in feudo hæreditario extendi, fundant D. de Pont. *deciſ. 11.*

Collat.

*Collat.Conſ.*& latiùs D.Rou.*in allegationibus poſt deciſionem impreſſis.*

10 Pro Franciſco de Angelo emptore dicebatur,
eſſe exequendum decretum, & mittendum in
poſſeſſionem dictæ Terræ ſub haſta remanſæ,
ſtante depoſito per eum facto: perfecta enim
11 dicitur venditio, licet non fuerit tradita poſſeſ-
ſio, tex. eſt *in l. conſenſus circa medium ff.de act.
& obligat l.prima C.de peric.& commod.rei vend.*
probat Aret. *in l. ſi fideiuſſor §. meminiſſe col. 2.
verſ.ſuper tertio ff.de leg.1.*& perfectum eſſe con-
tractum in licitatione, extincta candela, tenuit
Bart. *in l.licitatio verſ.ſed puto contrarium de pu-*
12 *blican. & vectigal.* ideò dominus directus pote-
rit petere laudemia Manſuer.*in tit.de retract.col.
vlt. §. item pone, emptor verſ. quid de domure.*
13 ſufficit enim rem eſſe venditam, *l.prima, & ſe-
cunda C. de reſcin vend.Bero.conſ.199.lib.*1. adeò
vt non amplius ſit locus pœnitentiæ, nec ven-
14 ditor illam amplius reuocare poterit, licèt enim
emptor ante traditionem non ſit dominus, com-
petit tamen eidem actio ad rem ſibi tradendam,
ac dominium in ſe transferendum, *l. ex empto
in princip.ff.de actione empt. l ut conuentionalib. in*
15 *fine ff. de verb.obligat.* qui enim actionem habet
ad rem, ipſam rem habere videtur, *l.qui actio-*
16 *nem ff.de reg.iur.*traditio enim habet neceſſariam
conſequentiam ad contractum, *l.prima, & d.l.
ex empto de actionib. empt.* ideoque à tempore
venditionis cenſetur dominium tranſlatum, cum
fuerit poſtmodum facta traditio, arg. *l. qui po-
tior, & l.qui balneam ff.qui pot.in pignor.hab.*latè
hanc perfectionem declarat Matthieſ. *lib. 5.
tit.11. lib. 7. gl.6. n. 12. & ſeqq. tit. de empt. &
retract.*

17 Et contra ementem iure prioris creditoris
datur perſequutio hypothecaria, *l.prima C.ſi an-
tiqu.creditor*, Anna *allegat.56.*Theſ.*deciſ.*127 D.
de Franch. *deciſ.69.* Menoch.*præſum.121.*

18 Et iſtud ius offerendi non niſi vſque ad litis
conteſtationem ſuper exequutione rei iudicatæ
competit, & per viam purgationis moræ vſque
ad ſententiam Afflict. *dec.*187. Capye.*deciſ.*202.
*n.10.*at in caſu, de quo agitur, cum iam fuerit
prolatum decretum ſuper exequutione, ceſſat ius
offerendi.

19 Itemque prælatio eſt deneganda dictis de Ca-
uaniglia vti creditoribus, & agnatis per tex. *in
l.prima de priuileg.creditor.* prælatio enim com-
petit ante venditionem, vt patet ex verbis illius
tex.ibi, *cum bona veneunt ex comparutione ex-
tranei, & eius, qui creditor, cognatuſue ſit, po-
tior habetur creditor, cognatuſue*, poſt enim ven-
ditionem non competit prælatio ex dictis per
Petrum Vander.*in tract. de priuileg.creditor.c 12.
in fin.*Fab.de Monte *in tract.de emp.& vend.par.
5.ſub num.90.* Aſin. *de execut.§.6. cap.*10. & ita
deciſum fuiſſe in S.C.teſtatur Mangrella *in ad-
dit.*ad Bart. *in l.prima de priuileg. credit.* cuius
verba ſunt hæc, *In cauſa creditorum Magnifici
Fabritij Mormilis habita ſub anno 1575.dum eſſet
vendita quadam domus dicti Fabritij, præcedente
ſubhaſtatione ad inſtantiam eius creditorum,
& liberata Ruſtiliæ Girolla, qua ceperat poſſeſſio-
nem, comparuit Magnificus Valerius Mormilis
creditor, & cognatus, petens præferri in venditio-
ne dictæ domus pro eodem pretio vigore huius tex.
& tandem me referente, per S.C.iunctis Dominis
duarum Aularum fuit excluſus, quia venditio erat
iam facta,*

Inſuper quia feudum prædictum erat nouum 20
emptum ab ipſo D.Petro, & in feudo hæredita-
rio nouo non dari prælationem, eſt indubitatum
ex dictis per eundem Regent. de Ponte *in dicta
deciſ.n.12.verſ. benè fateor, & in tract.de poteſt.
Proreg.in tit.de diuerſ. præiſ. c. 1. n.20.* ideò fuit
denegata prælatio, & non fuit diſcuſſus articu-
lus, an in feudo hæreditario competat prælatio,
de quo eſt latè dictum ſupra *deciſ.*100.

Sub die 3 Februarij 1621.per S.C. in Colla-
terali coram Illuſtr. & Reu. Cardinali Zapata
Locumtenente fuit prouiſum, quod conſignetur
poſſeſſio Franciſco de Angelo, non obſtantibus
oppoſitis per dictos de Cauaniglia, qui poſteà
voluntariè ceſſit eiſdem de Cauaniglia.

## ARGVMENTVM.

*Feudo vendito à filio, pretium tamen reci-
piente patre, qui alteri deinde vendidit,
ac tradidit quis emptor præferatur ad
interpretationem l. quoties C. de rei-
uendic. Officialis an poſſit emere, vel ali-
ter contrahere cum inquiſito. Prohibita
venditione ſub pœna, & facta cum pacto
impetrandi reuocationem prohibitionis,
qua fuit reuocata poſt venditionem an
non ſolum validetur contractus, ſed etiam
euitetur pœna contrahentibus impoſita.*

## SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries recenſetur, ex quo reſoluendus pro-
ponitur feudalis articulus concernens ma-
teriam* legis quoties C.de reiuend.
*In quo potiorem eſſe ſecundum emptorem, eique
venditionem factam firmam remanere ſu-
ſtinetur à num.13.
Et ita deciſum n.21.*

2 *Contractus emptionis, & venditionis conſenſu,
re, & pretio perficitur; nec ad eius eſſentiam,
& probationem ſcriptura requiritur, cum
per teſtes probari poſſit, etiam ſi partes, per-
fecto contractu, dixerint, quod fiat ſcriptu-
ra, & num.5.*

3 *Hoc idem in contractu feudali locum ſibi ven-
dicat.
De iure Regni per* prag.11.de feud. *contractus
feudorum, ſuper quibus præſtandus eſt aſſen-
ſus, nullius roboris, & momenti ſunt, ſi fir-
mati, & celebrati non ſint per acta publica
in poſſe Notariorum.*

4 *Ratihabitio contractus emptionis, & venditio-
nis inducitur acta per receptionem partis
pretij.
Iudicis præceptum cuius ſit virtutis.*

6 *Prohibitio alienationis a Iudice ex cauſa fieri
poteſt, eaque dominij tranſlationem impe-
dit, ſecus ſi nudum præceptum ex abrupto
factum ſit, & n.10.
Cauſa à iudice alienationem prohibente in ſen-
tentia exprimi debet, aliàs dominij tranſla-
tionem non impedit, & de ratione n.11.*

7 *Prohibitio hominis fortior eſt, quam legis, quæ
ſeipſam faciliùs interpretatur.*

8 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*

*9 Alienatio*

9 *Alienatio facta contra prohibitionem hominis accedentem ad prohibitionem legis, ſiue Iudex ille ſit, ſiue teſtator, adeo ipſo iure nulla eſt, vt nec iuriſiurandi interpoſiti authoritate confirmari poſſit.*

12 *Litigij vitio per ſolam citationem res afficitur cum actione reali agitur.*

13 *Poſſeſſor primus, in contractu ſecundus, & poſterior, in detinendo potior cenſetur, tàm in bonis burgenſaticis, quam feudalibus, etiam ſi contractus ſit nullus, & cum ratione.*

15 *Conuentio facta per officialem maximè temporalem in loco adminiſtrationis, an valida cenſeatur.*

16 *Contractus celebratus per officialem cum inquiſito coram ipſo nullitatis vitio laborat, & ita deciſum.*

17 Conſtitutionis Conſtitutionem diuæ memoriæ *beneficium vendicat ſibi locum etiam in promiſſione de vendendo.*

18 *Denunciatio in reuocatione contractus feudalis an requiratur, vel ſat ſit ſcientia.*

19 *Venditio rei feudalis primo loco celebrata, ipſo iure reuocata cenſetur, ſi idem venditor ante impetrationem aſſenſus illam alteri vendiderit.*

20 *Contemptus Iudicis ceſſat in venditione facta contra præceptum Iudicis de non alienando, ſi in ea apponatur pactum, vt obtineri debeat reuocatio d. decreti, & confirmatio Iudicis, nec in illa remedium attentatorum locum habit.*

## DECISIO CV.

1 IOannes Aloyſius Catalanus Iudex Mag. Cur. crim. ad probandam emptionem Terræ Rotundi produxit partitam banci ſolutionis partis pretij Antonio de Flore domino, necnon depoſitiones teſtium deponentium venditionem, & inſtrumentum cum filio ſtipulatum.

Inſtabat condemnari Antonium patrem ad conficiendum cautelas, & tradendam poſſeſſionem, ac etiam declarari nullam venditionem poſteà ſequutam in perſonam Franciſci Mariæ Maricondæ contra decretum Iudicis ad inſtantiam dicti Aloyſij, per quod fuit iniunctum Antonio de Flore, quod non contraheret ſub pœna ducatorum mille, & nullitas venditionis.

Et ad fundandum, quod probationes ſufficiant, quamvis inſtrumentum cum ipſo Antonio non ſit ſtipulatum, adducebatur, quia conſenſus, res, & pretium perficiunt emptionem §. 1. *Inſtit. de empt. & vend.* gloſ. in *l. pacta conuenta, & l. inter patrem* §. 1. ibi, *non autem pretij numeratio, ſed conuentio perficit ſine ſcriptis habitam emptionem ff. de contrab. empt.* Fabian de Monte *in tract. de empt. & vendit.* cum aliis adductis per Maſcard. *in tract. de probat. concluſ.* 611. *quaſt. prima principal. num.* 4. nec ad eius eſſentiam ſcriptura requiritur, neque ad eius probationem, cum poſſit probari per teſtes *l. cum res C. de probat. l. pactum C. de pact.*

3 Quod etiam in contractu feud. ll procedit Camerar. *in can. Imperialem fol. 8. lit. K. verſ. ſed dicite vos*, Aluar. & Præpoſit. *in cap. 1. qua ſit inueſtitura*, Petr. Gregor. *de conceſſ. feud. par 2 q. 4. n. 4.* Roſental. *in tract. feud. ſub tit. quib. mod. feud. acquir c. 6. quaſt 4. in princip. tom. 1.* Ioan. Andr. Georgius *in repetit feudal. par. prima cap. 16. de ſolemn. in proband. inueſtitur. num. 25.* 4 accedente quoque ratihabitione Antonij patris inducta per receptionem partis pretij, *l. Paulus reſpondit ff. rem rat. hab.*

Et cùm probata ſit venditio abſque ſcriptura, 5 non obſtat, ſi partes, perfecto contractu, dixiſſent, quod fiat ſcriptura, quæ non eſt de ſubſtantia, ſed ad probationem Theſaur. *deciſ.* 197. & Vrſill. ad Afflict. *deciſ. 39. n. 6.* referens, ſic iudicatum, latiſſimè per Gizzarell. *deciſ.* 75. qui hanc opinionem in praxi receptam per S. C. teſtatur, & pluries ſecundum illam iudicatum.

Ad fundandum venditionem poſtea factam 6 Franciſco Mariæ Maricondæ contra præceptum Iudicis eſſe nullam, afferebatur tex. *in l. ſi ab eo, iuncta gloſ. in verb. vetiti*, ibi, *idem propter authoritatem ſententiæ ff. de vſucap.*

Poteſt fieri prohibitio alienationis ex cauſa à Iudice *l. de pollicitat. ff. de pollicitat* gloſ. *in l. proſpexit in verb. legiſlator ff. qui, & à quibus*, & ex venditione ſequuta contra præceptum Iudicis non transfertur dominium, ita Bart *in l. filiusfamilias* §. *diui n. 16 de legat.* 1. contra opinionem Innocentij nihil allegantis ſuſtinuit per tex. *in l. ſi ſciens ff. de contrab. empt.* fortior enim 7 eſt prohibitio hominis, quàm legis, quia lex ſe ipſam faciliùs interpretatur, vnde illud etiam 8 eſt, quod dici ſolet, prouiſionem hominis facere, vt ceſſet prouiſio legis, *l. vltima C. de pact. conuent.* ideo ſi ad prohibitionem legis accedat 9 etiam prohibitio hominis, ſiue Iudex ille ſit, ſiue teſtator, adeò nulla eſt ipſo iure alienatio, vt nec iuriſiurandi interpoſiti authoritate confirmari poſſit Fab. *in C. lib. 2. tit. 9. diffin. 9.* præceptum enim Iudicis de non alienando impedit, ſi 10 ex iuſta cauſa fiat, dominij translationem, ſecùs verò ſi nudum, & ex abrupto ſit factum, ita communiter *DD* declarant præallegatam doctrinam Bat. (quæ fuit priùs Cyni, & Petri *in l. final. C. de pact. inter emptor. & venditor*) Bald. & Salic. *in l. ſi a lege C de condict. ob cauſ.* Imol. Alex. *in d. §. diui* refert, & ſequitur *in repetitione d. § diui*, Ioannes Crotus *n.* 104. Ambroſ. de Opizonibus ibid. *n.* 170.

Ex qua declaratione infert Ioannes Crotus 11 *præcit. loco*, quod licet iuſta ex cauſa Iudex prohibeat alienationem, iſta prohibitio non impedit dominij tranſlationem, ſi in ſententia cauſa, quæ ſubeſt, non fuerit expreſſa, quia quando aliquid regulariter eſt prohibitum, in certis tamen caſibus eſt permiſſum, debet ille, qui expetit actum, exprimere, quod ipſe eſt in aliquo illorum caſuum permiſſorum, afferens doctrinam Abbat. poſt Innoc. *in cap. ad noſtram, de appell.* quod fuit obſeruatum in huius decreti interpoſitione.

Reſtat videre, an in caſu, de quo agitur, iuſta 12 adfuerit cauſa prohibitionis. Pro quo dici poterit, quod quando agitur actione reali per ſolam citationem afficitur res vitio litigioſi iuxta tradita per Cotar. *pract. quaſt. c. 13. n. 6.* Affl. *in Conſt. earum fraudibus n. 4.* Maran. *in ſpecul. 4 par. 3. diſtinctione n. 5.* & res litigioſa alienari non poteſt, *l. fin. C. de litigioſ* Alex. *in d. §. diui n.* 58.

Iudex ergo iuſta ex cauſa prohibeat alienationem rei, ſuper qua aderat controuerſia.

Pro Franciſco Mariconda dicebatur, ipſum emiſſe ab Antonio de Flore vero domino Terram Rotundi publico inſtrumento venditionis mediante cum omnibus ſolemnitatibus,

ac Regio aſſenſu vallato, atque corporalem poſſeſſionem traditam fuiſſe, & dato, quod præceſſiſſet contractus venditionis pro Aloyſio actore, adhuc eſſe potiorem in detinendo, quia ipſi prius tradita fuit poſſeſſio ad tex. in l. quoties C. de rei vend. Gomezius variarum reſolutionum tit. de empt. & vend. tom. 2. cap. 2. n. 20. Couarr. lib. 2 variarum cap. 19. quæ diſpoſitio æquè obtinet in feudis, quemadmodum in burgenſaticis, Andr. in cap. 1. §. ſi facta num. 2. verſ. ſi poſteà dominus ſi de feud fuerit controuerſ. & in cap. 1. num. 5 verſ. hoc intelligendum, qui ſucceſſ. ten. il ſe. ondo, vbi Lipar. lit. E. Frezz. de ſubfeud. in ſuis limitationibus ad dictam Conſtitutionem, Conſtitutionem diuæ memoriæ limit. 18. num. 6. in fine, & curſus in ſuis quæſtionibus 10. quæſt. n. 6. Camer. fol. 9. lit. A. Surd. deciſ. 589. num. 2.

13

Quinimò etiam poſito contractu nullo, adhuc tamen hæc poſſeſſio ſecundi emptoris operatur effectum, quia poſſeſſio transfertur, etiam ſi principalis contractus ſit nullus; ita in ſpecie Decius in l. contractus n. 24. verſ. vltima concluſio ſupradicta, de reg. iur.

Immò de aſſerto contractu venditionis in beneficium dicti Aloyſi nullam habendam eſſe rationem affirmabant, cum fuerit à filio ſtipulatum inſtrumentum venditionis feudi, cuius dominium ad patrem ſpectabat, & ſic ex defectu poteſtatis, & carentiæ dominij nulla venditio, cum nemo dat, quod non habet nec coadiuuari poterit ex probationibus per teſtes, & per tacitam ratihabitionem ſuſtineri ob patrem præſ. ab ipſo patre acceptam, cum in Regno per

14 pragm. 11. de feudis prouiſum ſit, quod contractus feudorum, ſuper quibus eſt præſtandus aſſenſus, nullius roboris, & momenti ſint, ſi contractus, & diſpoſitiones non ſint firmati, & celebrati per acta publica in poſſe Notariorum.

15 Inſuper dicebant, inualidam, & nullam eſſe conuentionem factam per Aloyſium tempore magiſtratus in loco adminiſtrationis, l. prima ff. de contract. iudic. l. eos, & l. quamuis C. ſi certum petatur, l. non licet, & l. de officiis ff. de contrah. empt. l. ſi per impreſſionem C. de eo, quod metus cauſa, & potiſſimum in officiali temporali per tex in l. principalibus, & l. ſequenti ff. ſi certum petatur, vbi DD. & in Regno adeſt Conſtitutio in tit. de prohib. Curialium commertio, ad quorum totium intelligentiam, & reſolutionis veritatem videndus eſt [illegible] in tr. de iur. fiſci lib. 3. tit. 7. Paris de Puteo in tract. de ſyndicatu in [illegible] contrahere cap. 1. ſed an ob tuetur diſpoſitio prædicta, vide Oſaſcum deciſ. 144. num. 14. verſ. quarto dicitur.

16 Verùm in caſu, de quo agitur, quia contrahens erat coràm eodem Iudice inquiſitus, omnibus iudicantibus viſum fuit, eſſe nullam, & inualidam venditionem ex hoc ſolo, quamuis ſollemniter fuiſſet ſtipulatum inſtrumentum per tex. in d. l. ſi per impreſſionem.

17 Et dato, quod eſſet valida venditio, adhuc verbis, & facto eſſe reuocatam affirmabant beneficio Conſtitutionis Conſtitutionem diuæ memoriæ quæ conſtitutio locum habet etiam in promiſſione de vendendo, quia eſt contractatio de re feudali, ita vt redditur promiſſio nulla, & inualida D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſu reg. ſuper dote tit. 6. § 1. num. 34. vbi refert ita per Sacrum Conſ. deciſum.

18 Et de oppoſitione, quod non fuit denonciata ipſi Ioanni Aloyſio iuxta formam Regiæ pragmaticæ editæ per Comitem de Lemos, vulgò dicta dell'ottauagenone caſſi ſub capite 75. nulla fuit habita ratio, quia conſtabat de reuocatione notitiam habuiſſe, quod ſufficit iuxta diſtinctionem Bar. in l. denunciaſſe §. quid ergo ff ad legem Iuliam de adulteriis nam quando denunciatio fit ad hoc, vt certificetur, quod in dubio præſumitur, tunc ſcientia eſt de ſubſtantia, non denunciatio ſecundùm Dinum in regula, eum, qui certus de reg. iur. in 6 tunc verò eſt de ſubſtantia denunciatio ſecundum Bar. quando non ſolùm fit ad hoc, vt ſciat, ſed vt aliquid fiat, tunc non ſufficit ſcientia, ſed requiritur denunciatio & ita maiori parti dominorum viſum fuit.

Facto etiam reuocata fuit per venditionem factam Franciſco Mariæ, nam contractus venditionis primo loco celebratus cenſetur ipſo iure reuocatus, ſi idem venditor ante impetrationem aſſenſus rem feudalem alteri vendiderit Frezz. lib. 1. de ſubfeud. quæſt. 30. num. 5. 19

Ad prætenſam nullitatem venditionis Franciſco Mariæ factæ contra præceptum Iudicis, reſpondebant, ceſſare contemptum propter pactum, quod obtinere debeat reuocationem decreti, & confirmationem Iudicis, ex cumulatis per D. Reg. de Pont. conſ. 17. 2 vol. n. 19. & cum ſit compilatus proceſſus ſuper reuocatione præcepti, erit reuocandum ex ſupra adductis, & reuocato decreto, remanet firma dicta venditio in beneficium Franciſci Mariæ, & non habet locum remedium attentatorum, Affl. deciſ 98 in fin. Add. ad dec. Rot. 11. de reſtit. ſpoliat. & deciſ 65 de appellat. 20

Sub die 5. Septembris 1625. iunctis duabus Aulis S. C. in Collaterali Conſilio, fuit iudicatum, eſſe abſoluendos conuentos, & proinde venditionem factam Franciſco Mariæ Maricondæ firmam remanere. 21

## ARGVMENTVM.

*Prælatio alicui vti creditori, & agnato in locationis contractu, an detur, & alij caſus prælationis in materia locationis afferuntur.*

## SVMMARIVM.

1 *Ius retractus, & prælationis, quo potitur quis, vti creditor, & agnatus in venditione, an in locationis contractu detur, in dubium reuocatur, & affirmatiua ſuſtinetur ſententia, & per totum.*

2 *Contractus venditionis, & locationis à lege veteri æquiparantur.*

*Iura, & ſtatuta in venditione loquentia etiam in locatione, ac in materia ſtricta, & exorbitanti verificantur.*

3 *Directus dominus præfertur in locatione per viſilem facta.*

4 *Ius retractus locum obtinet etiam in locatione, ad modicum tempus, & ita deciſum ſecundùm Maſtrill.*

5 *Demanium, quod Vniuerſitati competit, quando Terra per Baronem venditur, competit etiam, quando Baro vult ad modicum tempus locare.*

R 6 *Vſufru*

6 *Vſufructuario fructus extraneo locare volente, dominus proprietatis pro eodem pretio præfertur.*

7 *Proprietarius potius vſufructuario, quàm alteri proprietatem vendere, vel locare tenetur.*

8 *Emphyteuta rem locare volens, potius directo domino, quàm alteri tenetur.*

9 *Colonus potius domino, quam alteri fructus vendere tenetur.*

10 *Prælatio in locationibus ſemper conceditur illi, qui aliquod ius in re habet.*

*[illegible] datur, vel ratione directi, aut vtilis dominij, vel hypothecæ, tam generalis, quam ſpecialis.*

*Creditor hypothecarius etiam in feudalibus gaudet retentionis beneficio quouſque pretium ſibi ſoluatur.*

11 *. . . . maioris ſummæ in concurſu præfertur.*

12 *Filius etiam in patris poteſtate conſtitutus præfertur extraneo in conductione feudi paterni, quamuis illud alteri remanſerit in licitatione veluti plus offerenti, & ita deciſum.*

13 *Socius locare volens, ſocio potius, quàm extero tenetur, & quare.*

## DECISIO CVI.

1 QVod prælatio creditori, & agnato detur in contractu locationis, facit, quia iura, & ſtatuta loquentia in venditione verificantur etiam in locatione, ac in materia ſtricta, & exorbitante, Aret. in §. *pretium num.* 1. *verſ. nota, quod ſtatutum in emptione*, Inſtit. *de*
2 *empt. & vend.* & aſſignat rationem, quia iſti duo contractus æquiparantur à lege veteri, *l. prima ff.*
3 *locati, l. prima § item ſi quis ff. depoſit.* & quod præfertur directus dominus in venditione text. *in l. fin. C. de iure emphyt.* & ſic in venditione feudi à vaſſallo feudatario facienda, directus dominus extraneo emptori præfertur, *cap.* 1. *§. porro qualit. olim feud.* & diximus *in dec.* 104. *n.* 9. quod etiam in locatione facta per vtilem, fundat Matta *in voto* 140. & quod ius retractus ſicut habet locum
4 in venditione, ita etiam in locatione, deciſum refert Maſtrill. *deciſ.* 4. *n.* 8. vbi affert DD. nonnullos, quamuis ſit ad modicum tempus, ibidem
5 *num.* 9. vnde demanium, quod competit Vniuerſitati, quando venditur Terra per Baronem, competit etiam, quando Baro vult locare ad modicum tempus, ita Matta *in dicta deciſ. Piſana* 140. & plures fuiſſe in S. C. deciſum teſtatur Rou. *in prag.* 64. *n.* 31. *in tit. de offic. procur.* Cæſar. & quod ius prælationis conceſſum in venditione extendatur ad locationem, affert alias authoritates, & deciſiones Io. Baptiſta de Thoro *in compendio deciſionum Neapolitanarum in verb. preferri an debeat Vniuerſitas, verſ. & in terminis locationis.*

6 Sic etiam ſi vſufructuarius vellet locare fructus extraneo, præfertur dominus proprietatis pro eodem pretio, Alex. *conſ.* 27. *n.* 6. *vol.* 6. Hippol. de Marſ. *ſingular.* 541. Boer. *deciſ.* 107. & alij, quos ſequitur Caualcan. *in tract. de vſufruct. num.*
7 172. vbi de communi teſtatur, & è contra proprietarius potiùs vſufructuario, quam alteri tenetur proprietatem vendere, vel locare, ita Bart. *in l. eorum §.* 1. *ff. de public. & vectig.* habetur per Bal. *in l. ad probationem in fin. C. locat.* & em-
8 phyteuta volens locare rem, potiùs tenetur domino directo, quàm alteri, Iaſ. *in l.* 3. *num.* 13. *C. de iur. emphyteut.* Alex. *d. conſ.* 27. *& in individuo* Matt. ibidem *num.* 1.

Sicut colonus tenetur vendere fructus potiùs 9
domino, quàm alteri, Bart. *in l. prima in fine C. de metall. lib.* 11. Boër. *dec.* 107. Caualcan. *conſ.* 8. *n.* 35.

Semper enim in locationibus præfertur, qui 10
habet aliquod ius in re, Rip. *in l. prima de priuileg. creditor.* D. de Franch. *deciſ.* 406 *num* 9. Rota Peruſ. *deciſ.* 24. Surd *conſ.* 207. *n.* 9 Theſaur. *deciſ.* 169. refert cum multis aliis Caualcan. *deciſ.* 27. *num.* 62. vel ratione directi, aut vtilis dominij, vti dicit Guid. Papa *deciſ.* 411. Matt. *d. dec.* 140. *num.* 1. vel ratione hypothecæ, puta ſi haberet rem illam generaliter, vel ſpecialiter obligatam ratione crediti, vel aliter, Cacher. *deciſ.* 156. *n.* 5. & 6. Couar. *lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 15. *num.* 3. præſertim ſi poſſeſſio illius rei peruenisset ad creditorem, quia poſſet retinere illam, donec ei pretium ſoluatur, etiam ſi eſſet feudum, ita Barth. de Capua *in l. ſi pupillorum in fine, de reb. eorum,* quem refert Petr. de Monteſ. *in apoſtill ad Conſt.*
*Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ verſ. ſed ſi* 11
*poſſeſſio fol. mihi* 204 & in hoc præfertur creditor maioris ſummæ, *l. maiorem ff. de pact.*

Et ex his ſub die 10. Decembris 1619. iunctis 12
Aulis fuit promiſum, eſſe præferendum D. Alexandrum Pignonem filium primogenitum Marchionis Rioli, & creditorem in conductione eiuſdem Terræ ad inſtantiam creditorum Marchionis patris quamuis in licitatione alteri remanſerat, & ſi eſſet filiusfamilias in patris poteſtate, quia adhuc prælatio competit, concludit Iacob. Nouell. *in tract. de iur. prothomiſ* §. 2. *num.* 15. *in* 17. *tom. tractat.* quem refert, & ſequitur Dom. de Ponte *deciſ.* 11. *num.* 11. *in fine verſ. dicis hoc eſſe expeditum in fundo hereditario.*

Socius etiam volens locare, tenetur potius ſo- 13
cio, quàm extero, Paul. Fuſc. *ſing.* 48. Aret. *in l. duo fratres ff. de acquir. hered.* Iaſ. *in l ſeruus electione §. Labeo ſub n.* 16 *de legat.* 1. Bal. *in l. Sabinus ff. commun. diuidun.* ratio affertur per Socinum *in d. §. Labeo n.* 7. *verſ. ſecundus caſus eſt*, Menoch. *de arb. lib.* 2. *caſ.* 442. *num.* 14. Amend. Add. *ad deciſ.* D. de Franch. 160. *num* 8. & *n.* 12.

Nec obſtant huic concluſioni iura adducta in fin. deciſ. in quæſtione an conſanguineus præferatur in venditione rerum allodialium, nam poteſt reſponderi, quod ex æquitate hoc procedit, quæ præferenda eſt rigori.

## ARGVMENTVM.

*In locatione feudi ad inſtantiam creditorum concurrentibus Vniuerſitate, & Barone, quis præferatur.*

## SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitate, & Barone in conductione feudi ad inſtantiam creditorum concurrentibus, quis præferendus ſit, & num. ſeqq.*

*Et propoſitæ quæſtioni pro Barone reſpondetur, & ita deciſum, & quare n.* 7.

2 *Prælatio tàm de conſuetudine, quàm de iure in venditione Caſtri Vniuerſitati competit, quod in Regno demanium appellatur fauore*

*fauore libertatis,& infra quod tempus peti debeat,remiſſiue,& num 4.*

3 *Vaſſalli inuiti alienari poſſunt, ſed pro eodem pretio præferuntur, quoties ipſorum intereſt non alienari,ſaltem ad hoc, vt oblato pretio ſe ipſos redimere valeant, niſi adſit conſuetudo in contrarium,& n.12.*

5 *Prælatio, ſiue demanium ad locationis contractum etiam extenditur, & ita decisum & num.10.*

6 *Prælatio datur Baroni in alienatione,& locatione prædiorum, quæ per vaſſallos fit, ac etiam in venditione fructuum, qui proueniunt ex territorio feudi,quamuis venditio, ſeu locatio fieret à Iudice ad inſtantiam creditorum.*

8 *Vniuerſitas iuriſdictionem habere non poteſt,& ita etiam decisum,& n.11.*

9 *Vniuerſitas ſi ius haberet eligendi aliquem officialem,non ad regimen Vniuerſitatis, ſed ad iuriſdictionis exercitium, nullo modo adminiſtrare poſſet abſque Baronis confirmatione.*

## DECISIO CVII.

1 IN locatione Status Eboli ordine Sacri Conſilij ad inſtantiam creditorum Ducis cum eſſet candela extincta ſuper oblatione Andreæ Ciboni pro ducatis duodecim mille, petierunt in Sacro Conſilio prælationem pro eodem pretio Dux, & Vniuerſitas Eboli,dubitatum fuit, quis eorum eſſet præferendus.

2 Pro Vniuerſitate dicebatur, ipſam præferri in venditione Caſtri, quod in Regno appellatur demanium, quod non ſolùm procedit de conſuetudine,verùm etiam de iure,ſecundum meliorem, & magis receptam opinionem, de qua Regens de Curte *in prima par. diuerſ.feudal.cap. locis autem veriſſima n.39 ſol.*8 Regens de Ponte *de poteſt. Proreg. tit.de diuerſis prouiſionibus §.1.* Maſtrill.*conſiliis dubio 1.poſt deciſiones in 1. volumine*,quod conceſſum fuit fauore libertatis, &
3 quoniam vaſſalli inuiti alienari non poſſunt, ſed præferuntur pro eodem pretio,quoties ipſorum intereſt non alienari,Andreas *in cap. Imperialem §. nec dominus feudi n.*40 Mati.*vot.*240. *verſ. ex ſecundo capite*. ſaltem ad hoc, vt oblato pretio ſe ipſos redimere valeant,Seſ.*deciſ.Arag* 36 *par prima*,D.de Ponte,de Curte,& Maſtrill *prædictis in locis*,& fuit edita *Reg.pragm.quæ eſt poſita in tit.*
4 *de offic.procur. Cæſar. pragm.*64 §.1. admittendo demanium iuxta diſpoſitionem iuris, limitando tempus ad ipſum petendum.

5 Et hanc prælationem, ſeu demanium extendi etiam ad contractum locationis, fuit pluries iudicatum in Sacro Conſilio per eaſdem rationes, & præferri Vniuerſitas in locatione, Io. Bapt. de Thoro *in compendio deciſionum in ver. præferri*, Marta *eod. voto* 240. *num. 9. verſ. & in puncto locationis*, Rouit. *in pragm.64. num* 31.*de offic. procur.* Cæſar. Capiblanc. *in tract. de Baronib. in pragm.* 8. *num.* 76. *verſ. & in facto per prædictam rationem.*

6 Pro Barone dicebatur præferri etiam in alienatione, & locatione prædiorum,quæ fit per vaſſallos,ita per doctrinam Bartoli,Angeli,Plateæ, Lucæ de Penna,Romani,Iaſonis,& Tiraquelli refert, & iudicatum referunt Grat. *deciſ. Marchia* 77.Capiblanc. *de Baronibus pragm. prima n.*112. etiam in venditione fructuum, qui proueniunt ex territorio feudi per ſubditos vendi, aliter vendere, Freec. *de ſubfeud in* 58.*auth Baron.* & factum adductum per Grat. *diſcept. foren cap.* 149. quamuis venditio,ſeu locatio fieret à Iudice ad inſtantiam creditorum, & ita deciſum refert Capyc. *deciſ.* 99.

Ex prædictis patet, Baroni, & Vniuerſitati præſtationem competere, ſed ambobus concurrentibus,Baronem præferendum eſſe,& ita deciſum fuit in cauſa Ill. Ducis Eboli cum Vniuerſitate ſub die 6 Septembris 1621.cum interuentu Collateralis Conſilij : ſemper enim præfertur in locationibus, qui habet ius in re, vt fundatum fuit ſupra *in præcedenti deciſione n.* 10. *verſ. ſemper enim in locationib.* 7

Conſtat etiam,Vniuerſitatem non poſſe habere iuriſdictionem ſecundum Conſtitutionem incipientem *cum ſatis*,de qua meminit Capiblanc. *de Baronib.pragm* 10.*n.*55.Rouit. *in pragm.*2. *de adminiſtr.Vniuerſit n.*54 *verſ.at ſi Vniuerſitas* vbi tenet, quod ſi Vniuerſitas haberet ius eligendi aliquem officialem,non ad regimen Vniuerſitatis, ſed ad exercitium iuriſdictionis, tunc nullo modo poſſet adminiſtrare abſque confirmatione,Baronis, vt per glo. *in extrauag.* Io. Eccleſiæ Romanæ *in verb.debeat,de maior.& obed.* 8 9

Et ita per S.C. fuit obſeruatum de anno 1621. 10
In locatione facta per Oeconomos Sanctiſſimæ Annonciatæ Neap. in qua Vniuerſitates præferri petierunt; prouiſum enim fuit per Sac.Conſilium, eſſe præferendas, verùm iuriſdictionis exercitium 11
remanere penes Oeconomos. Ceſſat igitur primum motiuum pro Vniuerſitate, quod erat fauor libertatis, cùm adhuc remaneat ſub poteſtate Baronis,quod conſiderauit in ſimili D.de Franch. *deciſ.*17. *num.* 15. *verſ hic autem vaſſallus.* Ceſſat quoque aliud fundamentum ſupra pro Vniuerſitate adductum, videlicet, quod inuiti vaſſalli alienari non poſſint, nam præferendo Baronem, ceſſat alienatio : & opinio tenentium, vaſſallum 12
inuitum non poſſe alienari, non procedit, vbi adeſt conſuetudo in contrarium, vt declarat Loffred.& tenent cæteri relati per eundem, Vincent. de Franch.*prædicta deciſ.*17. *num* 16.

Tandem pro Barone fuit æquitas conſiderata, quia creditoribus erit conſultum per ſatiſdationem eodem modo,prout extraneo, & nullum infert præiudicium Vniuerſitati,quæ remanet in poteſtate Baronis vtilis domini.

## ARGVMENTVM.

*An æſtimatio facienda,ſeruata forma Neap. Conſuetudinis fieri debeat inſpecto tempore petitionis, vel potius executionis in materia retractus.*

## SVMMARIVM.

1 *In terminis conſuetudinis Neapolitanæ, quæ tractat de iure retractus, quod tempus attendatur in pretij liquidatione & per tot. Et quod attendatur tempus petitionis ſuadent plura hic congeſta vſque ad num.*10.

2 *Venditio facta pro pretio æſtimando, an valida, & à iure approbata dicatur,ac omnino*

 *contracta,*

*contracta, & perfecta, ante æſtimationem, & n.21. & 24.*

3 *Pretium, & quicquid arbitrio alicuius committitur, arbitrio boni viri commiſſum intelligitur, ideòque certum, purum, & non conditionale dicitur.*

4 *Conſuetudo admittens vicinum ad retrahendum ab emptore rem emptam pretio æſtimando per appretiatores conditionem non inducit. & n.38.*

5 *Ius vicino pro eadem rem, venditione facta, quæſitum dicitur per annum tamen non vltra exercendum, & quare, & num.25. cum ſeqq.*

6 *Mora per interpellationem committitur.*

*Emptor dicitur dominus reuocabilis, donec vicinus petat.*

*Citatio, imò ſola denunciatio conſtituit quem in mala fide.*

7 *Mala fidei effectus inducitur per litis conteſtationem etiam perempta inſtantia.*

*Mala fides quando trahatur retro, & n.29.*

8 *Emptor an teneatur retrahenti ad fructuum reſtitutionem, & à quo tempore.*

*Et ex diſtinctione hic poſita ſoluitur quæſtio, & num.33.*

9 *Emptor in materia retractus impenſas non neceſſarias infra annum factas amittit, & quare, & an idem dicendum ſit in meliorationibus ex augmento temporis prouenientibus, & num.30.*

10 *Venditione ad menſuram, facta valor rei ſecundum tempus celebrati contractus, & non æſtimationis, & menſuræ attenditur, niſi pretium iuſtum ſit ſeitus per legem, ſtatutum, vel conſuetudinem, & quare, & num. 18. 20. & 31.*

11 *Quod attendatur tempus, in quo fit appretium, & ſit tempus executionis ſententiæ, conferunt plura hic adducta, & num. ſeqq.*

12 *Verbum fuerit, propriè acceptum tempus futurum denotat.*

13 *Qualitas adiecta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.*

14 *In beneficiis conceſſis, quando vacauerint, incerta taſſa, attenditur valor, quanti valuerit illud beneficium non tempore conceſſionis, ſed tempore vacationis, cùm eo tempore illa conceſſio effectum ſortiatur.*

15 *Vicinum libero voluntatis arbitrio in quacunque iudicij parte etiam poſt ſententiam, ac emptore inuito, & reluctante pœnitere, & à petito retractu recedere poſſe, neque ideo valere ab emptore, vt rem emptam iuſte accipiat pretio, ſuadetur ex iuris regula.*

16 *His, quæ pro ſe iure ſpeciali introducta ſunt, quiſque ad ſui libitum renunciare valet.*

17 *In ſtipulatione ſub conditione poteſtatiua concepta, quatenus ad acquiſitionem pertinet, tempus inſpicitur exiſtentis conditionis.*

18 *Æſtimatio meliorationum factarum in re legata, pendente conditione, ſecundum tempus reſtitutionis fieri debet.*

19 *Conſuetudo legis, & ſtatuti vicem obtinet, & municipalis eſt lex.*

20 *Lex, vel ſtatutum mandet ſi ſolui pretium alicuius rei, quod tempus circa illius æſtimationem attendatur.*

22 *Ratio in lege, vel ſtatuto cum reddi poteſt vnica finalis, illa pro expreſſa haberi debet.*

23 *Pretia rerum variantur ex tempore.*

25 *Vicinus lapſo anno non poteſt retrahere rem ab emptore rigore congrui, & eum ratione.*

*Annus præfatus in cuius beneficium, & qua de re fuerit præfixus, & num. ſeqq.*

26 *Mora ſemel commiſſa perpetuò durat.*

27 *Id, quod principaliter agitur, attendi debet.*

32 *Mora obligat moroſum ad intereſſe.*

*. . . non datur ſine culpa.*

*. . . quid præſeferat.*

34 *Maritus non tenetur reſtituere dotem, & fructus vxori habitanti extra domum culpa, & ſcientia viri, niſi fuerit ſequuta ſententia diuortij, & n.37. & 40.*

35 *Beneficiatus, qui renunciauit beneficio in alicuius fauorem, tantum donec non fuerit admiſſa renunciatio per Superiorem, & ſciuerit fuiſſe receptam, facit fructus ſuos, & num.37.*

36 *Beneficiatus committens delictum, propter quod eſſet dignus priuatione beneficij, donec non fuerit condemnatus, & priuatus per ſententiam, facit fructus ſuos, & num. ſeq. & 40.*

37 *Emptor conuentus iudicio laſionis, non tenetur ad fructus, pendente iudicio, perceptos, niſi a tempore ſententiæ.*

38 *Contractus quando fuit validus à principio, ex quibus fuit tranſlatum dominium, non committitur mora, niſi à tempore, quo fuerunt reſciſſi, cùm reſcindantur, prout ex nunc, non prout ex tunc.*

*Scientia reſtituendi rem ex titulo reſcindibili, quando inducat malam fidem.*

39 *Reſolutio, quæ fit ex voluntate, & mente contrahentium, fit ex eo tempore, quo fuit factus diſtractus.*

40 *Secùs ſi fiat præter illorum mentem ex aliquo legis remedio, ſeu diſpoſitione.*

41 *Sententia quando retrotrahatur ad tempus præteritum, & quando dicatur ſententia declaratoria.*

*Caſus latæ ſententiæ, qui non ſint, qui à DD. ſic nominentur.*

*Lex aliquando conſiderat factum, & non ſententiam, & quandoque ſententiam, & non factum. ibid. in fin. & n.43.*

42 *Conditionis defectus ſemper habet oculos retro, & ſic ad tempus diſpoſitionis.*

*Actionis redhibitoriæ natura eſt, vt etiam retro contractum reſcindat.*

*Reſtitutionis in integrum eadem eſt virtus.*

43 *Caſus ferendæ ſententiæ quando à DD. appellantur, & vti differunt ab illis latæ ſententiæ.*

*Sententia declaratoria differt à condemnatoria, & diſpoſitiua, quæ non retrotrahitur.*

*Finis inducens perfectionem attenditur, & non principium, & per conſequens non retrotrahitur.*

44 *Delinquens poteſt de bonis ante condemnationis ſententiam diſponere, ſi verſemur in delicto, in quo veniat imponenda pœna confiſcationis bonorum per ſententiam, quæ non trahitur retro, ſed reſcindit prout ex nunc.*

*Delinquens ſi moriatur ante Iudicis ſententiam*

*tiam eandem materiam, extinguitur proceſ-*
*ſus aduerſus eum formatus.*
45 *Emptionis contractus ſecundum terminos men-*
*tionatæ conſuetudinis Neapolitanæ eſt ab*
*initio validus, & ex eo in emptorem tranſ-*
*fertur dominium.*
*Eadem conſuetudo reſoluit hunc contractum,*
*cogens emptorem ad vendendum vicino.*
46 *Deciſio S. R. C.*

## DECISIO CVIII.

1 QVod attendendum ſit tempus petitionis,
illud adducebatur, quod venditio facta
2 pro pretio æſtimando, eſt valida, & de iure ap-
probata, Io. de Anania *in conſ. 19. viſis inſtru-*
*mentis, & compromiſſo col. penul.* nam pretium eſt
certum eo ipſo, quod declaratio pretij eſt com-
3 miſſa alicuius arbitrio, quia intelligitur arbitrio
boni viri, *l. hæc venditio in fine ff. de contrah. empt.*
*l. final. C. eod. tit. §. pretium Inſtit. de contrah. empt.*
necnon illud, quod eſt commiſſum arbitrio boni
viri, eſſe certum, purum, & non conditionale, tra-
dit Dec. *conſ. 648. num. 1. & 2.* D. de Franch *deciſ.*
*23. num. 3.* qui *num. 6.* inquit, quod quamuis pre-
4 tium ignoretur à contrahentibus, nihilominus in
rei veritate certum eſt, Soc. iun. *conſ. 47. 1. volum.*
Vrſill. ad Affl. *deciſ. 83. num. 6. & ſequen.* poſt
Alber. *in d. l. hæc venditio § fin.* Maſcar. *de probat.*
*concluſ. 609. num. 3.* Benintend. *deciſ. Bonon. 29.*
*num. 4.* Surd. *deciſ. 81. num. 2. 3. & 13.* ſcitiſſimè
Fach. *controuerſ. iur. lib 2. cap. 1. in 5. dubio col.*
*vlt. verſ. denique, quod attinet,* vbi hanc magis
communem eſſe teſtatur.

Hinc ſequitur, quod dum conſuetudo admit-
tit vicinum ad retrahendum ab emptore rem em-
ptam pro pretio æſtimando per appretiatores,
non inducit conditionem, quia in veritate certum
eſt pretium, & ideò purum, & non conditionale
appellatur.

5 Et facta venditione ius vicino petendi rem
quæſitum dicitur, Napod. *in conſuet. Si quis emit*
*de iure congr. n. 9.* Marant. *in diſp 9. n. 8. & 11.* &
Io. Angel. Piſanell. *in ead. conſuet. fol. 324. ſub lit.*
6 *D.* dicit, quod iſte annus eſt loco interpellatio-
nis, & per interpellationem committitur mora, *l.*
*mora in princip. ff. de vſur. l. ſi ex legati cauſa ff.*
*de verb. oblig.* & donec vicinus petat, emptor dici-
tur dominus reuocabilis, Marant. *ead. diſputatione,*
*9. num. 17.* poſt Bart. Bald. & Corneum per ipſum
adductos, at facta petitione prohibetur ipſi om-
nis actus dominij ex d. tex. *in l. fin.* quem allegat
Napod. ratio eſt, quia per citationem conſtitui-
tur in mala fide, vt eſt tex. apertus *in l. item ve-*
*niunt §. petitam ff. de petit. hered.* & ibi Bart. ſtatim
enim ac ſcit rem [illegible] amplius non ſpectare, ma-
læ fidei poſſeſſor efficitur, etiam ex ſola denuncia-
tione prout dicit ibi [illegible] ex. Boer. *dec. 47. n. 2. ibi, quia*
*tunc emptor efficitur malæ fidei poſſeſſor poſt de-*
*nunciationem, vel [illegible]*
7 Nec dubium eſt, quin per litis conteſtatio-
nem malæ fidei effectus inducatur etiam perem-
pta inſtantia, Accur. *in l. properandum §. & ſi-*
*quidem in verb. iudicij C. de iudic.* Bar *in l. 2. C. de*
*fruct. & lit. expenſ. & l. cum litem mortuus ff. iudic. ſol.*
Bald. & recentiores *in d. §. & ſiquidem, & in l. pri-*
*mu C. de eden.* Feli. *in cap. cunſ. in, quæ col. pen. verſ.*
*fallit primò extra de teſtib.* Aſin. *in praxi Floren-*
*tin. §. 2. cap. 15. num. 32.*

Quæ mala fides deinde ex probationibus fa-
ctis, & ſententia inde ſequuta trahitur retro ad
tempus ſui initij ſcilicet, litis conteſtatæ, ſic ſanè
declarando comprobat Aſin. ibid. *n. 34.* & propter
moram Affl. *in Conſtit, Sancimus de iur. prothe-*
*miſ. §. 2. num. 25. verſ. hic nunc quæro de pulchra*
*quæſtione,* cenſuit eſſe faciendam æſtimationem
à tempore moræ, videlicet à tempore, quo fuit
requiſitus, vt vendat per ius congrui iuſto pretio
ipſi vicino.

Hinc quærunt DD. an emptor teneatur ad re- 8
ſtitutionem fructuum retrahenti, & à quo tem-
pore.

Et tenuerunt, quod ſi peto, quod non eſt,
vel non fuit meum, nec authoris mei, cum ſimus
in contractu ſtricti iuris, à tempore litis conte-
ſtatæ fructus debentur *ff. de condict. indeb. l. ſi*
*non ſortem §. liberti, & in l. videamus § ſi actione*
*de vſur.* ſecùs verò ſi peto, quod eſt, vel fuit
meum, vel authoris mei, quia tunc à tempore mo-
ræ, itemquè à tempore moræ, quando agitur ex con-
tractu bonæ fidei, vt *in d. l. videamus §. ſi ex cau-*
*ſis ff. de vſur.* ita diſtinguit Alberic. *de ſtatut. lib.*
*1. quæſt. 97.* quem ſequuntur Tiraquell. & cæteri
per eum relati *in tract. de retract. lignagier. §. 15.*
*glo. 2. num. 15. & 16.*

Ante autem litis conteſtationem fructus ſunt
emptoris, cùm ſit dominus rei interim, vt notat
Carp. *ad ſtatut. Mediolan. cap. 417. num. 718.*
*cum ſequ.*

Inſuper emptor amittit impenſas non neceſſa- 9
rias infra annum factas ex diſtinctione tradita à
Io. Ang. Piſanel. *in d. Conſuet. Si quis emit ſub lit.*
*D.* incipien. *aduerte, quia crede verſ. nota, quia iſte*
*annus,* multò magis amittere videtur melioratio-
nes ex augmento temporis peruentas, argum. tex.
*in cap. licet vniuerſis,* & ibi gloſ. *de teſtib. l. nec ex*
*vera C. de acquir. poſſ. & l. prima C. de neg. geſt.*
maior enim in eſſe videtur ratio, vt impenſas per
ipſum factas repetere poſſet, quas tamen non po-
teſt, ergò multò minùs, vbi nihil impendit.

Ruſſus ſecundum communem opinionem, 10
quando venditio facta fuit ad menſuram, atten-
ditur valor rei ſecundum tempus celebrati con-
tractus, & non æſtimationis, & menſuræ ſecun-
dum opinionem Pauli de Caſtr. *in l. ſicut C. de rei.*
*empt.* quam ſequitur Affl. Couar. Franc. Marc. Ca-
ualcan. & reliqui, qui communem eſſe teſtantur, re-
fert, & ſequitur Alex. Trentacinq. *variar. reſolut.*
*lib. 3 de empt. & vend. reſolut. 5. in fin.*

Quod ſit attendendum illud tempus, in quo 11
ſit appretiatum, tempus ſcilicet executionis ſen-
tentiæ.

In hanc opinionem videtur deſcendere Na-
podan. *in d. conſuet. in lit. L in verb. fuerit nu. 45.*
& ita illum intelligit Affl. *in d. Conſtit. Sancimus*
*prucit. loco n. 22. in fine verſ. pro ſolutione tamen,*
Benedel. *in d. Conſt, Sancimus §. in primis num 63.*
Rendel. *in eod. § in verb. iuſtum pretium num. 12.*
Vincent. de Franch. *deciſ. 390. num. 4.* referens ita
fuiſſe ſemper iudicatum in S.C.

Fundatur hæc opinio his mediis. 12

Et primò ponderando verba conſuetudinis, ibi,
*dare, prout appretiata fuerit,* verbum namque *fue-*
*rit,* propriè acceptum denotat tempus futurum *l.*
*ſi non fuerit remiſſum ff. de iureiur. l. iubemus C.*
*ad Velleian. l. final. C. de nouo codice compon.* cùm 13
qualitas adiecta verbo intelligatur ſecundum tem-
pus verbi, *l. in delictis §. ſi extraneus ff. de noxal.*
conferendo pretium in tempus futurum faciendi
appretij vnum de ſubſtantialibus, ex cuius declara-

 tione

tione actus tunc ſortitur effectum, & propterea
hoc tempus, quanti valeat res, debet attendi ex
14 regul. tex. *in l. quoties ff. de verb. oblig.* vbi DD.
Oldrad. *conſ.* 168. *num.* 2. Rot. Rom. *in antiquis*
*ſub tit. de conceſſ. prœbend. deciſ.* 857. quæ iudica-
uit in beneficiis conceſſis, quando vacauerint,
incerta taſſa, attendi valorem, quanti valuerit il-
lud beneficium non tempore conceſſionis, ſed
tempore vacationis, quia eo tempore illa con-
ceſſio ſortitur effectum, quam ſequitur, alios cu-
mulando Surd. *in conſ.* 335. *num* 20. *cum ſeq. vol.*
3. & tenuit Napod. *in terminis prædictæ Conſuet.*
*n.* 45. qui ponderauit illud verbum appoſitum per
Conſuetudinem *appretiata fuerit*, eſſe tempus
futurum, ex quo iuſta pretia non debent conſti-
tui ex præterito.

15 Neque id mirum, cùm ante exequutionem,
& rei traditionem res ipſa ſit in ſuſpenſo; quan-
doquidem conſpicuum eſt, vicinum in quacun-
que parte iudicij, etiam poſt ſententiam, etiam
emptore inuito, & reluctante poſſe pœnitere, ac
recedere à petito retractu, ex regul. tex. *in l. ſi*
*Iudex ff. de minorib.* dictante, quod quiſque va-
16 let ad ſui libitum renuntiare his, quæ pro ſe in-
ducta ſunt iure ſpeciali, & in puncto ita ſentiunt
Tiraqu. *de retract. lignag.* §. *fin. num.* 14. Reg.
Conſiliarius de Bottis *in citata conſuet. lit. C. fol.*
*mihi* 316. Benedell. *in Conſtit. Regn. Sancimus,*
*de iure prothomiſ. in rubr. num.* 65. Rendell. *in*
*eadem Conſt.* §. *in primis verſ. vnuſquiſque ſe-*
*cundum ſuam portionem num.* 59. *fol. mihi* 150.
& ſic deciſum teſtatur Dominus de Franch. *de-*
*ciſ.* 346.

Si igitur vicinus libero voluntatis arbitrio pœ-
nitentia ductus, poteſt etiam lata ſententia rece-
dere à petito retractu, & neque tunc poteſt ab
emptore cogi, vt rem emptam iuſto pretio acci-
piat, fateri neceſſe eſt, quod æſtimatio fieri de-
beat, attento illo tempore, quo vicinus arctatur
ad retrahendum, & ſoluendum iuſtum pretium,
arg. tex. *in l, ſed & ſi quis* §. *interdum ff. de vſu-*
*fruct.* ibi, *in pendenti eſſe dominium eius, & nu-*
*merationem pretij declaraturam, cuius ſit, & in*
17 *l. quidam* §. *fin. ff. de verb. oblig.* vbi ſi ſtipulatio
ſub conditione poteſtatiua concipiatur, quatenus
pertinet ad acquiſitionem, inſpicitur tempus exi-
ſtentis conditionis.

18 Et inde eſt, quod æſtimatio meliorationum
factarum in re legata, pendente conditione, fieri
debet ſecundum tempus reſtitutionis, ita poſt
alios, quos citant, egregiè reſoluunt Boërius *de-*
*ciſ.* 44. *num.* 12. Gomeſ. *ad l.* 46. Tauri *num.* 3.
Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. q.* 25. *num.* 28. An-
char. Regin. *qq. famil. lib.* 1. *q.* 46. *num.* 6. Ro-
ſental. *de feud. cap.* 10. *concl.* 43. *num.* 90. *verſ.*
*ſextò obſerues tom* 2.

Secundò, hoc pretium iuſtum eſt ſolui per
conſuetudinem, quæ quia ſemper loquitur, cùm
caſus euenerit ſolutionis, tunc dicitur diſponere
conſuetudinem, & mutari cum mutatione pretij,
quod eſt ſoluendum aliquo tempore, ſic dicimus
19 in lege, vel ſtatuto, quorum vicem obtinet con-
ſuetudo, quæ municipalis eſt lex *l. fin. C. quæ ſit*
*longa conſ.* §. *ex non ſcripto*, Inſtit. *de iur. natur.*
20 *gent. & ciuil.* & hinc voluerunt DD. communi-
ter, ſi lex, vel ſtatutum iubeat ſolui pretium ali-
cuius rei, & tempore diſpoſitionis valeat vno
modo, & tempore ſolutionis alio, de hoc pretio,
quanti valet tempore ſolutionis, videtur intelle-
xiſſe, quia hoc tempore ſolutionis dicitur diſpo-
nere, & ſe mutaſſe cum mutatione pretij, Bald.
*in l. illud num.* 18. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* & latè
Surd. qui alios cumulat *in conſ.* 335. *num.* 15. *cum*
*ſeq. vol.* 3. *verſ quintò quidquid ſit in alijs diſpo-*
*ſitionibus.*

Item pretium rei emptæ ſoluitur poſt factum 21
appretium, quia ante eſt illiquidum. Igitur hoc
tempus, quanti tunc valet, debet attendi, vnde
cum tempore appretij, quo declaratur pretium,
dicatur perfectus contractus venditionis, eo tem-
pore actus ſortitur effectum, & illo eodem tem-
pore res debet tradi, & pretium ſolui, ex qui-
bus de iure concludendum eſt in materia præ-
dictæ conſuetudinis Neapolitanæ deberi ſol-
ui per vicinum pretium, quanti res valuerit
tempore appretij facti per expertos Neap. &
non ante.

Tertiò, quia dum vnica finalis ratio reddi po- 22
teſt in lege, vel ſtatuto, illa haberi debet pro
expreſſa, doctrina eſt gloſſæ notabilis *in l. quam-*
*uis C. de fideicomm.* quam ibi probarunt Bald. cæ-
terique Scribentes vnanimi conſenſu, & his ad-
ſtipulantur Alex. *conſ.* 129. *num.* 5. *lib.* 7. Decius
*conſ.* 15. *num.* 2. Socin. iun. *conſ.* 167. *num.* 22.
Anna ſen. *alleg. prima num.* 13. Reg. Lanar. *conſ.*
87. *num.* 4. Cachet. *deciſ.* 21. *num.* 3. Morot *reſ-*
*ponſ.* 69. *num.* 12. Surd. *conſ.* 240. *num.* 14. Hon-
ded. *conſ.* 59. *num.* 29. *lib.* 2.

Sed in hac noſtra conſuetudine nulla alia ra-
tio finalis aſſignari poteſt, cur antequam res ven-
dita detur vicino illam petenti iure congrui, præ-
cedere debeat æſtimatio, niſi hæc vna ſcilicet, vt
iuſto pretio vicino conſignetur.

Iuſtum verò pretium illud iudicari debet, quan- 23
ti res ipſa valet tempore exequutionis, ac tradi-
tionis, vt ad literam probat tex. *in l.* 3. §. *Diui*
*fratres ff. de iure fiſci*, ibi, Calliſtrat. *& infra,*
inquit, *pretia non ex præterita emptione, ſed ex*
*præſenti æſtimatione conſtitui; ſicut enim diligen-*
*ti cultura pretia prædiorum ampliantur, ita ſi ne-*
*gligentius habita ſint, minui ea, neceſſe eſt.* Ha-
ctenus Iureconſ. & illud idem notat gloſ. celebris
*in l. fin. C. de patrib. qui fil. diſtrax. in verb. poteſt*
*valere*, & gloſſæ adſtipulantur Peregr. *de iur. fiſc.*
*lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 8 *verſ. intellige iuſtum pretium,*
Maſcard. *de probat. concl.* 551. *num.* 6.

Ergo noſtra conſuetudo requirens præuium
appretium in huiuſmodi contractu ex vi rationis
vnicæ, & finalis, omninò diſpoſuiſſe videtur,
quod huiuſmodi appretium fieri debeat, attento
tempore exequutionis, & traditionis, non au-
tem litis conteſtatæ.

Ad fundamenta contrariæ ſententiæ reſpon-
detur, & primò ad id, quod dicebatur, vendi-
tionem factam pro pretio æſtimando eſſe 24
validam, & de iure approbatam, donec non ſe-
quatur æſtimatio, venditio non eſt omninò
contracta, latiſſimè fundat Ignat. Laſſart. *in tract.*
*de decim. vendit. & permut. cap.* 2. *num.* 19. *verſ.*
*maior vera dubitatio*, vbi *num.* 22. dat verum in-
tellectum ad tex. *in* §. *pretium*, Inſtit. *de empt.*
*& vend.* ad tex. *in l. fin. C. de contrah. empt.*
hanc eandem opinionem tenet, & probat Franc.
de Caldas *in commentario ad typum inſtrument.*
*empt. & vendit. cap.* 18 *num.* 22. *verſ. ſed an pretium*
*poſſit conſtitui certificandum.*

Ad id, quod ſecundo loco afferebatur, quod 25
facta venditione ius vicino petendi rem quæſitum
dicitur, & quod annus ſit loco interpellationis,
& per interpellationem committatur mora. Reſ-
pondetur,

ponderur, quod annus ille fuit præfixus in odium
vicini ad beneficium emptoris, quia eſt peremp-
torius, & excluſiuus iuris vicini, vt ipſo elapſo vi-
cinus non poſſit rem emptam præhendere iure
congrui, ne dominium emptoris diu ſubiaceat re-
ſolutioni, fundatur, quia lapſo prædicto anno,
vicinus non poteſt agere maxa latè notata per
Napod. in 1. cap. prædicta conſuetudinis de iure
26 congrui in verb. ſcientia, & emptor non tenetur
amplius, quia ſi fuiſſet conſtitutus in mora, elapſo
anno, perpetuò teneretur, cum mora ſemel com-
miſſa, perpetuò duret, l. ſi poſt moram ff. de verb.
oblig. vnde lapſus prædicti anni, qui fuit intro-
ductus ad excludendum vicinum, non poteſt ope-
27 rari effectum contrarium, vt conſtituerit in mo-
ra, & teneatur emptor ea regul. quod id, quod
principaliter agitur, debet attendi, & ſi hic an-
28 nus introductus eſt gratia finiendæ obligationis
emptoris, non poteſt eundem emptorem con-
ſtituere in mora, l. ſi & per emptorem §. quod ſi
fundum ff. de actio. empt. Iaſ. in l. ſi ex legati
cauſa num. 14. ff. de verbor. oblig. Bologn. in l.
29 vinum num. 30. ff. ſi cert. pet. Nec obſtat, quod
per litis conteſtationem malæ fidei effectus indu-
catur, & quod deinde ea probationibus facta, &
ſententia inde ſequuta trahatur retro ad tempus
ſui initij, ſcilicet litis conteſtatæ, quia non atten-
ditur bona, vel mala fides, ſed exiſtentia tituli,
qui facit rem deductam in contractibus licitè re-
tineri, nec ſententia retrotrahitur, prout inſe-
rius fundabo, reſpondendo fundamento Afflicti
circa moram.

30 Nec huic ſecundæ opinioni obſtat, quod im-
penſas non neceſſarias amittit, nam non ſequitur,
quod amittat etiam meliorationes ex augmento
temporis, quia diſpar eſt ratio, cùm propter do-
lum non neceſſarias impenſas amittat, vt conſi-
derauit idem Io. Angel. Piſanel. in tractatu loco
in fine, ibi, vt affligant eos, qui ſunt retracturi
res emptas.

31 Et tandem non obſtat illa communis opinio,
quod quando venditio facta fuit ad menſuram,
attendatur valor rei ſecundum tempus celebrati
contractus, & non æſtimationis, & menſuræ,
ceſſat enim hoc, quando pretium viſum eſt ſolui
per conſuetudinem, & fundatum fuit ſupra in ſe-
cundo fundamento huius opinionis n. 16. verſ. ſe-
cundo hoc pretium.

Ex his fundatur opinio, attendi tempus exe-
quutionis, & fundamentis contrariæ ſententiæ
32 ſatisfactum v[illegible] attenta conſuetudine. Solùm
ſupereſt reſpondere ad id, quod propter moram
conſiderauit Afflict. quæ obligat morosum ad in-
tereſſe, & proinde de mora [illegible] ipſo eſt ante li-
gendum, quæ non datur ſine culpa, l. pecunia §.
final. ff. de vſur. quia præſupponit, quem obli-
gatum ad aliquid dandum, vel faciendum, qui in-
terpellatus facto hominis, vel legis diſpoſitione,
non paret, iuxta late not. per Barboſ. in l. ſi mo-
ra in ſecunda par. prima, & 2. col. ff. ſolut. matrim.
& Bolognet. in l. vinum num. 12. & in l. quod te
num. 3. ff. ſi certum petatur.

33 Hæc mora non poteſt conſiderari in caſu, de
quo agitur, cùm ſimus in contractu non prohi-
bito, & ſine dolo, ex quo translatum fuit domi-
nium, & non attenditur bona, vel mala fides,
ſed exiſtentia tituli, qui facit rem deductam in
contractibus licitè retineri, & licet ex poſt facto
poſſit reſcindi ille titulus, non cauſat moram
culpoſam donec enim titulus eſt in ſuo robore,
præſtat licitam cauſam retentionis, quia nec do-
minium, nec cauſa dominij receſſit ab eo, & pro-
inde, quia non eſt in mora, non tenetur reſtitue-
re fructus, niſi à tempore, quo fuerit reſciſſus il-
le titulus. Hinc ſunt ortæ illæ communes conclu- 34
ſiones Doctorum, maritum non teneri reſtituere
dotem, & fructus vxori habitanti extra domum
culpa, & ſæuitia viri, niſi fuerit ſecuta ſententia di-
uortij, cap. 1. de donat. inter vir. & vxor. cap.
de illo, cap. porrò, de diuort. & cap. ina nos,
de iureiuran. ratio eſt, quia per diuortium ſepara-
tur matrimonium quoad thorum, & habetur
tanquam ſolutum, & tunc non ſuſtinet onera,
quæ onera, & matrimonium cauſabant titulum
habendi dotem, proinde ab illo tempore diuor-
tij, quo ceſſatur reſciſſus titulus, niſi reſtituat
dotem, dicitur in mora, & tenetur ad fructus, la-
tè idem Barboſ. in rubr. ff. ſolut. matrim. in 2.
par. num. 41. & 45. qui allegat alios. Et benefi- 35
ciatus, qui renunciauit beneficium alicui, inte-
rim donec non fuerit admiſſa renunciatio per ſu-
periorem, & ſciuerit fuiſſe receptam, facit fru-
ctus ſuos, quia à tempore admiſſionis, & ſcien-
tiæ reſcinditur titulus, & priuatur beneficiatus
ſuo beneficio cap. poſt tranſlationem, de renunc.
Gramm. deciſ. 128. cumulat alios Barboſ. in d.
l. diuortio in 2. par. num. 45. & in ead. l. fin. in
2. par. num. 47. in fine cum ſeq. & ſi commiſiſſet 36
aliquod delictum, pro quo eſſet dignus priuatio-
ne beneficij, donec non fuerit condemnatus, &
priuatus per ſententiam, & ſic titulus reſciſ-
ſus, facit fructus ſuos. latè Felin. in cap.
de quarta num. 33. de præſcript. quem ſe-
quutus eſt Barboſ. in d. §. fin. num. 47.
cum ſeq. & emptorem conuentum iudicio læſionis 37
iuxta termi. tex. in l. 2. C. de reſcind. vend. non
teneri ad fructus, pendente iudicio perceptos, ni-
ſi à tempore ſententiæ, qua fuerit titulus ille em-
ptionis reſciſſus, latè tenentur Ant. Pinell. in l. 2.
in 2. par. in cap. 4. C. de reſ. vend. Barboſ. in d.
l. diuortio §. fin. in prima par. num. 45. D. de
Franch. deciſ. 129. num. 9. in fine cum ſeq. in de-
ciſ. 495. & Conſiliar. de Ann. conſ. 14. & tamen
in prædictis caſibus, quia vxor ſua culpa diſceſſe-
rat a domo, ſciebat vir cauſari diuortium per
ſententiam, beneficiatus ſe excluſerat per renun-
ciationem ab omni iure, quod habebat, & com-
miſerat delictum, ex quo ſcire poterat ſe benefi-
cium reſtituturum, & amiſſurum, vt ponderauit
idem Barboſ. in d. l. diuortio in 2. par. num. 44.
51. & in §. fin. in 2. par. num. 47. in fine, &
emptor conuentus ex læſione ſciebat ſe rem reſti-
tuturum, nec reſoluuntur prædicta, quod lo-
quantur in reſtitutione fructuum, quia dicunt de
re, & fructibus, & tamen ſi de fructibus tantùm,
fructus non debentur, niſi fieret mora, & qui
iuſtè retinet fructus, non eſt in mora reſtituendi
rem, ex qua debet percipere fructus, l. quod
ſeruus ff. de legat. 2. l. ſi vſusfructus legatus ff. de
vſufruct. leg. vt aduertit Felyn. in d. cap. de quar-
ta num. 33. de præſcript.

Vnde in his erit regula certa conſtituenda, 38
quando contractus ſunt validi à principio, ex qui-
bus fuit translatum dominium, non committi
moram, niſi à tempore, quo fuerint reſciſſi, cum
reſcindantur, prout ex nunc, & non prout ex
tunc, nulla habita ratione ſcientiæ rei reſtituen-
dæ ea exiſtentia tituli, qui, donec non eſt reſciſ-
ſus, facit rem licitè detineri, prout vltra allega-
tos ſic aduertunt etiam Fulgoſ. in l. ex anno ff.

*de donat. inter vir. & uxor.* & Ant. Pinell. *in d. l. 2. in 2. par. in 4. cap. num. 60. poſt medium*, & opinionem aliquorum DD. volentium ſcientiam reſtituendi rem ex titulo reſcindibili inducere malam fidem, quæ cauſat moram, dico, procedere in titulis à principio ſui natura reuocabilibus, vt in donationibus cauſa mortis, & ſimilibus, non in contractibus inter viuos à principio validis, vt per Iaſ. *in l. ſi hæres num. 2. ff. de donat. cauſ. dat. non ſequut.* & Ant. Pinell. *in l. 2. in 2. par. C. de reſcind. vend. cap. 4. num. 11.*

39 Eſt verum, quod ſi hæc reſolutio fit ex voluntate, & mente contrahentium, fit ex eo tempore, quo fuerit factus diſtractus, vt eſt in eo, qui renunciauit, cuius reſolutio tituli inducitur à tempore, quo fuerit admiſſa renunciatio, & ſciuerit fuiſſe acceptatam, & in retractibus conuentionalibus in terminis tex. *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* in quibus à die oblati pretij, & petitionis reſoluitur titulus venditionis, vt eſt notatum, tunc enim, quia reſolutio fit ex proprio facto, ſibi erit imputandum, cùm ſic ſibi placuerit, vt notarunt Tiraquell. *in d. l. ſi vnquam C. de reuocand. donat. in verb. reuertatur num. 274.* Iaſ. *in l. ſi hæres num. 2. ff. de cond. cauſ. dat. non ſequ.* & Ant. Pinell. *in d. l. 2. in 2. par. in 4. cap n. 3. C. de reſcind. vendit.*

40 Sed ſi hæc reſolutio fit ex aliquo remedio, & diſpoſitione legis præter mentem contrahentium, vt ponderauit Bolognet. *in d. l. vinum num. 35. ff. ſi cert. pet.* tunc quia partes non dixerunt, Iudex eſt ille, qui debet reſcindere per ſententiam cauſa cognita, vt eſt in diuortio, in committente delictum, & in emptore conuento pro læſione, de quibus ſupra, & in aliis ſimilibus contractibus, qui veniunt reſcindendi non ex facto directò ad id, vel mente contrahentium.

41 Rurſus, & aliud eſt aduertendum, quod ſententia aliquando declarat, & retrotrahitur ad tempus præteritum, aliquando diſponit, priuat, reſcindit, prout ex nunc: retrotrahitur in omnibus his, quæ fiunt ipſo iure, & quando titulus habetur pro non titulo, vel reducitur ad non titulum, vt in caſibus, de quibus per Couarru. *var. reſolut. lib. 3. cap. 8. 1. & 2. col.* Nat. *conſ. 535.* Tiraquell. *in d. l. ſi vnquam in d. ver. reuertatur num. 18.* quos caſus DD. vocarunt *latæ ſententiæ*, Abb. *in cap. ſi diligenti num. 58. de for. compet.* Felin. *in cap. Rodulphus n. 35. & 37. de reſcript.* & Tiraquel. *in d. verb. reuertatur num. 8. 25. 26. 27. & 66.* tunc, quia lex eſt, quæ operatur ſine miniſterio hominis, ſententia non eſt neceſſaria quoad ſubſtantiam, quia iam actus eſt perfectus, & conſummatus à lege, ſed quoad eſſe exequutionis, adeò quod ſententia dicitur declaratoria, quæ eſt tanquam actus executiuus, qui interponitur ad actus perfecti exequutionem, Bald. *in cap. 1. de feud. ſine culpa non amitt.* Alex. *conſ. 6. n. 35. vol. 4. & in addit.* ad Bart. *in l. Imperator ff. de iur. fiſc.* & Felin. *in d. cap. Rodulphus num. 35.* & hæc ratio eſt, quod in his dicitur reſolutus titulus eo ipſo, quod fit, vel caſus ſucceſſit, quia lex conſiderat factum, & non ſententiam, vt aduertunt DD. allegati, & Reg. de Ponte *conſ. 90. num. 38. 43. 66. & 75.* Barboſ. *in d. l. diuortio § ſi vir num. 47. ff. ſolut. matrim.*

42 Item quando ſententia profertur ſuper actionibus, quæ de ſui natura retrotrahuntur, vt in actionibus conditionalibus, quæ reſoluuntur ex defectu conditionis, de quibus per Tiraquell. *in d. verb. reuertatur num. 277.* & quando interponitur ſuper actionibus redhibitoriis, & reſtitutionis in integrum iuxta terminos tex. *in l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor. in l. cum autem §. cum redhibetur ff. de ædilit. edict.* idem Barboſ. *in d. l. diuortio §. fin. in prima par. num. 45. circa finem cum ſequ.*

In cæteris, quæ non reſoluuntur ipſo iure, ſed veniunt reuocanda, quod eſt, quando contractus tenuerunt à principio, quos caſus DD. appellarunt ferendæ ſententiæ, vt per eundem Tiraquell. *in d. verb. reuertatur n. 5. 8. 20. 36. 39. 112. & 196.* Abb. *in d. cap. ſi diligenti n. 58. de for. comp.* & Felin. *in d. cap. Rodulphus num. 24. cum ſeqq.* tunc quia factum eſt imperfectum, cum ſuperſit aliquid agendum, quod eſt illa reuocatio, reſciſſio, vel priuatio, ſententia eſt neceſſaria, quoad ſubſtantiam eſſe, adeò quod dum non ſequitur ſententia, non dicitur reuocatum, reſciſſum, vel priuatum, quia in his lex conſiderat ſententiam, & non factum, idem Bald. *in d. cap. 1. de feud. ſine culpa non amitt.* Alex. *d. conſ. 6. num. 15.* & notatur per Tiraqu. *in d. verb. reuertatur num. 324. 331. & 334.* & D. Reg. de Pont. *d. conſ. 90. num. 39. & 46.* & hæc ſententia non dicitur declaratoria, ſed condemnatoria diſpoſitiua, quæ non retrotrahitur, vt per Felin. *in d. cap. Rodulphus num. 35.* Bald. *in authen. hoc amplius num 6. C. de fideicom.* Barboſ. *in d. § ſi vir num. 47.* Abb. *in cap. 1. n. 4. de conceſſ. præbend.* ratio diuerſitatis eſt inter hos ferendæ ſententiæ, & illos, de quibus ſupra latæ ſententiæ, quia in illis latæ ſententiæ ſententia dicitur declaratoria, tanquam interpoſita ſuper actibus perfectis, in quibus lex operata eſt de per ſe, ſine miniſterio hominis, ideò finis, qui eſt ſententia, trahitur retro ad ſuum principium, à quo habuit neceſſariam conſequentiam, cùm nil fecerit ſententia, niſi declarare; in his reuocandis ferendæ ſententiæ actus non dicuntur perfecti, cùm committantur Iudicis arbitrio determinandi, in quibus non arctatur Iudex ad iudicandum ſecundum deducta per actorem, vel excepta per reum; ſed aliquando condemnat, aliquando abſoluit, & per conſequens ſententia, quæ eſt finis, non habet neceſſariam conſequentiam ad principium, cum omnia dependeant ab arbitrio, & poteſtate Iudicis, vnde finis tunc inducens perfectionem inſpicitur, & non principium *l. cum Syllanianum C. de his, quibus, vt indign.* & per conſequens non retrotrahitur, vt notarunt Barboſ. *in d. § ſi vir n. 47.* D. Reg. de Pont. *conſ. 90. n. 12.* & not. per Bologn. *in auth. ſi quis in aliquo num. 31. C. de edend.* & ſententia dicitur non declaratoria, ſed diſpoſitiua, reſciſſoria, vel priuatiua, & hæc ratio eſt, quod in delictis, in quibus venit imponenda pœna confiſcationis per ſententiam, ante ſententiam poteſt delinquens bona alienare, de eis teſtari, agere, & ſuum ius proſequi, de quibus latè per Tiraq. *in d. verb. reuertatur num. 324. 331. & 354.* & ſi moreretur, antequam fuiſſet condemnatus, extingueretur proceſſus, idem Barboſ. *in d. §. ſi vir num. 48.* qui allegat alios & interim facit fructus ſuos, ſic etiam maritus ante ſententiam diuortij, & emptor conuentus pro læſione, quia ſententia non trahitur retro, prout ex tunc, ſed reſcindit, prout ex nunc, vt eſt fundatum. 43

44

Secundum terminos conſuetudinis Neap. contractus emptionis fuit validus à principio, & dominium ex eo translatum in emptorem, cùm non 45

fit

ſit neceſſaria denunciatio, vt aduertit Maaill. *in conſuet. Baronſ in rub. de iur. prothomiſ. in § in donationib num 41 cum ſeq.* & probant verba eiuſdem Conſuetud. ibi *emptorem. dure rem emptam*, quæ præſupponunt perfectum contractum, & emptorem eff. ctum dominum, à manu cuius debet accipere vicinus, & conſuetudo eſt, quæ reſoluendo illum contractum, cogit emptorem ad vendendum, vt per Io. Igo. *in repet. l. dudum C. de cont. empt. num. 4.*

Subotta hac difficultate in Sacro Reg. Conſilio ob varias deciſiones, antiquis, & nouiſſimis temporibus in eo factas circa pretium rei ſtabilis retractæ per vicinum iure congrui virtute Conſuetudinis Neapolitanæ, an ſcilicet ſit æſtimandum, & liquidandum, prout tunc valebat tempore venditionis, petitionis, ſiue litis conteſtatæ, vel prout nunc valet tempore executionis ſententiæ, & appretij ipſius rei.

Die 2. menſ. Octobr. 1623. pro decidendo ar-
46 ticulo congregato S. C. ordine ſpectabil. Io. Baptiſtæ Valenzuela Velaſquez Regentis Regiam Cancellariam, & officium Præſidentis ipſius S. C. deinde in ſupremo Italiæ Conſilio Regentis decani, ea quo fuit euectus ad Supremum Conſilium Caſtellæ, nunc poſtremo Præſidis Regiæ Cancellariæ Granatenſis viri peritiſſimi, & integerrimi.

Per eundem S. C. fuit ſolemniter deciſum, pretium rei ſtabilis retractæ per vicinum ab illius emptore virtute Conſuetudinis Neapolitanæ eſſe æſtimandum, & liquidandum, prout valuerit tempore facti appretij pro executione ſententiæ latæ contra emptorem condemnatum ad relaxandum rem emptam iure congrui, non autem prout valebat tempore venditionis, petitionis, aut litis conteſtatæ in iudicio iuris congrui, & ita in dies ſeruatur in cunctis huius Ciuitatis Tribunalibus.

## ARGVMENTVM.

*An prior conductor prædiorum Eccleſiæ ſit præferendus in noua locatione, finita prima locatione.*

### SVMMARIVM.

1 *Conductor antiquus non præfertur nouo conductori, vnde finita locatione, nullam inferre poteſt quæſtionem domino, nec nouo conductori, & num 4.*
2 *Secus in prædiis ruſticis Ciuitatis Neapolis.*
3 *In prædiis Eccleſiæ non præfertur antiquus conductor.*
5 *Antiquus conductor præfertur, quando eſt ad longum tempus, quia habet ius in re, vt in emphyteuta.*
6 *Conductor antiquus præfertur, ſi ſterilem terram ad culturam reduxerit.*
7 *Conductor antiquus prædiorum fiſci præfertur.*

### DECISIO CIX.

1 INdubitata hodiè concluſio eſt, antiquum conductorem minimè præferri, & ita recepta in Sacro Conſilio iuxta tex. *in l. ne cui C. locat.* vbi Bald Salyc. Alber. & alij. & pro regula conſtituunt omnes DD. ſic etiam Boër. *deciſ.* 107. Aluar. Valaſc. & ibi Ruger. Roland. *in theſaur. iur. emphyt. quæſt. 24. n. 1.* Calcan. *conſ. 8. n. 36.* Mantu. *conſ. 48. in fin. verſ. ſed tamen prima lib. 1.* Mynſing. *ſingul. obſeru. cent. 4. obſeruat. 23.* Ant. Gomez Hiſpan. *in tract. variar. reſol. c. 3. de locat. num. 5. verſ. item quæro*. Præſ. de Franch. *deciſ.* 406. Reg. de Pont. *conſ. 13. vol. 1.* Giazatel. *deciſ. 5.* Anna *conſ.* 77. & reliqui adducti per Grat. *diſcept. forenſ. cap. 357. in princ.* nouiſſimè Ratt. *conſ.* 18. & ſi aliqui Doct. aliud dixerint, ſecùs Neapoli, vbi 2 attenta conſuetudine in locatione prædiorum ruſticorum præfertur conductor antiquus ex dictis per Affl. *deciſ.* 238. prout eam intelligunt Dom. de Ponte *conſ. 23.* Anna *d. conſ. 77. num. 18.* Ratta *d. conſ. 18. num. 6. verſ. cum iſta deciſione concordat.*

Dubitatum fuit, an idem ſit in prædiis Eccle- 3 ſiæ, & antiquum præferendum tenuerunt Reb ff. *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. num. 62. in fin. verſ. vnde cenſuit Senatus*, Cæual. *pract. quæſt. comm. contra comm. q. 756. n. 67.* Grat. *diſcept. forenſ. cap. 357. num 42.*

Horum fundamentum primum eſt ex dictis per Bart. *in l. 1. n. 3. C. de metall. lib.* 11. dum not. ex illo tex. quod colonus debet potiùs vendere fructus domino, quàm alij, iuſto tamen pretio.

Secundum ex tex. *in cap. ad aures, de reb. Eccleſ. non alienand.*

Tertium ex æquitate iuxta *l. congruit C. de locat. prædiorum fiſcal.* quia ſemper eius adminiſtratores præ oculis æquitatem habere debent, cùm nullum patiatur damnum ex eo, quod primus conductor præferatur ſecundo.

Sed contrarium fuit iudicatum in cauſa Horatij della Selua cum Martio Cillo ſuper locatione prædij cuiuſdam Eccleſiæ Religionis Hieroſolymitanæ ſub die 27. Iunij 1620. & abſolutus nouus conductor à petita prælatione per antiquum conductorem.

Cuius ſententiæ fundamentum illud præcipuum 4 fuit, quod nulla conſiderari poteſt differentia in Eccleſia; ideircò iuxta tex. *in d. l. ne cui*, primus conductor finita locatione controuerſiam inferre non poteſt, niſi in ſcriptis relocationem probauerit, & hoc fauore libertatis dominorum, vt liberè poſſint locare *c. 2. locat.* eo magis contra Eccleſiæ libertatem eſſet prohibitio, vt eorum bona non poſſet Eccleſia locare, cui vellet.

Hanc opinionem ex profeſſo tenuit Vincent. de Franc. & ita determinatum *dec. 406.* in fine, & pluries deciſum teſtatur Gizzar. *dec. 5. in fine*, Ratta *conſ.* 18. qui in indice argumentorum eiuſdem deciſionis ita iudicatum refert.

Reſpondetur ad adducta pro contraria opinione.

Et primò ad doctrinam Bart. ibi, *præfertur dominus, qui habet ius in re*, & vera eſt limitatio 5 in locatione ad longum tempus, ex quo ius in re conſtituitur, vt ex emphyteuſi, de qua per Ann. *in d. conſ. 77. n* 25. Gizzatell. *dec. 6. n. 20.* & in hoc caſu loquitur Rom. *in conſ. 22. n. 5.* qui adducunt tenentes hanc opinionem, ſecùs verò in locatione ad modicum tempus iuxtà *dictam l. ne cui*, & aduertit idem Rom. *in dicto conſ. paulo inferius verſ. ſecùs eſt in caſu d. l. ne cui.*

Ad tex. *in cap. ad aures* reſpondetur, tunc eſſe præferendum virtute *d. cap.* cum ſterilem terram 6 ad

ad culturam redoxit, & eſt alia limitatio ad *l. pe cui*, de qua per Ann. *latè in d.conſ n.29.*

7 Et tandem ad tex. *in l.congruit*, id eſſe ſpecia-
le in prædiis fiſcalibus, Præl.de Franch. *in dicta*
*deciſ.num* 7.& Anna *in d.conſ.77. num* 2. & dif-
fusè optimis medijs fundat Gizzarell *dicta deciſ.*
5. & in ſimilibus in materia *l. emptorem C. locat.*
non ſunt æquiparati fiſcus,& Eccleſia,Barboſ.*in l.*
*filiofamilias § fin. num.*40. *in fine verſ. neque ob-*
*ſtat argumentum* Romani, & latius reſpondet
Ratt.*pracit.conſilio.*

## ARGVMENTVM.

*Agitur de diuiſione communis fundi, & an in licitatione vnius partis ad inſtantium creditoris præferantur cohæredes compoſſidentes extraneo emptori, etiam poſt perfectam venditionem.*

### SVMMARIVM.

1 *Communis ager à fiſco tantum vendi poteſt.*
2 *In communionem, vel ſocietatem nemo cogitur inuitus poſſidere.*
3 *Communis fundus ſi commodam diuiſionem recipiat, partes eius ſingulis adiudicantur.*
4 *Communis ager ſi inter ſocios æquis partibus diuidi non poteſt, vni adiudicatur præuia æſtimatione, qui cæteris ſoluit pretium pro parte excedente, quod ad ſe pro ſua rata ſpectat.*
5 *Communis domus, vel aliud, quod nullam patitur diuiſionem, totum vni adiudicandum eſt, qui alteri ad pretium condemnetur.*
6 *Fratres præferuntur creditori in licitatione.*
7 *Item ſocius pro eodem pretio.*
8 *Item duo vni præferuntur ex conſociis.*
9 *Rigori ſcripto non præfertur æquitas nõ ſcripta.*

### DECISIO CX.

1 QVamuis ab alio, quàm à fiſco communis
ager vendi non liceat *l. prima*, & *ſecun-*
2 *da C.de commun rer. alien.* attamen nemo in cõ-
munionem, vel ſocietatem compellitur inuitus
detineri *l.fin.C.commun.diuid.* ſi enim fundus com-
3 modè diuiſionem recipiat, partes eius ſingulis
adiudicari debent *§.pen. Inſt. de offi. iudic.* ſi verò
inter ſocios regionibus ager diuidi non poteſt,
æſtimatione iuſta facta vni ſociorum adiudicatur,
compenſatione pretij inuicem facta, eoquè, cui
res maioris obuenit, cæteris condemnato *l. ad of-*
*ficium §. cum autem C. commun. diuid d. § penul.*
5 Inſt.*de offic.iud.in* 2.*par.* ſi autem domus ſit, vel
aliud, quod diuidi nullo modo poteſt, tunc totum
vni adiudicandum eſt,& is alteri ad pretium con-
demnandus eſt *d.§.pen.in fin.* præuia tamen licita-
tione. quod ſi æquale pretium omnes offerant, is
obtinebit, qui maiorem poſſidet partem *l.Sanci-*
*mus §.ne autem communione C.de donat.*Cap.dec.
36. *in princ.* ex quibus per M.C fuit approbatum
decretum Curiæ Ciuitatis Hoſtuni, per quod
præceperat cohæredibus, quod ſoluant pretium
partis nolenti in communione manere, vel re-
laxent domum ſoluto pretio portionum ad eos
ſpectantium in banca Lanzettæ in cauſa Marinel-
læ Stauiſciæ ſub die 26. Martij 1607. & aliàs vr-
gentibus creditorib. vnius ex hæredibus fuit per
M.C.iniunctum cohæredibus, quod infra certum
tempus faciant depoſitum pretij pro tertia parte
domus, quæ erat indiuiſibilis, ad debitorem ſpectan-
te, aliàs prouidebitur ſuper diſtractione, & in
eorum contumaciam licitata, extraneus emptor
admiſſus fuit, verùm poſſeſſione capta duo ex
tribus fratribus, quorum erat domus commu-
nis pretium tertiæ partis depoſuerunt, ipſoſquè
præferri inſtabant.

Primò, quia fratres per tex. *in l. prima ff. de* 6
*priuil. credit.* & latè per Bero. *in trac. de ceſſ.*
*bon. quæſt.* 24. *principali*, vbi quod præferatur
creditori in licitatione.

Secundò, quia pro eodem pretio præfertur 7
ſocius Bald. *in d. l. multum intereſt ff. de comm.*
*rer. alien. num.*3 *verſ. nam ſi alle vult*, Guid.Pap.
*ſing.*780.

Tertiò, quia ipſi, cum ſint duo, præferri de- 8
bent, ſicuti præferrentur cohæredi, à quo hic
vendens cauſam habet, ex dictis per Capyc. *d.*
*deciſ.*36. *à num.* 3.

Quibus replicabatur pro parte emptoris, quod
prædicta vendicant ſibi locum ante ſolutionem
pretij in ipſa licitatione, non autem poſt perfe-
ctam venditionem ſoluto pretio *l.* 4 *C. de com-*
*mun. rer. alien.* & huic ſcripto rigori non eſſe 9
præferendam æquitatem non ſcriptam *l.placuit C.*
*de iudic.* verùm quia non fuit denunciatum com-
parentibus, vt ex proceſſu, hoc non obſtitit.
Et ex his per S.C. me referente fuerunt admiſſi
fratres,& iudicatum, quod reſtituatur poſſeſſio di-
ctis fratribus, ſtante depoſito, in cauſa Io. Aurelij,
& Io. Dominici Vitalis cum Franciſco Antonio
de Foſco, proceſſus in M.C.eſt in banca Ruſſi cre-
ditorum Io.Baptiſta Vitalis.

## ARGVMENTVM.

*Creditor in pecunia numerata, quando teneatur accipere à debitore, vel eius hæredibus tot bona ſtabilia, & de materia auth. hoc niſi C. de ſolutionibus. Agnatus hæres, qui poteſt vti iure prælationis, an poſſit ad inſtantium creditorum antè tempus compelli ad declarandum, ſi intendit vti dicto priuilegio, & terminus anni datus à iure an poſſit à Iudice coarctari?*

### SVMMARIVM.

1 *Remedia, quæ dantur creditoribus, quando ſubhaſtantur bona debitoris, & non reperitur pretium per S.C arbitratum.*
2 *Bona inſolutum tradi non poſſunt creditori, quando per debitorem expreſſè renunciatum fuit* auth. hoc niſi C. de ſolutionibus.
3 *An habeat locum* auth. prædicta *in hærede cum benef.leg.inuen.*
4 *Renunciatio* auth.hoc niſi,*ad hoc, vt operetur, quæ requirantur, & in quibus caſibus locum habeat.*

5 *Creditor*

5 *Creditor poteſt licitari, vt quilibet alius.*

6 *Iuſtum dicitur pretium, quod quis habiturus eſt ſine deceptione.*

7 *Res tantum valet, quantum communiter vendi poteſt.*

8 *Iuſtum æſtimatur pretium oblatum, præcedentibus præceptis, quod meliorem procurent oblationem, quando maior non fuit producta oblatio.*

9 *Pretium tripliciter conſideratur, nimirum infimum, ſupremum, & medium.*

10 *Hæres agnatus, cui competit prælatio, an compelli poſſit, vt declaret, ſi intendit vti iure prælationis, & an poſſit coarctari terminus anni datus à iure, & num. 14.*

11 *Iudex ex cauſa poteſt breuiare terminum, quando dilatio legalis conceditur aliquo miniſterio Iudicis.*

12 *Agnatus præfertur in venditione feudi pro æquali pretio, quod ab aliis offertur.*

13 *Actio prælationis incipit oriri poſt factam venditionem.*

14 *Agnatus declarans nolle emere ante tempus à iure conceſſum, adhuc ſequuta deinde venditione, poterit redire ad ius renunciatum, & num. 16.*

15 *Prohibitus vendere, niſi Titio facta requiſitione dicto Titio, illo declarante nolle emere, & facta alteri venditione, non poteſt emptor inquietari à prædicto Titio.*

16 *Deciſio.*

## DECISIO CXI.

1 SVbhaſtata ad inſtantiam plurimorum creditorum Ciuitate Caſertarum, non reperto pretio per S. C. arbitrato, fuit dubitatum de remedio, pro ſatisfaciendis creditoribus gloſ. *in l. a Diuo Pio § ſi pignora in vecho addicantur ff. de re iud.* quadruplicem viam creditori eſſe ait duas alias addit Moſc. *in ſua praxi par. 3* gloſ adiudi ancui à *n. 6. verſ. adquod perfecte*, ex quibus nulla in caſu noſtro practicari poteſt præter im adiudicatio, ſtante renunciatione *auth. hoc niſi debitor C. de ſolutionibus* iuxta deciſ. Collater. quam refert D. de
2 Franch. *deciſ. 81.* & D. Rouit. *conſ. 18.* qui fundant, & deciſum referunt, ſtante renunciatione prædicta, & pacto ſolutionis in pecunia numerata, non eſſe locum adiudicationi, (quamuis contrarium tenaat Philippus Paſcal *in tract. de patria poteſt. par. 2. cap. 9. num. 80. fol. mihi 347*) quod etiam in caſu, de quo agitur, ceſſat impoſſibilitate facti, cum Ciuitas Caſertarum ſit indiuidua, & creditores plures, quod etiam procedit in hærede
3 debitoris cum benef. l. & inu. amplum patrimonium habente, D. Vinc. de Franch. *deciſ. 43.* & Gizzarell. *deciſ. 7.* de quibus meminit, & eas exornat Nouar. *in tract. de datione inſolut. dec. 20.* vbi *de dec.* D. de Franch. & *dec. 21.* vbi *de dec.* Gizzarelli; ſi verò patrimonium non eſt amplum, tunc in beneficium, & ad libitum creditorum, hæreditaria bona traduntur, & ipſe hæres ex benef. legis & inu. ad aliud non tenetur, Nouar. *præcit. trac. deciſ. 19.*

4 Quæ verò requirantur ad hoc, vt renunciatio prædictæ *auth. hoc niſi* operetur, & in quibus caſibus locum habeat, habes per Ioſeph. Ludouic. *par. 2. deciſ. 64.* & ſuper ea Nouar. *d. tract. deciſ. 3.*

5 Per licitationem igitur ſuccurrendum erit, poteſt enim creditor licitari vt quilibet alius, vt *l. 2. C. ſi in cauſ. iud. pign.* gloſ. *in d. §. ſi pignora verſ. tertiò, quia poteſt licitari.*

Et deueniendo ad caſum, de quo agitur, reperitur emptor, qui obtulit pretium, non tamen iuxta appretium declaratum per S. C. ſed paulò minoris, quam oblationem non eſſe recipiendam creditores inſtabant tanquam non ad iuſtum aſcendentem pretium.

Sed non per hoc, iuſtum non eſſe pretium dici poteſt, iuſtum enim dicitur pretium, quod quis habiturus eſt ſine deceptione, Add. ad tract. Marc. Mantuæ *de ter. prothomiſ. fol. mihi 100. à ter. num. 26* quoniam res tantum valet, quantum communiter vendi poteſt *l. pretia rerum ff. ad l. falc.* gloſ. *in d. l. pretia rerum in verbo funguntur*, & gloſ. *in c. p. cum cauſa il 2. in verbo ad aliam in fine*, vbi Alb. *num. 3. de teſt. & atteſt.* 6 7

Poſt ſubhaſtationes, & plura præcepta, quod meliorem procurent oblationem creditores, aliaque maior oblatio non fuit producta, ex quo verificatur, hoc pretium iuſtum æſtimari, nec obſtat arbitrium Sacr. Conſ. per quod non taxatiuè hoc pretium indicatum fuit, ſed quanti pretij reperiri poteſt, *l. ſi ſeruum 33. ff. ad l. aquil.* Fuluius Lanar. ad repetitiones feudal. Regen Lanar. *§. ſed & res, per quos fiat inueſt. num. 65.* ſed adhoc, vt emptores delibetare poſſent ſuper pretio offerendo. 8

Inſuper pretium habet latitudinem, nam pretium eſt triplex, primum dicitur infimum, alterum dicitur ſupremum, & tertium dicitur mediū, nempè inter ſummum, & infimum, attenta etiam pecuniarum penuria, paucitate emptorum, quod conſiderauerunt DD. prout per Molfeſ. *in ſua ſumma par. 2. tract. 12. cap. 5. num. 61. & ſeq.* & diuerſitate æſtimationum, ter enim fuit dicta Ciuitas appretiata, primo à tabulariis, ſecundo ab huius Ciuitatis Primario, tertiò à S. C. non tamen ſemper tanti. 9

Creditores aſſeruerunt maiorem oblationem non fieri ob prælationem, quæ competit hæredi agnato; ideò inſtabant, quod compellatur hæres declarare, ſi intendit vti iure prælationis, coarctari petebant terminum anni datum à iure, vt in §. *Titius. ſi de feudo contentio ſit inter dom. & vaſſall.* id fundabant ex deciſ. S. C. relata per D. Vinc. de Franc. 588. in qua fuit recepta opinio Bart. & glo. quod ex cauſa poſſit coarctari terminus contra communem opinionem, de qua per D. quæ forſan tutior videtur, cum ſit conformis iuri communi. 10

Et dato pro vera opinione Bart. & gloſ. per S. C. approbata, adhuc reſtrictioni temporis non erit locus, cum nulla adſit iuſta cauſa, quæ fuit conſiderata à Bar. & S. C. tunc enim legalis dilatio poteſt breuiari, cum iuſta concurrit cauſa, & quando dilatio legalis conceditur miniſterio Iudicis Afflict. *in Conſtit. exceptiones lib. 2. de except. alleg. num. 17. verſ. non obſtat, quod dilatio legalis.* 11

Nec currit annus, niſi poſt perfectam venditionem, quia actio, & tempus agnato incipit currere poſt perfectam venditionem, vt poſt alios fundat Theodor. *alleg. 92. num. 18.* & in indiuiduo, quod ad inſtantiam agnati volentis vendere non teneatur agnatus declarare, ſi velit emere, vel ne, tenet in puncto Piſtor. adducens ad hoc Speculat. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua num. 123.* & hoc maxima cum ratione, quia

ius

ius, quod à iure reperitur conceſſum agnato, non poteſt ab eo auferri ſine manifeſta iuris diſpoſitione, vt benè diſcurrit Piſtor. ibi *num.62. vſque ad 63.* reſpondens contrariis.

Inſuper impoſſibilis eſt in caſo, de quo agitur, petita declaratio, nam iuxta communem Doctorum ſententiam præfertur agnatus pro eodem
12 pretio, quod ab aliis offertur, Andr. in § *ſed & res, per quos fiat inueſtitura*, dicit, hunc agnatum præferri extraneo in emendo, dummodò velit dare de pretio tantum, quantum extraneus, idem Corbol. *tonet de iure emphyt. quæſt. 2. pb alienationem in requiſito domini num. 2.* cuius verba ſunt, ex quo notant Bald. Aluar. & Cardinalis Alex. *quod agnatus, qui cæteris præfertur in venditione feudi, debet dare id pretium, quod ab aliis offertur*, Dom. de Ponte *deciſ.*11 ex communi Doctorum ſchola referi, quod in feudis, dum fit ipſorum alienatio cum domini aſſenſu, agnatus præferatur in venditione extraneo facienda, offerendo pretium, quod ab extraneo emptore inuentum erit, Afflict. *in d. §. ſed etiam res*, ibi; *agnatus paratus eſt emere, & vult tantum dare, quantum extraneus*, Aluarot. *in d. §. ſed & res num.3.* Iacobinus *in ver, cum pacto il 2.num.38. & 39* Curtius, Iaſon. Bar. Zaſ. Præpoſitus, & cæteri, quos refert, & ſequitur Scraderius *de feudis tom. 1.par.8.cap.7.num.6.& 7.* & nedum æquale circa quantitatem, ſed circa tempus, modum ſolutionis, & tandem, & circa omnes circunſtantias appoſitas in oblatione extranei, ſic bene Roſental. poſt innumeros, quos allegat *tom.1.cap.9.membro 2.concl.9.fol.mihi 879.n.3. in additione lit.D.* incip. probat tex. quod etiam fundatum fuit in præcedentibus deciſionibus: ſubhaſtatione enim non ſequuta non poteſt dari pretium, quod ab alio of-
13 fertur, & ſic præcedere debet ſubhaſtatio; actio enim prælationis incipit oriri poſt factam venditionem, cognito pretio, modo ſolutionis, clauſulis inſtrumenti, & circumſtantiis, ex quibus deliberare poſſit agnatus, an velit præferri.

Nec obſtat deciſio relata per Præſ. de Franch. *deciſ.*588. quia loquitur de vicino retrahente vigore conſuetudinis, qui certus erat de pretio, & habebat promptam pecuniam, & erat res parui momenti, & ad fundamenta, de quibus per Fulu. Lanar. in additionibus ad repetitiones feudales Regentis Lanarij § *ſed & res, per quos fiat inueſtitura*, & per Dom. Reg. Tap. *deciſ. S. C.* 17. qui ad declarationem S.C. recurrendum eſſe, vt ſciatur iuſtum pretium, tenuerunt, iuxta quod deliberare poterit agnatus, an velit retrahere, & ſic poterit ad prædictam declarationem cogi, ſtante apprețio per Sac. Conſ. reſpondetur ex dictis per eundem Fulu. *num.04 ver. non enim per viam indirectam*, id eſſe diſpoſitum in fauorem agnati emptoris ad euitandum iniuſtum pretium, quando eſſet oblatum ſupra veram æſtimationem ob aliquam æmulationem, affectionem, vel inuidiam, & ita intelligenda eſt *deciſio* Sacr. Conſ. 57. vt aduertit Dom. Carolus Tap. ibi *n.23.ver. præterea dicebatur. neminem contradicere concluſioni*, quod conſiderauit Bal. *in d §. porrò*, Præpoſitus, & alij per Scrader. *de feud. tom. 1. par. 8. cap. 7. n.*70. Borrell. *tom. 1. cap. 9. membro 2. concl. 9. fol. mihi* 879. *num.3. in additione lit. D.* incipiente probat tex. quod ceſſat in caſu, de quo agitur, cum poſt plura præcepta, quod procurent meliorem oblationem præſentata fuit ſine fraude oblatio.
14 Et quamuis declaraſſet, quod nollet emere, adhuc ſequuta deinde venditione poterit redire ad ius renunciatum, & petere prælationem, ex quo quando renuit, neſciebat pretium ab extraneo oblatum, Tiraquell *de retract. lignag. §.1. gloſ.9. num.146 verſ. nam quod ſupra dictum eſt*, tradit optimè Piſtor. *lib.2. quæſt.12.num.61.* diſtinguens 15
inter prohibitum vendere, niſi Titio, & tunc facta requiſitione Titio, & illo declarante nolle emere, ſit venditio alteri, & amplius non poteſt inquietari emptor à Titio, ſic Bar. *in l. qui Romæ §. cohæres ff. de verb. oblig.* vbi Imol. Aret. Soc. & alij, ſecus autem quando venditor liberas habet habenas rem ſuam vendendi cuilibet, nam tunc, licet requirat agnatum, & ille dicat nolle emere, ſi talis requiſitio fuit ſimplex, non declarato pretio, nec emptore, quia declaratio perſonæ emptoris eſt intempeſtiua, poterit deinde petere prælationem Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 12. num 61 ver. venit mihi*, ibi, *ſine pretij, & emptoris deſignatione*, & deinde, *ſed etiam qualitatem emptoris, cum ea poſſit eſſe emptoris conditio, vt agnatus alioquin non redempturus, tamen vel maxime propter talem emptorem redimeret.*

Hinc ex ſupra allegatis cum remanſiſſet ad 16
extinctum candelæ dicta Ciuitas Caſertarum Ill. Duci Caſtri pro pretio ducatorum centum nonaginta quatuor millium, comparente deinde Ill. Duciſſa Sermonetæ tanquam proximiore agnata prælationem petente pro eodem pretio, me Commiſſario fuit deciſum in S. C. quod præferatur dicta Ill. Duciſſa pro pretio oblato cum eiſdem conditionibus & qualitatibus in dicta oblatione contentis die 10. Februarij 1699. in Banca Simeonis pro Felice.

## ARGVMENTVM.

*Quæ probatio ſufficiat pecuniam ad conſeruationem rei, putà ad triremes fabricandas, vel reficiendas, mutuodantis, vt is tanquam potior præferatur creditoribus anterioribus in ſtipendio ſoluendo Præfecta triremium iuxta diſpoſit. tex. in l. interdum, & ſeq ff. qui pot. Et an hic potior dicatur etiam quoad intereſſe. Tertio facta ceſſione nominis debitoris, iuſta cauſa præcedente, an dicatur tranſlatum dominium.*

### SVMMARIVM.

1 *Creditor, qui ad rem conſeruandam credidit, quomodo probare debeat ad hoc, vt potior dicatur impenſum fuiſſe, quod credidit, & num.3 4. & deciſio num.7.*
2 *Creditor, qui dedit pecuniam ad conſeruandam rem, ſi vltra neceſſitatem conſeruationis aliquid ſupereſt in eo pluri non erit potior.*
3 *Pecuniam fuiſſe verſam in beneficium Eccleſia, ſeu Ciuitatis præſumptionibus, & coniecturis probari poteſt.*
5 *Probandi onus incumbit dicenti, vniuerſam pecuniam mutuatam non fuiſſe in refectionem conuerſam.*

6 *Pecunia*

*6 Pecunia ſoluta Duci, vel Capitaneo triremi in tempore, quo triremes indigebant impenſis, quid operetur.*

*8 Creditor, qui pecuniam ad conſeruandam rem dedit, an ſit potior quoad intereſſe.*

*9 Dominium ſicut in rebus corporalibus ſequuta traditione transfertur, ita in rebus incorporalibus, & nominibus debitorum, iuſta ſi adfuerit cauſa, per ceſſionem transfertur.*

*10 Ceſſio, quando in ea interuenit iuſtum pretium, eſt loco emptionis, & venditionis.*

## DECISIO CXII.

1 AD primum videbatur dicendum, pecuniam impenſam fuiſſe in rem conſeruandam, eſſe plenè probandum, cum ſit fundamentum intentionis, *l. actor C. de probat. cum concordantibus adductis* per Ioſeph Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 15. *numero* 1. ideò enim poſterior potior eſt priore, quia in rem conſeruandam impenſum eſt, quod credidit, *d. l. interdum ff. qui pot. in pign. hab.* & requiritur, quod dicta
2 pecunia fuerit neceſſaria pro dicta refectione, ſecùs autem in eo pluri, quod fuiſſet mutuatum vltra dictam neceſſitatem, vt *in l. fin. ff de exercit. action.* Rip. *in l. ſi ventri §. Diuus ff. de priuil. creditor.* Iaſ. *in l. creditor numero* 1. *verſ tertiò limita etiam legem ff. ſi cert. petat.* Neguſant. *in tract. de pignor.* 1. *membr.* 5. *par. n* 18. *verſ. quartò reſtringe dictam fallentiam.*

3 Præſumptionibus, & coniecturis videbatur probari poſſe, ex Menoch. *de arbitrar. caſ* 4 : 2. *numero* 53. *verſ. dubitari autem quandoque hoc contingit*, vbi tenet, pecuniam fuiſſe verſam in Ciuitatis, vel Eccleſiæ vtilitatem, præſumptionibus, & coniecturis probari poſſe ex omnium DD. eaiſtimatione, *in l. Ciuitas ff ſi cert. petat.* Maſcard *in tract. de probation. concl.* 1166. *in princip.* Io Paul Montan *in pragm.* 2. *de adminiſtr. Vniuerſit. n.* 129. Caſtill. *deciſ.* 205.

4 Et eſt tex. expreſſus *in l. fin. ff. de exercit. action.* per quem tex. Maſcar. *præcitato loco numero* 8. *verſ. ſi item non habet ſpecificum mandatum*, tenet, ſat eſſe, quod tempore mutui nauis indigebat reparatione, licet aliter non doceat de reparatione nauis, dummodò in refectionem dederit, atque ei, qui in id præpoſitus erat eo in loco, vbi res erant, quæ comparari poterant, & debebant ad reparationem, rationem affert: nam ſi tanta diligentia deſideraretur in hoc nauis caſu, quanta in exteris, nullus reperiretur, qui in nauim reficiendam mutuo pecuniam dare vellet, quod incideret in magnum periculum, & commoditas maris deperiret. Idcircò ad hoc tollendum Sacrum Conſilium voluit, quod ſatis eſſet probare, quod tunc neceſſitas imminebat, vt ait Angel. *in d. §. ſi verò quis poſt num.* 19. *verſ. in hac opinione fuit.* Azo *in auth de alien. & emphyt.* Montan. *præcit. loc. n.* 115. *&* 128. *verſ. maximè ſi tempore contractus.*

Vnde qui dicit, pecuniam totam mutuatam, non fuiſſe in refectionem conuerſam, habet ipſe probare per *dictam l. final. verſ. etenim non oportet*, per quem tex. Rip. *in d. l ſi ventri §. Diuus n.* 4. *verſ. & nota, quod is ff. de priuileg. credit. ita tenet.*

Et quando pecunia fuit ſoluta Duci, ſeu Ca- 6
pitaneo triremium tempore, quo triremes indigebant impenſis, in eam cauſam, ſufficiens probatio eſt, in illam cauſam fuiſſe conuerſam, & dominus teneetur, arg. *l. prima §. minimum ff. de exercit. action.* Aret. *in §. ſi igitur. Inſt. quod cum eo num.* 6. *verſ. ſecundus caſus eſt*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 55. *numero* 5. *verſ. prima eſt coniectura*, Maſcard. *præcit. loc. numero* 11.

Quibus præſumptionibus, & coniecturis con- 7
currentibus, per Sacrum Conſilium iunctis Aulis ſub die 27. Octobris 1621. in cauſa inter hæredes Citarellæ, & Rioaldi contra creditores Io. Vincentij, & Marcelli Caraccioli fuerunt declarati creditores potiores hæredes Citarellæ, & Rinaldi ſuper ſtipendio dictis de Caracciolo debito per Regiam Curiam pro gubernio triremium, in quam cauſam pecunia fuit mutuata, in banca de Simeone.

Quoad ſecundum diffusè ad partes examinat 8
quæſtionem Dom. de Ponte *deciſ.* 34. *num.* 20. & fundat diſpoſitionem *l. licet, & legis interdum* extendi etiam ad intereſſe, Sacrum Conſilium reſeruauit deliberationem.

Quoad tertium, certum eſt, quod ſicuti in 9
rebus corporalibus, præcedente iuſta cauſa, ſequuta traditione dominium transfertur, *l. nunquam nuda ff. de acquir. rer. domin. § per traditionem* Inſtit. *de rer. diuiſ.* ita etiam in nominibus debitorum, & incorporalibus, iuſta ſi adfuerit cauſa, per ceſſionem transfertur dominium; nam ibi ceſſio habetur loco traditionis, & idem operatur ceſſio incorporalium, quod traditio in corporalibus, gloſ. *in l. fin. C. quando fiſcus, vel priuatus, & in l. final. in verb. portionibus ff. de donat. & in l. ſecunda C. de action. & obligat.* vbi Bar. & DD. Bar. *in l. is, cui §. final. ff. vt in poſſ. leg.* Caſtr. *in l. per diuerſas num.* 9. *&* 10. *C. mandat. & in l. ſi vir vxori num.* 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Alex *in l. ex legato in princip. C. de legib.* Bald. *conſ.* 341. Signor. *conſ.* 21. *factum ſic ſe habet num.* 6. Alex. *conſ.* 112. *num.* 10. *vol.* 7. Fulgoſ. *conſ.* 217. *in fine, viſo exemplo*, Dec. *conſ.* 446. *num.* 5. Natt. latè *in conſ.* 392. *num.* 24. *lib. ſecundo*, vbi plures cumulat, imò per ceſſionem iurium transfertur etiam poſſeſſio, Bald. *conſ.* 436. *quidam creditor lib.* 3. Natta *d. conſ. numero* 5. *&* 40. Corn. *conſ.* 96. *num* 2 *& conſ.* 106. *num.* 1. *lib.* 1. cedere enim eſt quaſi decedere, & alium loco ſui ponere, Natt. *d. conſ. num.* 24. idemque eſt in incorporalibus dicere, cedo, quod do, Bar. *in l. Seia ff. de donat. cauſ. mort. & in l. prima C. de action. & oblig.* cedere, & tradere paria ſunt, Bart. *in l. Labeo in fin ff. de pact.* at-
que eò maximè prædicta procedunt, quando in 10
ceſſione interuenit iuſtum pretium; nam tunc eſt loco emptionis, & venditionis, latè Roman. *conſ.* 86. *viſo quæſtionis themate*, dum enim ceſſio fit creditori loco ſolutionis, transfertur ita dominium, ſicut per emptionem & creditor dicitur poſſidere pro ſoluto, *ff. & C. pro ſoluto.*

S ARGV

## ARGVMENTVM.

*Locans operas Rationali pro ſcribendis libris ſuper ſalario peruento eidem Rationali ex dicto opere, præfertur creditoribus hypothecariis etiam anterioribus.*

### SVMMARIVM.

1 *Ex emolumentis, & ſalariis ante omnia deducenda ſunt expenſæ pro ipſa mercede conſequenda; fructus enim non dicuntur, niſi deductis expenſis.*

2 *Labores, & ſeruitia pro rei recuperatione, & defenſione ſunt eidem rei annexa, ac cohærentia.*

3 *Expenſæ, & ſalaria famulorum deducenda ſunt à fructibus.*

4 *Pro ſalario famulis debito datur prælatio omnibus aliis creditoribus etiam anterioribus, & hypothecariis, quando pecunia peruenit ex eodem negotio, pro quo debetur ſalarium, veluti in ſalario debito inſtitutoribus, & deciſio num. 6.*

5 *Laboratores pro mercede, & alimentarius pro alimentis habent hypothecam tacitam priuilegiatam, & præferuntur aliis anterioribus expreſſam habentibus hypothecam in pecunia peruenta ex eodem labore.*

### DECISIO CXIII.

IOſeph Faiella operas ſuas locauit Io. Vincentio Rocco Rationali Ill. Principis Hoſtiliani ad ſcribendos libros rationum Status, & patrimonij Ill. Principis, cui ipſemet Rationalis promiſit ſoluere.

Super depoſito per Ill Principem facto ſalarij Rationalis, petiit vxor dicti Io. Vincentij ſatisfieri pro dotibus, tanquam creditrix hypothecaria anterior, replicabat Ioſeph eſſe præferendum pro eo, quod ſibi debebatur ratione laboris ſuper pecunia peruenta ex prædicto opere.

1 Primò, quia ex iſtis emolumentis, & ſalariis ante omnia ſunt deducendæ expenſæ pro ipſa mercede conſequenda, fructus enim non dicuntur, niſi deductis expenſis, eſt tex. ad literam in *l. fructus, qui dotiſ ff. famil. herciſc. l. impendia §. diuortio. & l. fructus ff. ſolut. matrim.* Bart. *conſ.* 186. Aufrid. *reſp.* 5. *n.* 3. Menoch. *de recuper. poſſ remed.* 15. *n.* 574. Gaſpar. Theſ. *lib.* 2. *quæſt. forenſ.* 29. *ſub num.* 2.

Hinc etiam dicit Grat. *diſcept. forenſ. lib.* 2.
2 *cap.* 257. *num.* 27 quia labores, & ſeruitia pro rei recuperatione, & defenſione eſſe eidem rei adeò annexa, ac cohærentia, vt tantò minus in illa eſſe videatur, quantum pro dicto ſalario, & mercede ſoluendum ſit Bart. *in l. quod dicitur ff. de impenſ. in reb. dot. fact.* Affl. *deciſ.* 359. *n.* 1. & 2.
3 & in ſpecie, quod ſint reducendæ expenſæ, & ſalaria famulorum eſt tex. *in cap. præſenti §. porrò, de offic. ordinar. lib.* 6 quem adhoc propoſitum, adducit Tiraquell. *de vtroque retract.* §. 15. *glo.* 1. *num.* 7. vbi etiam quamplurima ſimilia adducuntur.

Vnde tantò minùs debet conſequi ab Ill. Principe Hoſtiliani, quantum importat ſalarium, & ſeruitium ipſius Ioſephi, & ſic abeſt ab hæreditate Ioannis Vincentij.

Secundò, quia etiam pro ſalario famulis de- 4
bito datur prælatio omnibus aliis creditoribus etiam anterioribus, & hypothecariis, vt poſt Decian. *conſ.* 108. *vol.* 2. *num.* 23. & Sebaſt. Montic. *in §. item ſeruitia num.* 38. Inſtit. *de action.* tenuit, & multis rationibus probauit Felician. *de cenſib. lib.* 3 *ad cap.* 5. *in* 2. *tom. num.* 12. *verſ. præterea obſeruandum eſt*, quod optimis mediis fundat, quam opinionem quamvis impugnet Amatot. Rodriq. *in tract. de priuileg. creditor. par. prima art.* 3. *num* 26. *verſ. ex quibus ita præſuppoſitis*; tamen opinionem indiſtinctè admittit, quando res peruenit ex eodem negotio, pro quo debetur ſalarium, veluti in ſalario debito inſtitutoribus, cùm in eis potior illa priuilegij cauſa conſideretur, quam conſtituit Iuriſconſultus *in l. interdum, & l. ſequ. ff. qui pot. in pign.*

Sic etiam laboratores pro mercede, & ali- 5
mentarius pro alimentis habent hypothecam tacitam priuilegiatam, & præferuntur aliis anterioribus expreſſam hypothecam habentibus, ita poſt Neguſ. Natt. Menoch. Roman. Gigan. Rot. & alios tradit Borgnin. Caual. *deciſ.* 23. *num.* 31. *lib.* 1. & *deciſ.* 44. *num.* 46 *in fin. lib.* 1. & *deciſ.* 5. *n.* 9. & 18. *lib.* 2. ſequitur Carroc. *de locat. & conduct. par.* 5. *tit. de ceſſione quæſt.* 5. *n.* 4.

Sub die 3. Nouembris 1623. fuit iudicatum, 6
eſſe præferendum Ioſephum Faiellam, & de pecunia peruenta ab Ill. Principe Hoſtiliani fuerunt ei liberati ducati ducentum promiſſi pro ſuis laboribus per Ioannem Vincentium Roccum in banca de Viuo pro Felice.

## ARGVMENTVM.

*Creditor emphyteutæ an admittatur ad purgandam moram canonis non ſoluti poſt ſententiam deuolutionis, & eius exequutionem.*

### SVMMARIVM.

1 *Creditor emphyteutæ poteſt purgare moram emphyteutæ pro conſeruatione ſui iuris.*

2 *Moræ purgatio quando admittatur.*

3 *Moræ purgatio non admittitur exequuta ſententia deuolutionis.*

4 *Sicut poſt exequutionem non admittitur emphyteuta ad purgationem moræ, ita nec eius creditor, cum ex eius perſona non mutetur obligationis conditio* l. 2. §. ex his ff. de verbor. oblig.

5 *Emphyteutica re deuoluta, ius creditoris euaneſcit.*

6 *Deuolutionis ſententia præiudicat etiam creditoribus hypothecariis.*

7 *Creditor emphyteutæ an ſit reſtituendus ex clauſula generali, aduerſus exequutionem ſententiæ deuolutionis, & n. 9.*

8 *Creditor emphyteutæ reſtituitur in ſubſidium aduerſus deuolutionem.*

10 *Reſtitutio non datur aduerſus pœnam conuentionalem pro firmiori robore contractus à contrahentibus impoſitam.*

11 *Hæres*

11 *Hæres reſtituitur ex clauſula generali aduerſus lapſum temporis purgandi moram,& quare.*

12 *Pignus quando reſoluitur ob priuationem poſſeſſionis à debitore paſſam.*

13 *Reſolutio contractus emphyteutici ob non ſolutionem canonis an dicatur proceſſiſſe ex facto neceſſario, vel voluntario.*

## DECISIO CXIV.

1 CReditor emphyteutæ poteſt purgare moram ipſius emphyteutæ pro conſeruatione ſui iuris *l. lex vectigali*, vbi not. Bart & DD. & præcipue Iaſ. *in 24 quæſt. ff. de pignor.* Hippol. *in ſingul.* 368. Corbul. *in tract. de iur. emphyt. limit. 7. num. 5. de cauſa priuat ob non ſolut. canon* Giurb. *decif. 91. num. 6. verſ cæterum ſi tertius ille*, qui

2 alios congerit; quando autem admittatur purgatio moræ, habes per Corbul. *præcit. loc. limit.* 41. & per Vrſil. *ad dec* Affl. 174.

3 Verùm exequuta ſententia deuolutionis, ſicut non admittitur emphyteota ad purgandam moram, ita quoque non admittitur creditor, qui ipſius emphyteutæ moram purgare intendit,

4 cùm ex eius perſona non mutetur obligationis conditio, *l. 2. §. ex his de verb oblig* nam poſt exequutionem, à lege, ſeù ab homine non datur purgatio moræ ex dictis per Bart. *in l ſi inſulam numero* 19. *de verbor. oblig* Roman. *conſ.* 103. *numero 4. verſ. ſtat enim vera iuris concluſio.*

5 Pro quo facit, quia perueniente re emphyteoticaria ad dominum vigore ſententiæ deuolutionis, ius creditoris euaneſcit *d. l. lex vectigali*, Guid. Pap. *quæſt.* 575. Canalc. *diſp.* 49. *num.* 41. *vol.* 2. per quem tex. *l. vectigali* Bal. *in l. 2 verſ. in hoc quæritur n. 42. C de reſcind. vendit.* contra Bart. tenuit, quod ſi res vendita reſtituta fuit mediante iudicio, & ex neceſſitate iudicij, quod tunc reſoluto iure debitoris pignorantis reſoluatur ius acceptoris, quam opinionem ſequuntur *DD.* relati per Neguſ. *in tract. de pignor. in 1. memb.*

6 *quintæ partis n. 43. verſ. ſed*, Bald. *in d. l. 2.* & ſententia deuolutionis præiudicat etiam creditoribus hypothecariis Burgn. Caualc. *diſp.* 30. *n.* 5. *vol.* 2. & quod priuatio ob deuolutionem ſit ex facto neceſſario non voluntario, fundabimus infra *n.* 12. & 13.

7 Erit tamen creditor reſtituendus in poteſtatem purgandi moram ex clauſula generali *ſi qua mihi iuſta cauſa*, quia de iure quilibet, qui incurrit in priuationem alicuius iuris per non implementum, ſemper ex capite præſumptæ ignorantiæ reſtituitur ex dicta clauſula generali, vt not. gloſ. & DD. *in l. 2. in fin. C. de iur. emphyt.* & tenuit Alex. *in conſ. 45. vol. 5. num. 4. verſ. ſaltem debeat reſtitui ad poteſtatem implendi*. & ita ſub die 26 Octobris 1587. fuit iudicatum per S. C. ad inſtantiam Vincentij Quinque creditoris emphyteutæ, & dictum, quod liceat dicto Vincentio creditori purgare moram ipſius emphyteutæ ad finem euitandi caducitatem, in quam dictus emphyteuta erat incurſurus, dum tamen ſoluat cenſus decurſos, & debitos per ipſum emphyteutam, demptis penſionibus per ipſos perceptis, & caueat de ſoluendo in futurum, vt in proceſſu inter Vincentium Quinque, & Monaſterium Sancti Martini, & dominos de Alexandro in banca de Cioffo quamuis præcedentibus tribus decretis, quod ſoluat infra certum tempus cenſus decurſos, aliàs, &c. fuerit lata ſententia deuolutionis ſub die vltimo Martij 1582. cum clauſula, quod ſi infra menſem ſolueret cenſus decurſos, non mandetur exequutioni, & elapſo menſe, fuit exequuta, & tradita poſſeſſio dominis directis, vt in proceſſu inter Monaſterium Sancti Martini, & Mercurium de Alexandro cum Andrea Gennino in eadem Banca.

Quæ tamen reſtitutio non competit, niſi in 8
ſubſidium, quando ſcilicet debitor non eſſet ſoluendo, ſicut dicitur in hærede infante, & pupillo, vt not poſt Sforz Odd. & alios Corbul. vbi ſupra *amplias.* 29. *n.* 15.

Et ſi magna ſit authoritas rei iudicatæ, adhuc 9
dubito de prædicta reſtitutione, quam denegandam eſſe, quando vtile dominium conſolidatum eſt cum directo, tenuerunt Caualc. *d. decif.* 19. *n. 41. vol. 2.* Maſtrill. *dicta decif.* 154. & latiſſimè contrariis reſpondens Giurb. *decif. 91. n. 7. verſ cumque vera hæc ſint.*

Nec competit reſtitutio aduerſus pœnam con- 10
uentionalem pro firmiori robore contractus ab ipſo emphyteuta impoſitam, vt voluit gloſ. *in l. ſi cum militaribus in verb. diſtraxerunt C de reſtit. milit.* quam gloſ. ſequuntur DD. relati à Franciſco de Cald. *in repet. l. ſi curatorem habens C. de in integr. reſtit. in verb. ſua facilitate num.* 931. tunc enim daretur reſtitutio, quatenus eſſemus in hærede, & pœna non eſſet incepta à defuncto, in 11
cuius perſonam conceſſio ineſſe dicitur, cùm in contractu emphyteutico plures inſint conceſſiones, altera reſpiciens perſonam defuncti, quam illius morte fuiſſe extinctam certi iuris eſt, altera verò hæredis perſonam, ſeu filij reſpiciens, quare ſi canonem perſoluere ceſſauit filius, reſtitui debet ex clauſula generali, ſi maior eſt, ſi verò minor eſt, ex capite minoris ætatis, quia eo caſu non nititur paterno contractu, ſed magis proprio ex his, quæ traduntur per *DD.* variis in locis, aſſerentes in emphyteuſeos contractu duplicem dari conceſſionem, alteram patrem, alteram filios intuentem, vt per Felin. *in conſ. 24. poſt num.* 20. tradit Corneus *conſ. 74. lib. 1. lit F.* Aegid. Boſſ. *in tract. de Principe numero* 311. & alij relati per Franciſcum de Cald. *in d. verb. ſua facilitate num 92. verſ. quocirca aliter reſponderi poteſt*, & ita loquuntur iura adducta per Alex *in d. conſ* 45 ſecus verò quando petit reſtitutionem aduerſus pœnam, in quam ipſe emphyteuta incidit *d l. 2.*

Inſuper Alex. fundat ſuam concluſionem in theorica vulgata, & communi Bart. *in l. 3 §. ſed & Marcellus ff. de in diem addict.* 12
quod quando priuatio rei ſequitur ob factum neceſſarium poſſeſſoris illius rei, reſoluitur pignus abſque alia in integr. reſtit. ſecus ſi ex facto non neceſſario, ſed voluntario, & illud, quod poſſeſſor, ſiue debitor voluntariè non adimpleuerit, potuiſſet adimplere creditor illius; ſed illud factum, quod etſi pendeat à voluntate debitoris, non tamen eſt ordina 13
tum ad rei amiſſionem, ſiue commiſſum, non dicitur factum voluntarium, ſed neceſſarium, vt latè fundat Surd. *in dicta dec. 18. n. 11.* ex eod Bart. *in l Dinus n. 2. ff. de a qu. plu. arcend.* expreſsè exemplificando in emphyteuta, ex eo, quod licèt non ſoluere canonem pendeat à mero facto ipſius, illud tamen eſt directò ordinatum,

vt res ad dominum directum redeat; ſed illud venit in conſequentiam, & ex neceſſitate, & diſpoſitione legis, ad quæ faciunt dicta verba Bald. *in d.l.2. num. 17. C. de reſcind. vend.* quod reſolutio iſtius contractus emphyteutici ob non ſolutum canonem non pendet ex ſola illius voluntate, cùm res nunquam libere radicata fuerit penes eum, imò quodammodo affecta diſpoſitione legali, quam ibidem ſequitur Salyc. *n.18.* & reaſſumit benè Surd. *dicta deciſ. num. 13.* vnde cum hoc factum, idest non ſoluere canonem directo non tendat ad deuolutionem rei, cùm illa deinde oriatur in conſequentiam ex diſpoſitione legali, dicetur factum neceſſarium, & non voluntarium, & ſic reſoluetur pignus in præiudicium creditoris abſque facultate adimplendi factum omiſſum ab eodem debitore, cum in neceſſariis Bart. Alex. & communis theorica hoc non admiſerint.

## ARGVMENTVM.

*An creditor cum conſtituto, & pracario poſſit agere contra tertium poſſeſſorem non excuſſo principali debitore. Poſſeſſio quando dicatur interuerti.*

### SVMMARIVM.

1 *Creditor cum conſtituto, & precario poteſt agere virtute conſtituti contra tertium poſſeſſorem non reſciſſo contractu contra principalem debitorem, & n.9.*

2 *Per conſtitutum in creditorem omnis transfertur poſſeſſio, qua erat penes debitorem conſtituentem ſe poſſidere omnia bona, qua obligauit.*

3 *Quam creditoris poſſeſſionem interuertet debitor, ſi rem, quam poſſidebat in conſtituto comprehenſam, poſt dictam conſtitutum alteri alienet, vel tradat.*

4 *Ideoque ad dictam poſſeſſionem recuperandam poterit creditor recta via agere condictione* ex l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. *etiam nulla facta excuſſione contra debitorem.*

5 *Creditor à ſingulari ſucceſſore poterit recuperare talem interuerſam poſſeſſionem, intentando remedium* dictæ l. final. *etiam non facta diſtinctione, an debitum fuerit liquidum, vel nè.*

6 *Hoc enim remedium non datur pro quantitate debiti, ſed pro recuperanda poſſeſſione.*

7 *Proinde pactum ingrediendi propria authoritate exerceri poterit in ſingularem ſucceſſorem etiam reſiſtentem, ac etiam ſi debitum non fuerit liquidum, itemque remedium* l. fin. C de aquir. poſſeſſ. *& num.8.*

9 *Poſſeſſor victus, qui litem ſibi motam tempore oportuno non denunciauit principali debitori ob propriam culpam, eadem ſententia aduerſus eundem iuuari nequaquam poterit.*

### DECISIO CXV.

Conuentus fuit tertius poſſeſſor virtute inſtrumenti venditionis ann. introit. cum conſtituto, & precario iudicio aſſiſtentiæ pro ſorte principali, & redditibus annuis decurſis virtute pacti reſciſſorij ob non ſolutionem tertiarum, qui oppoſuit non poſſe agi contra poſſeſſorem pro ſorte, niſi reſciſſo contractu contra principalem debitorem; ſed hoc non obſtante poſſe 1 virtute conſtituti obtinere contra tertium poſſeſſorem, non audito principali debitore fuit iudicatum ea ratione, quia ex conſtituto debitoris conſtituentis ſe poſſidere omnia bona, quæ 2 obligauit, transfertur in creditorem omnis poſſeſſio, quæ erat penes debitorem, *l. quod meo in princ. cum concord. ff. de acquir. poſſeſſ.* vnde ſi 3 debitor conſtituens poſt dictum conſtitutum rem, quam poſſidebat, & in dicto conſtituto comprehenſam alteri alienet, & tradat, dicitur interuertere poſſeſſionem creditoris, & propterea etiam nulla facta excuſſione contra debitorem, poteſt creditor recta via ad poſſeſſionem 4 recuperandam agere condictione ex *l. fin. C. de acquir. poſſeſſ.* authoritates adducit Gail *obſer. 27. debitor principalis num. 31. ver. ostanò ſingulariter fallit lib. 2. & in tract. de credit cap. 4. q. 7. n. 916.* vbi *num 825.* multa ad declarationem *conſt. & precary* habentur facit etiam quia non facta diſtinctione, an debitum fuerit liquidatum, vel 5 non, poteſt creditor recuperare poſſeſſionem aduerſus ſingularem ſucceſſorem, intentando remedium *d. l. fin.* ita Bart. *in repet. l. creditores C. de pignor. in 4. principali quaeſt. verſ. item dubitatur*, non enim hoc remedium datur pro quantitate 6 debiti, ſed pro recuperanda poſſeſſione, ita ex his conſuluit Alex. *conſ. 85. lib 6.* & ideò poſſeſſor tantùm, contra quem principaliter lis fuit intentata, citandus erit per glo. *in l. de vnoquoque in verb. quos cauſa ff. de re iudic.*

Ex quibus ſi in inſtrumento eſt appoſitum 7 conſtitutum, pactum ingrediendi propria authoritate poterit exerceri in ſingularem ſucceſſorem etiam reſiſtentem, etiam ſi debitum non ſit liquidum ex adductis per Tiraquell. *in tract. de iur. conſtitut. prima par. n. 43. verſ. ei autem, quod diximus*, itemque remedium *l. fin. C. de acquir. poſſeſſ.* locum habet, etiam non condemnato, nec liquidato debito contra principalem debitorem, & ita deciſum teſte Theſaur. *deciſ 53. in* 8 *fin.* poſſeſſor verò denunciabit tempore opportuno litem hanc ſibi motam, requirendo eum, quod veniat ad ſuſcipiendam cauſam in ſe, & defendendum, ſi non denunciabit culpa ſua non releuaret eum ſententia illa contra authorem ſuum, Alex *in d. conſ. 85. in fine*, & ita iudicatum pluries per Sacrum Conſilium, etſi D. Rouir. *in prag. prima de aſſiſt.* de contraria obſeruantia teſtetur, vtrumque igitur ſeruatum fuit.

## ARGVMENTVM.

*An creditor poſſit obtinere in iudicio aſſiſtentia ſuper bonis debitoris ſui debitoris.*

### SVMMARIVM.

1 *Per conſtitutum, & pracarium transfertur ciuilis, & naturalis poſſeſſio. Verum fallit num. 5.*

2 *Probationes*

2 *Probationes quæ requiruntur in iudicio aſſiſtentiæ.*
3 *Conſtitutum ſimplex habet maiorem efficaciam, & virtutem, quam coniunctum cum precario.*
4 *Duæ fictiones circa idem non poſſunt concurrere.*
5 *Fallit, quando fictionum pluralitas ex diuerſis oritur perſonis.*
6 *Creditor, cui nomen debitoris eſt obligatum, qua actione agat remiſſiuè.*
7 *Contra nomen debitoris quomodo fiat exequutio.*

## DECISIO CXVI.

1 AFfirmatiuum fundamentum eſt, quia cum in debitorem ſui debitoris per conſtitutum, & precarium ſit tranſlata poſſeſſio, *l. quod meo ff. de acquir. poſſeſ. l. & habet §. cum, qui precario ff. de precar.* ſequitur, quod virtute conſtituti, & precarij ſit eadem poſſeſſio tranſlata in creditorem creditoris, cum is, qui vi conſtituti poſſidet, in alium etiam per conſtitutum poſſeſſionem eiuſdem rei transferre poſſit, ita conſuluerunt DD. relati per Tiraquell. *in tract. de iur. conſtit. part. 2. ampliat. 22.* ex quibus eodem remedio vti poterit tertius, in quem conſtituarius ius ſuum tranſtulit, & ita deciſum refert Theſaur. *dec. 215. in fine verſ. cæterum nota.*

2 Sed his non obſtantibus, contrarium fuit obſeruatum, quia in iudicio aſſiſtentiæ probare neceſſe eſt, quod bona, ſuper quibus petitur aſſiſtentia, fuerunt in bonis, & de bonis debitoris, qui tenuit, & poſſedit, Affl. *dec. 38. num. 6.* & ibidem Vrſil. Præſes de Franch. *deciſ. 101.* at cum per conſtitutum, & precarium non niſi ciuilis tantum poſſeſſio tranſlata ſit ex dictis per Tiraqu. *in dicto tract. de iur. conſtit. in prima part. num. 4. verſ. per hoc autem ciuilis tantum,* Frecc. *de liquid. inſtrum. part. 7. quæſt. 3. num. 6.* Marant. *de remed. poſſeſ. num. 49. verſ. ſed vlterius,* fruſtra dici poteſt in ſecundum conſtitutarium naturalem fuiſſe tranſlatam poſſeſſionem, & accuratiſſimè animaduertit Natta *præcitato conſ. 398. numer. 33.* & ſic per teſtes non poterunt probari extrema, cum non ſit naturalis poſſeſſio penes debitorem ſtipulantem, nec inſtromenti exhibitio ſufficeret ex dictis per Paneirol. *conſ. 42.* adductum per Rouit. *in pragm. aſſiſtentiam num. 5.*

3 Inſuper virtute precarij, & conſtituti per
actum fictum ciuilis poſſeſſio transfertur, &
per conſtitutum ſimplex ciuilis, & naturalis
Affl. *deciſ. 139. in fin.* ex quodam iuris artificio
ſecundum communem DD. theoricam *in d. l.*
*quod meo,* Theſ. *deciſ. 38. in princip.* Valaſ. *con-*
*ſult. Luſit. 55. num. 2.* Camer. *in repetit. c. Impe-*
4 *rialem fol. 9. lit. D.* ſed poſſidens per fictum actum,
nequit per alium actum fictum eandem ciuilem transferre poſſeſſionem, vt egregiè tradiderunt Bald. *in rubr. de cauſ. poſſeſ. & proprietat. verſ. ſed pone, quod iſte hæres vendidit num. 13.* Caſſan. *conſ. 59. n. 11. verſ. de ciuili.* Natta *conſ. 398. n. 32.* Barbat. *conſ. 8. num. 37. verſ. & adduce Baldum lib. 2.* Syluan. *conſ. 55. num. 10.*

5 Nec authoritates affirmantium faciunt ad caſum, de quo agitur, qui loquuntur in ſimplici conſtituto, per quod & ciuilis, & naturalis poſſeſſio transfertur.

Nec obſtat id, quod conſiderauit Crauett. *conſ. 892. num. 6.* ad quod ſe remittit Rouit. *in d. pragm. aſſiſtentiam n. 8.* dum fictionum pluralitatem, quando oritur ex diuerſis perſonis admitti de iure refert, nam in caſu, de quo agitur, in eadem perſona debitoris concurrerent duæ fictiones.

Qua actione agat ille creditor, cui nomen de- 6
bitoris fuit obligatum, habes per Neguſ. *in tract. de pignor. in 2. membr. 2. par. n. 24.* & per Hugon. Donell. *in tract. de pignor. in cap. an in omnibus rebus, quæ in bonis ſunt, pignoris obligatio conſiſtat, verſ. quare & nomen quoque.*

Et quando exequendum ſit nomen debitoris vigore inſtrumenti liquidati iuxta ritum, Carau. *rit. 166. n. 66. cum ſequ.*

Et qualiter fiat exequutio contra nomina de- 7
bitorum, tradit Bart. *in l. ſi in cauſa n. 2. verſ. quæro, qualiter fiat C. quando fiſcus, vel priuatus.*

An creditor, qui habet viam executiuam contra ſuum debitorem, habeat etiam aduerſus ſui debitoris debitorem, iſtam quæſtionem explicat Angel. *in l. à Diuo pio, §. ſic quoque, ff. de re iudic.* & eam ſequuntur cæteri, quos refert Cancer. *var. reſol. c. 11. n. 137. q. 26.*

## ARGVMENTVM.

*Exequuta ſententia aſſiſtentiæ iuxta ritum Magnæ Curiæ, & Regia pragmatica, pendente appellatione, an debitor habeat ius offerendi.*

## SVMMARIVM.

1 *Debitoris oblatio non admittitur poſt adiudicationem.*
2 *Debitor non poteſt offerre poſt appretium.*
3 *Appellatio ſuſpendit iudicatum.*
4 *Per adiudicationem virtute ſententiæ, à qua pendet appellatio nõ reiicitur oblatio debitoris.*
5 *Quando adiudicatio, ſeu appretium impediat debitoris oblationem, & n. 7.*
6 *Creditor, cui eſt adiudicata res, virtute Regiæ pragmaticæ aſſiſtentiam, non habet facultatem vendendi pendente appellatione.*

## DECISIO CXVII.

PRolato decreto aſſiſtentiæ per Magnam Curiam, ac exequuto, appellatione pendente iuxta diſpoſitionem *Reg. pragmatica,* fuit dubitatum, an ſit admittenda debitoris oblatio.

Pro negatiua facit communis *DD.* ſententia, 1
debitorem non audiri, offerentem, facta adiudicatione, Specul. *in tit. de ſecund. decret. §. iuxta verſ. quid ſi ille redeat,* communem refert Iaſ. *in l. properandum §. ſin autem reus ſub n. 8. C. de iudic.* veriorem, & magis communem refert Alex. *in l. debitoribus in fin. ff. de re iudic. in l. ſi finita §. Iulianus in fine ff. de damn. infect.* Neguſan. ſimiliter teſtatur comm. & veriorem *in prima part. 3.*
*membr. 5. par. n. 8.* vnde Affl. *deciſ. 187.* per appre- 2
tium excludit ius offerendi, & ita deciſum refert per Sacrum Concilium.

Pro affirmatiua dico, appellationem ſuſpende- 3
re iudicatum *cap. venientes, de iureiur.* Affl. *deciſ.*
188. *n. 5.* & ibi Add. vnde ſententia adiudicationis 4
non excludit oblationem, appellatione penden-
te Capic. *deciſ. 41. in limit. 5.* nec exequutio 5

virture rltus, & Regiæ pragmaticæ hoc operarur, nam illa adiudicatio impedit oblationem, quæ dominium irreuocabile trahit, iuxta tex. *in l. finita § poſteà ff. de damn. infect.* ibi, *poſtea autem, quam quis poſſidere iure dominij à prætore*
6 *iuſſus eſt*, non autem hæc adiudicatio, quæ poſ-
ſeſſionem reuocabilem quoad adiudicationem tantum transfert abſque vendendi facultate. ex dictis per Præſid. *deciſ.* 120. & hanc opinionem ſequitur Capye. *deciſ.* 202. multis authoritatibus, & iuribus comprobans.

7 Et intelligenda eſt deciſio Afflict. relata, quan-
do appretium fuit pro exequutione ſententiæ tranſactæ in rem iudicatam, quo præuio transfertur irreuocabiliter, vt aduertit Capye. *d. deciſ.* 102. *num.* 21.

Fuit ex his per M. C. admiſſa oblatio, & confirmata per S.C.

## ARGVMENTVM.

*Adiudicatio bonorum facta creditori per Iudicem, vt dominij translationem importet, an expoſtulet, vt appretium præcedat.*

## SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio bonorum cum pacto de retrouendendo per Iudicem creditori facta, non præcedente appretio, an illorum dominij translationem importet, vel loco pignoris addicta bona creditor teneat, & n. ſeq. & per tot. & dominium tranſlatum eſſe, ac ita deciſum refert* Affl.

2 *Aeſtimatio, quæ requiritur ad hoc, vt creditor iure dominij poſſidere poſſit, cum aliàs appretio non ſequuto iure creditoris poſſideat, à Iudice fieri poteſt, & n. 4. & 8.*

3 *Creditor bona capta in cauſam iudicati, in quorum ſubbaſtatione emptor non reperitur, qui pro iuſto emat pretio, cùm viliori pretio vendi non debeant, debet ſibi adiudicari facere iuſto pretio, & præcedente expertorum æſtimatione.*

4 *Creditor non ſequuto appretio iure creditoris poſſidere dicitur.*

5 *Bona creditori adiudicata potiùs loco pignoris, quàm dominij transferendi in dubio præſumuntur.*

6 *Creditor cum in poſſeſſionem bonorum debitoris mittitur, quia emptor non reperitur, loco ſecundi decreti miſſus dicitur.*

7 *In adiudicatione in ſecundo decreto facienda rem adiudicandam per Tabularios appretiari, & appretiatam pro concurrenti debito adiudicari Regia pragmatica diſponit.*

9 *Iudex bona creditori pro quantitate debita addicendo, æquam ex vtraque parte quantitatem æſtimare videtur.*

10 *Aduerſus creditorem, cui fuit res adiudicata, præſente ſecundo creditore, an competat ius offerendi ſecundo credi ditori, & debitori.*

## DECISIO CXVIII.

1 DVbitatum fuit in Sac. Conſ. an adiudicatis bonis, cum pacto de retrouendendo per Iudicem creditori, non præcedente appretio eorum dominium ſit tranſlatum, vel loco pignoris addicta bona teneat, effectus erit maximus, nam attento decreto generali lato ſub die 17. Nouembris 1622. ſi dominium eſſet tranſlatum, reemendo, in pecunia numerata ſoluere teneretur, ſi tantùm loco pignoris eſſet, admitteretur ſolutio per apocam banco directam, quæ eſt minoris æſtimationis hiſce temporibus.

Quod non intelligatur tranſlatum dominium 2
facit, quia, æſtimatio requiritur ad hoc, vt creditor iure dominij poſſidere poſſit, tex. *in l. vetuſtiſſimam C. de iur. domin. impetrand.* ibi, *vt quod Iudex ſuper hoc ſtatuerit hoc in æſtimationem pignoris obtineat*, *in l. prima C. ſi in cauſ. iudicat. pign. captum ſit*, prout ſummat Salye per quem
tex. Afflict. *in deciſ.* 358. *n.* 5. *verſ. quarta ratio*, di 3
xit, quando bona capta in cauſa iudicati ſubhaſtantur, & non reperitur emptor, qui emat pro iuſto pretio, non venduntur viliori pretio, ſed debet creditor ſibi illa bona adiudicari facere iuſto pretio, & ſic præcedente æſtimatione expertorum, & *in deciſ.* 368. *n.* 2. *verſ. & hoc ſi ſe-*
*quutum eſt appretium*, tunc tranſlatum domi- 4
nium tenuit, cum appretium ſequutum fuerit, & non ſequuto appretio, iure creditoris poſſidere
*per dictam l. vetuſtiſſimam*, & in dubio præſumi- 5
tur potius loco pignoris, quàm dominij transferendi creditori adiudicata, ex dictis per eundem Afflict. *in deciſ.* 573. *n.* 2 *verſ. nec obſtabit*, & per Vincent. de Franch *deciſ.* 69. & *deciſ.* 450. *n.* 3.

Inſuper dum in poſſeſſionem creditor mitti- 6
tur, quia non reperitur emptor, loco ſecundi decreti miſſus dicitur, glo. final *in l. ordo C. de*
*execut. rei indicat.* in adiudicatione ex ſecundo 7
decreto facienda rem adiudicandam per tabularios appretiari, & appretiatam pro concurrenti debito adiudicari ad hoc, vt verus dominus factus intelligatur, diſponitur per *Reg. pragm. rem in eius contumacia, de ord. iudic.*

Quod ſit tranſlatum dominium dicebatur, quia 8
dato, quod æſtimatio requiratur, per Iudicem fieri poteſt ex prædictis verbis *d. l. final. C. de iur. domin. impetrand. in fin.*, ibi, *vt quod Iudex ſuper hoc ſtatuerit, hoc in æſtimationem pignoris obtineat*,
at cum Iudex bona creditori pro quantitate de- 9
bita addicit, videtur æſtimaſſe æquam ex vtraque parte quantitatem.

Tranſlato dominio ad ius offerendi, ſecundus 10
creditor, quando fuit præſens, non admittitur, quia fuit in culpa, non licitando, ne rerum dominia ſint ſemper in incerto, ex adductis per Theſau. *in deciſ.* 157. qui teſtatur de communi opinione, & ita per illum Senatum iudicatum *à n.* 11. *vſque in finem*, eo fortiùs nec debitor ex dictis per Rouit. *in prag.* 1. *de aſſiſten. in fine.* Cum priorem ſententiam ſequutum fuiſſet Sacrum Concilium, petiit conuentus minor in integrum reſtitui aduerſus ſententiam, & poſteriorem ſententiam tres ex quinque Conſiliariis ſequuti, reſtituendum eſſe cenſuerunt ſub die 30. Octobris 1623. in cauſa Monaſterij S. Ligorij cum Marcello Graſſo, & Ill. Principe Melficti. Actuarius de Martino.

## ARGVMENTVM.

*Creditor an fructus perceptos à re ſibi adiudicata cum melioratsonibus, ſeu cum quantitatibus ſolutis creditoribus anterioribus compenſare teneatur. Et an hypotheca extendatur ad fructus. Et quid in actione reiuendicationis.*

## SVMMARIVM.

1 *Creditor in re ſibi per debitorem adiudicata, meliorationes faciens, necnon crediroribus anterioribus pro liberanda re adiudicata ſoluens, an fructus cum meliorationibus, & cum quantitatibus ſolutis creditoribus anterioribus compenſare teneatur, & per totum.*

*Et negatiuè reſoluitur, fructus ſcilicet perceptos non cum quantitate debita, vel capitali, ſed cum intereſſe excomputari, & ita deciſum num.9.& 11.*

2 *Poſſeſſor fructus perceptos cum meliorationibus, & cum pecunia creditori ſoluta compenſare tenetur in actione reiuendicationis, in qua etiam pro fructibus domino vendicanti competit actio, ſaltem à die litis conteſtata, per quam mala fidei poſſeſſor efficitur, & num.10.*

3 *Creditor pro ſuo credito hypothecam exercens nullam ad fructus actionem habet, ſi res ei obligata non penes debitorem, aut eius heredes, ſed penes tertium poſseſſorem reperitur.*

4 *Et an idem ſit in fructibus ſatis per debitorem.*

5 *Creditor vt ſuper fructibus actionem habeat, qua requirantur.*

6 *Litigij vitium in ipſa re, qua lite pendente alienatur, tantum committitur, & non in fructibus à re litigioſa naſcituris.*

7 *Mala fides in poſseſsore per litis conteſtationem non inducitur, cum aſſiſtentia petitur, imò confirmatur poſseſsor in bona fide, & cum ratione.*

*Debitor rem obligatam alienare, & dominium in eundem, cui alienat, transferre poteſt, etiam quando conſtitutum adeſt, & precarium in creditoris beneficium.*

8 *Compenſare idem eſt, quod ſoluere.*

## DECISIO CXIX.

1 SEd quid ſi creditor, cui res adiudicata fuit per debitorem, meliorationes fecit, ſeu creditoribus anterioribus pro liberanda re adiudicata ſoluit, an fructus teneatur compenſare cum meliorationibus, ſeu cum quantitatibus ſolutis creditoribus anterioribus, fuit diſcuſſum in Sacro Conſilio pro intellectu decreti lati ad inſtantiam creditoris poſterioris, cuius forma eſt tradita per Præſ. de Franch *deciſ.456.*

Dicebatur pro parte creditoris poſterioris ex dictis per Bar. *in l. ſumptus ff. de reiuendic.*
2 fructus eſſe compenſandos cum meliorationibus, tam perceptos ante litem conteſtatam, quam poſt, & etiam bonæ fidei poſſeſſor compenſat fructus cum meliorationibus, glo. *in l. in fundo ff. de reiuendi.* Odofred. *in d. l. ſumptus,* item cum ſolutionibus debitorum Boer. *dec.44. num.15. verſ. ita quod fiat compenſatio,* quia purificantur ſumptus facti in re, & pecunia creditori ſoluta, quaſi contineantur appellatione expenſarum, *l. emptor*, & ibi notat Bal. *in primo notabili ff. de reiuendic.* pro quo faciunt etiam adducta per Decian. *conſ. 22. num.55. volum.5.* cujus verba hæc ſunt, *Atque ideo quatenus obligatus fuiſset ad has expenſas, de quibus excipitur, debetnt hi fructus per eos percepti, de quibus ſuo loco, & tempore probabitur, compenſari cum ipſis expenſis, l. ſumptus ff. de reiuendic.* cum glo. *l. emptor*, vbi etiam glo. *eod. tit.* Bald. Angel. Alex. & alij *in l. inſulam §. fructus ff. ſolut. matrim.* quæ leges licet loquantur in reiuendic. tamen idem eſt in quacunque alia actione, vt declarat Alber. & omnes ibi, & Socin. iun. *conſ.150. num.32. in primo volum.* & Berous *conſ.79. num.62 in* 2. vbi alios adducit.

Pro poſſeſſore dicebatur, creditorem pro 3
ſuo credito hypothecam exercentem, nullam actionem ad fructus habere, ſi res ei obligata non penes debitorem, aut hæredem eius, ſed penes tertium poſſeſſorem reperiatur. ita diſtinguit text. *in l. Paulus §. ſi mancipia ff. de pignorib.* gl. *in l. prima §. cum prædium lo 1. ff. de pignorib.* vbi tantummodò excipit fructus ſuos per debitorem, quaſi ſint pars ſoli, & ibi etiam
Salycet. qui in fin. per text. *in d. §. ſi mancipia,* 4
dubitat, vt nec in fructibus ſatis, & per tertium poſſeſſorem collectis competat creditori actio hypothecaria, quod tamen ad caſum noſtrum non pertinet, Negnſan. *de pigner. part. 2. memb. 2. à num.25. vſque ad num. 27.* ad quem ſe remittit Dom. de Franch. *dec.112. n.13.*

Imò ex text. *in d. §. cum prædium*, clarè col- 5
ligitur, quod, vt habeat actionem hypothecariam creditor ſuper fructibus, duo neceſſario interuenire debent.

Primò, quod ſpecialiter etiam ſint obligati fructus, & quod extent, nam ſi ſunt conſumpti, tali caſu nec competit actio creditori, vt in ſpecie docet ibi Iuriſconſ. quod etiam indicarunt infraſcripti DD. dum de neceſſitate requirunt, quod res fuerit debitoris tempore obligationis, & quod debitor perceperit, vel ſaltem ſeminauerit fructus, alioqui nulla actio competat creditori, glo. *in l. potior §. ſi de futuris ff. qui pot. in pign. hab.* vbi etiam Bart. & Salye. Surd. *deciſ. 97.* vbi reſoluit omnia contraria.

Et adeò hoc eſt verum, quod etiam ſi alie- 6
netur res litigioſa, committitur vitium litigij in ipſa re; ſed non in fructibus à re litigioſa naſcentibus, vt pulchrè docet Affl. *in conſtit. Regn.* quæ incipit *eorum fraudibus in* 18. *limit. ſub num.* 19. aſſerens, fuiſſe reprehenſum quendam Iudicem, qui iudicauerat contrarium.

Nec litis conteſtatio poteſt operari malam 7
fidem in poſſeſſore, dum petitur aſſiſtentia, imò confirmat eum in bona fide, nam actor concludit, quod res fuerit in bonis eius, à quo cauſa habet poſſeſſor: poteſt enim debitor alienare rem obligatam, & transferre dominium in eum, in quem alienat, Bart. *in l. Celſus ff. de vſucap.* Alex. *in l. interdum §. fin. ff. de acqui.*

*poſſeſſ.* Neguſ. qui teſtatur de communi, & vera opinione *de pignor. part. 6. mem. 1. n. 35.* per duas columnas differendo, etiam quando adeſt conſtitutum, & precatium in beneficium creditoris, & proinde nunquam fuit prolata ſententia, vt præſtetur aſſiſtentia ſuper re, & ſuper fructibus: quia res eſt obligata, non ſunt obligati fructus, & ſi creditum principale ex fructibus extenuate cogeretur, fructus, ſeu eorum æſtimationem ſolueret poſſeſſor, quia
8 compenſare, ſoluere eſt, *l. ſi debitor ff. qui pot. in pign hab.*

Vnde ſententia interpoſita in Collaterali
9 Conſilio ad relationem S. C. cuius verba tranſcripſit Dominus de Franchis *in præællegat deciſ. circa fin.* dicit, quod cum intereſſe, non cum capitali excomputentur fructus, ibi, *de cuius pretio ſatisfiat priùs d. Illuſtri Cæſari de omnibus quantitatibus per eum, & eius authores ſolutis creditoribus anterioribus, ac intereſſe, ſeu tertiis quantitatum prædictarum in quo excomputentur fructus percepti, & ſic in intereſſe non cum quantitatibus.*

10 Non obſtant ponderata pro creditore poſteriori, nam iura prædicta loquuntur in actione reiuendicationis, in qua etiam pro fructibus competit actio domino vendicanti ſaltem à die litis conteſtatæ, *l. ſi fundus §. in vendicatione in fine ff. de pignor.* qui loquitur in domino vendicante rem ſuam per ipſam pignoratam, *& l. certum C. de reiuend.* in quo text. dicitur, quod per litis conteſtationem in reiuendicatione omnes poſſeſſores efficiuntur malæ fidei, & ideò ad fructus tenentur, ſecus in creditore pro credito ſuo hypothecam exercente, qui nullam actionem ad fructus habet, ſi res ei obligata non penes debitorem, aut hæredem eius, ſed penes tertium poſſeſſorem reperiatur, vt ſupra fundatum fuit.

11 Ex quibus ſub die 26. Octobris 1622. per S. C. in cauſa Mideæ Caſanonæ cum Nicolao Sforza, & Ventura dello Maſtro, declarando decretum alias interpoſitum per S. C. fuit prouiſum, quod fructus percepti per Nicolaum Sforzam, & Venturam dello Maſtro excomputentur cum intereſſe.

## ARGVMENTVM.

*Tertius poſſeſſor paciſcens, vili pretio cum creditore agente hypothecaria ſuper re poſſeſſa, an ſit non tantum tutus in re, quam poßidet, ſed etiam agere poßit pro conſequutione totius quantitatis, & alia quæſtiones ad intellectum l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio C. mandati.*

## SVMMARIVM.

1 *Ceſſio actionis contra debitorem, quæ fit poſſeſſori ſoluenti à creditore hypothecaria agente, etiam modico dato per viam tranſactionis, ac donationis illius pluris, quod vltra ſummam ſolutam debetur, an ſubiaceat diſpoſitioni* l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio, C. mandati.

2 *Diſpoſitio prædictarum* legum per diuerſas, & ab Anaſtaſio *procedit, & per illas ceſſio ſimilis improbatur, in qua litis intercedit redemptio.*

3 *At locum ſibi non vendicat in indubitatis, & certis actionibus, quarum ceſſio ſpeciali iure ſubſiſtit.*

4 *Actiones indubitatæ, ac certa, quæ dicantur.*

5 *Item locum non obtinet in debito confeſſato, & acceptata.*

6 *Nec etiam procedit in tranſactione, vt fuſè hic comprobatur, nec in quampluribus aliis caſibus hic relatis, & num. 7. 8. & 9.*

## DECISIO CXX.

ANtonius de Actone, & fratres poſſidebant annuum cenſum ducatorũ quinquaginta duorum emptum ſub haſta ea lege, vt ſibi compenſarent, & retinerent eorum creditum; erant enim & ipſi creditores in duc. 100. fuerunt conuenti à Prudentia de Auerſa ſimiliter creditrice eiuſdem, & licet nonnulla oppoſuiſſent aduerſus creditricem, quia non videbantur ſatis tutæ oppoſitiones, tranſegerunt cum ea pro ducatis 120. quibus iam ſolutis, obtinuerunt ceſſionem omnium iurium, quæ ipſi mulieri competebant aduerſus prædictum communem debitorem, & eius bona pro tota ſumma ipſi mulieri debita, & debenda virtute ſuarum cautelarum, pacto etiam expreſſo, quod illud plus vltra ſummam ſolutam cenſeatur illis donatum pro ſupplemento dotium ſuarum filiarum, habito reſpectu ad labores, ad tempus, & ad diſpendia magna per ipſos fratres de Actone facta in dicta lite. 1

Qua ceſſione obtenta ipſi fratres de Actone poſtea mouerunt litem contra hæredem quond. Conſiliarij de Palermo poſſeſſorem cuiuſdam ruris, quod fuerat dicti eorum communis debitoris ad conſequendum nedum dictos ducatos 120. ſolutos dictæ Prudentiæ creditrici anteriori, ſed etiam totam ſummam illi debitam cum damnis, expenſis, & intereſſe, petendo aſſiſtentiam in forma.

Aduerſus quod dicebatur pro parte conuenta ceſſionem valere, cum ſit poſſeſſori etiam minimo dato, ſed pro defenſione, & tuitione eorum, quas poſſidet, non autem vt poſſit 2
agere contra alios pro ſumma non ſoluta, nam tunc in illo pluri eſſet litis redemptor, & militaret diſpoſitio text. *in l. per diuerſas C. mandati* improbans in illius odium ſimiles ceſſiones, quem text. ita explicat gl. ibid. *in verb. his, qui res, in tertio exemplo*, quam approbat Bart. ibi *num. 19. verſ. tertio excipit*, hanc eandem Bart. ſententiam ſequutus eſt Angel. *in l. per diuerſas num. 4.* hoc idem probauit Paul. de Caſtr. *in d. l. per diuerſas num. 4.*

Pro actoribus plures afferebantur rationes, 3
quarum prima erat, quia in actionibus indubitatis, & certis non obtinet *d. l. per diuerſas*, & ab Anaſtaſio *C. mandati*, indubitatæ autem 4
ſunt, de quibus aut certè, aut probabiliter non eſt dubitandum, quod valeant, & ſubſiſtant aduerſus debitorem, ſiue iam ſint in iudicio deductæ, ſiue non, probat Anton. Faber. *coniecturarum iuris ciuilis lib. 12. cap. 15.* idem Hieron. Gabriel. *conſ. 67. num. 7. volum. 1.* qui etiam dicit,

dicit, quod indubitata ſit actio, vel quidem ea eo ſolo, quod pro ea adſit inſtrumentum liquidum, vel guarentigiatom.

Actio, quæ competebat dictæ cedenti creditrici anteriori, quæ ab ea ceſſa fuit ipſis actoribus, erat, atque eſt indubitata, nec aduerſus creditum dictæ cedentis aliquid oppoſitum fuit.

Et ita de actione, aduerſus quam nil oppoſitum eſt, ſentit D. Regens de Ponte *conſ. 77. ſub numer. 2. verſ. quæro videamus, & paulò inferius.*

5 Imò videtur debitum fuiſſe acceptatum, & confeſſione vallatum, aduerſus quod non poteſt obiici de *dicta l. per diuerſas*, Angel. ibidem *in princip. num. 1. & 2.* Anton. Gabr. *commun. concluſion. tit. de actio. concluſ. 5. num. 53.* Abb. *in cap. vlt. ſub num. 4. verſ. pone enim de alienat. iudic. mutand. cauſ. fact.* & ibid. gloſ. *in verb. ſanctiones.*

6 Secunda ratio, in tranſactione non obtinent *dictæ ll. per diuerſas*, & ab Anaſtaſio, Azo *in ſumma ſub tit. de litigioſis propè finem ſub num. 5.* & quamuis ipſe Azo loquatur in materia litigioſi; tamen idem eſt & in hac materia, prout etiam in materia alienationis in potentiorem, & cauſa mutandi iudicij ea authoritate gloſ. & Abb. *in dicto cap. vltimo.*

Habent enim omnes hæ materiæ inter ſe cognationem quandam, vt colligitur ex Paul. de Caſtr. *in d. l. per diuerſas num. 4.* & ante eum habetur per Specul. à quo & ipſe Caſtr. accepit, ac fortaſsè tranſcripſit *in tit. de ceſſio. actio. in princip. ſub num. 17.* & eſt de mente omnium *in d. l. per diuerſas*, & cum idem Specul. ibidem *ſub num. 10. in fin.* in enumerandis caſibus, in quibus ceſſant prædictæ *leges per diuerſas*, & ab Anaſtaſio allegauerit Azonem *in ſumma ſub tit. ne liceat potent. in fin.* vbi ipſe Azo pouit eoſdem caſus, quos ponit *in d. tit. de litigioſ.* in quo etiam amplius ponit caſum tranſactionis, conſequens eſt, vt & idem Specul. idem quoque ſenſerit de caſu tranſactionis, & ſucceſſiuè idem ſenſerint omnes alij DD. dum in dicta *l. per diuerſas* ſe remiſerunt ad ipſum Specul. præſertim Bal. necnon & Caſtrenſ. *ſub n. 5. propè finem.*

Et quidem, quod dictæ leges non obtineant in tranſactione ſumma verſatur ratio, ſiquidem text. *in l. per diuerſas verſ. nulla etenim tali ratione, & in fin. ipſius* text. apertis verbis ſtatuit, vt illa diſpoſitio non ſolum eſſet in donatione, & in quibuſdam aliis caſibus in ipſo text. expreſſis, ſed etiam in omnibus aliis caſibus, in quibus ceſſat redemptio litis, & per conſequens ſimilibus, eandemque rationem habentibus. Debet enim in eis propter concurſum eiuſdem rationis militare eadem iuris diſpoſitio, ita ſtatuit ipſe text. ita etiam dicunt omnes DD. in eo, præſertim Bart. *ſub num. 18. ver. contrarium puto*, Bald. *quæſt. 12.* Salic. *ſub n. 4. verſ. item nota*, & Caſtr. *num. 5.* ſed in quauis tranſactione generaliter, & ſpecialiter in hac tranſactione, de qua nunc agitur; militat eadem ratio, quæ in donatione, & aliis caſibus in ipſo text. expreſſis, & probabitur in ſequentibus rationibus, ergo in quauis tranſactione, & in hac præſertim, de qua nunc agitur, non obtinent leges prædictæ.

7 Tertia ratio eſt in non redemptore litis, in non paciſcente de quota, in non inhiante alienis facultatibus, in non vorace, & ſordido, in non vexatore aliorum in non maligno, doloſo, & fraudulento, vel ſimilibus: nam in his non obtinent *dictæ ll. per diuerſas*, & ab Anaſtaſio, vt per clariſſima verba earum, & per Bart. Bald. & omnes alios in eis, & optimè per Ioan. Franc. de Pont. *in d. conſ. 77. à num. 2. vſque ad finem.*

Quod etiam comprobatur ex eo, quod in hac materia communiter volunt DD. nempè, quod ſi conſtet etiam per aliquas coniecturas, puta ex qualitate negotij, & perſonarum, & aliis, quod nulla redemptio litis, nulla voracitas, nulla malitia, & nulla fraus interceſſerit; ſed negotium ex veritate, & ſimplicitate proceſſerit, tunc ceſſat omnis diſpoſitio dictarum legum, ita expreſſe Abb. *in d. cap. vltimo n. 4. de alienat. iudic. mutand. cauſ. fact.* ita Caſtr. *in d. l. per diuerſas ſub num. 2.* ſed melius *ſub n. 12.* ita Salycet. ibidem *ſub num. 5.* ergo ceſſat in præſenti caſu diſpoſitio ipſarum legum. 8

Quatta denique ratio eſt, quando creditor ageos hypothecaria cedit poſſeſſori ſoluenti actionem contra debitorem, valida eſt ceſſio, etiam modico dato, verba ſunt Bart. *in d. l. per diuerſas ſub num. 19. ibi, & ideò,* vbi etiam ſubdit rationem, ſcilicet quod in tali caſu ceſſio fiat ex neceſſitate, vt ibi per eum, & ſic ceſſat diſpoſitio dictarum *legum per diuerſas*, & ab Anaſtaſio, & poterunt virtute ceſſionis obtinere. 9

Et ex ſupradictis patet reſponſio ad ea, quæ in contrarium adducta ſunt cauſa non fuit deciſa.

## ARGVMENTVM.

*An ſtante ſtatuto, quod fiſcus, & Vniuerſitates in venditionibus annuorum introituum non ſoluant vltra annuos ſeptem in ſing. centen. valeat pactum in venditionibus per Vniuerſitatem factis, quod emptores ſint immunes à ſolutione collectarum, quæ ab ipſis emptoribus erant ſoluenda pro ipſis ann. reditibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Laudemia non faciunt exceſſum pretij, nec computantur ad reſcindendam venditionem remedio* l. 2. C. de reſcind. vend.

2 *Pactum immunitatis collectarum an computetur in pretio, & num. 3. 4. & 5.*

5 *Pactum in contractu venditionis appoſitum propter venditionem eſt veluti quædam pars pretij, vel rei, rem, vel pretium augendo.*

6 *Immunitas conſenſu Ciuium præſita non valet.*

7 *Donatum videtur, quod nullo iure cogente conceditur.*

8 *Annui reditus an dicantur ſiti in loco contractus, & ſolutionis, & leges eiuſdem loci attendantur, vel vbi ſunt bona obligata.*

DECISIO

## DECISIO CXXI.

IN anno 1612. fuit ptomulgata pragmatica
5. de cenſibus in fauorem Regij fiſci,& Vni-
uerſitatum, vt ſora centenaria non vltra ſepte-
narium fænus pariat. & ad hanc ſummam ven-
ditiones annuorum intruituum à fiſco, & Vni-
uerſitaribus redactæ, & ſi maior quantitas in
ſtipolarioonibus deducta ſit, cumque inter ali-
quas Vniuerſitates, & emptores eſſet adiectum
pactum, quod emptores ipſi minimè teneantur
ſoluere collectas, quæ pro dictis annuis rediti-
bus eiſdem Vniuerſitatibus erant ſoluendæ,fuit
dubitatum, an pactum ſit ſeruandum, cum per
id quantitas ſeptenaria videbatur augeri contra
mentem ſtatuentis.

1 Pro emptoribus afferebatur authoritas Re-
buff. *in 1. tom. ad Conſtitut. Gallic. tit. de reſciſſ.
contract. art. 1. gloſ. 15. num.* 17. qui refert deci-
ſum in Senatu, laudemia non facere exceſſum
2 pretij, nec computari ad reſcindendam vendi-
tionem. quia emptor illa non recipit. & infert
ad collectas, Ludouic Meſſia *in comment pragm.
taxa pan. concl. 3. num. 17. in fin* tenet, immu-
nitatem collectarum non computari in pretio,
nam emptor percipit ſolum pretium à pragm.
taxatum, refert, & ſequitur Felician. de Solis
*in comment. de cenſib. lib. 2. cap, 1. num* 14. ſub-
3 dens, quod tunc computaretur in pretio,quan-
do ad emptorem, vel venditorem perueniret,
vel quando onus ineſſet rei, ita declarando
text. *in l. fundi partem ff. de contrahen. empt.* &
multa pro hac ſententia ponderantur per Ro-
uitum filium *in allegationibus poſitis in comment.
pragm.* D. Reg. Scipionis patris *in pragm. 5. de
cenſib.* qui pro hac patrocinatus fuit.

Pro Vniuerſitatibus facit, quod in ſimilibus
deciſum fuit per Sacrum Conſilium, de quo te-
ſtatur Camil. de Curte *in diuerſ. feud. in cap.
Redeundo igitur ad propoſitum n. 7. fol. mihi* 24.
dum enim per Bullam non vltra decem, cente-
nariam ſortem parere permittitur, erat facta
venditio iuxta bullam, pacto adiecto, quod
onus collectarum ſpectaret ad venditorem, quia
iſtud onus ſequi debet poſſeſſorem, & ſic em-
ptorem. fuit iudicatum, venditionem cum tali
pacto eſſe nullam, quia emptores conſequeban-
tur maiorem quantitatem, quam decem. Et op-
tima ratione, nam cum hoc pactum, quod em-
ptor ſit immunis à ſolutione collectarum ſit
adiectum in ipſo contracto venditionis propter
5 venditionem ipſam, vt alias ſine eo emptutus
non eſſet, vel ſaltim eo pretio ipſum pactum
pars pretij vel rei eſſe videtur, rem, vel pre-
tium augendo, *d. l. fundi partem*, Tiraquel. *in
præfatio. de retract. conuentional. num. 21. verſ.
& ſemper alias*, quem text ita intelligit Ignat.
Laſſart. *in tract. de decima venditionis cap. 15.
num. 21. & per totum d. cap.* quo loco detegit
errorem prædictorum Meſſiæ, & Felician. qui
errauerunt malè adducendo authorit. Rebuff.
vt ipſe latè proſequitur *in d. cap. num* 16. im-
munitas ergo hæc collectarum promiſſa in in-
ſtrumento auget ipſum annuam præſtationem,
dum liberatur à ſolutione ad quam emptor te-
nebatur, & ex conſequenti conſequeretur vltra
ſummam per *Regiam pragmaticam* taxatam, &
ſi antea non ſtatuto certo pretio in annuis re-
ditibus (vti pars pretij) poterat promitti, vt per
Oſaſc. *deciſ. 95. num. 11. & ſeqq.* & latiùs Rouit
filius *in alleg. poſitis in commen. pragm patris in
tit. de cenſib. pragm. 5. num. 121. verſ. tandem da-
ta pro vera vtraque opinione*, attamen ſtatuto 6
pretio non valet promiſſio, cum conſenſu Ci-
uium immunitas præſtita non valeat, eſt text.
*in l. vacuatis C. de decurion. lib. 10. cum concor-
dant. adductis* per Alex. *conſ.* 501. *num,* 3. eſſet
enim donatio in fraudem legis prohibentis Vni-
uerſitatum adminiſtratoribus donare bona Vni-
uerſitatis, nam remittendo emptori per pactum, 7
quod ipſe emptor teneretur ſoluere, eſſet do-
natio, donari enim videtur, quod nullo iure
cogente conceditur, *l. donare cum concord. de
reg. iur.*

Et ex his benè fuit iudicatum per Regiam
Cameram ſub die 13. Septembris 1613. empto-
res teneri ad ſolutionem collectarum, non ob-
ſtante immunitate promiſſa, & ita reſcriptum
Capitaneo Caſalis Iuliani ſub die 25. Ianoarij
1614. regiſtrata in part. 41. fol. 61. & per Col-
laterale Conſilium approbatum.

Sed quid ſi per Vniuerſitates eſſet promiſſa
ſolutio annuorum redituum in alio loco, in
quo non ſoluuntur collectæ, vt in Ciuitate
Neap. an creditor teneatur ad collectarum
ſolutionem.

Pro negatiua facit, quia non poſſunt dici 8
introitus in territorio ipſarum Vniuerſitatum,
in quo ſunt impoſitæ collectæ, quia locus con-
tractus & ſolutionis attenditur, vt probat Lap.
*alleg.* 91. Præſ. de Franch. *dec.* 93. Fab. Ann.
*conſ. 92. numer. 50. verſ. cum ſit deſtinata ſolutio*,
cum reliquis adductis per Rouitum filium *in d.
allegat. poſitis in comment. pragm. 5. de cenſib. n. 61.
verſ. in primo ſiquidem caſu*, per Molfeſ. *in com-
ment. ad Conſuet. Neap. part. 2 de bon quæſt. 12.
num. 11. verſ. dixi. cenſus debere eſſe*, ex quibus
tenet, eſſe ſubiectos conſuetudini, & ſi vendi-
tiones annuorum introituum ſint factæ ſuper
bonis ſitis in territorio, non ſequitur haberi,
vt bona ſita in territorio ex dictis per Præſ. de
Franch. *deciſ. 159. num. 3. verſ quibus non obſtan-
tibus, & in deciſ. 280. num. 2.* & per Rouit. filium
*in alleg. ad pragm. 5. num. 66. verſ. adde, quod cre-
ditor ſiue emptor cenſus.*

Pro affirmatiua faciunt allegata per eundem
Rouit. filium *in iiſdem alleg. paulò poſt num. 77.
verſ. in ſecundo verò caſu*, & D Scip pat. *in prag-
matica prima de iurib. & exact. fiſcal. num.* 80.
*verſ. & quod hæc iura annua penſionis*, ibique
fundat, quod hæc iura annuæ præſtationis cen-
ſeantur eſſe, vbi ſunt bona obligata, & contra
Molfeſ. concludit non eſſe ſubiecta conſuetu-
dini, & plures affert deciſiones, & nouiſſimè
ita deciſum vidi.

Et tenendo hanc opinionem, poterit reſpon-
deri ad contraria, quæ loquuntur in præſta-
tione annua non promiſſa ſuper certa re, ſecus
verò in conſtitutione cenſus ſuper re, cum
tunc res ipſa, ſuper qua eſt impoſitus cen-
ſus, vendita cenſeatur, vt conſiderat Rouit.
*in allegat. prag. 5. de cenſib. num. 77. verſ. in
ſecundo verò caſu.*

ARGV

## ARGVMENTVM.

*Emptor, an, & quando fundum emptum cum pacto retrouendendi retrouendere teneatur vni ex pluribus venditoris hæredibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Emptor fundi cum pacto retrouendendi, retrouendere tenetur vni ex pluribus venditoris hæredibus, qui integrum offert perſoluere pretium, & ita deciſum.*

2 *Idque locum obtinet, ſiue alter cohæres repudiet, ſiue non, & de ratione.*

3 *Cautio tamen pro maiori cautela præſtanda eſt de reſtituendo cohæredi partem ei tangentem, & de conſeruando emptorem indemnem, qui ad retrouendendum tenetur.*

4 *Verum limitatur, id ipſum locum ſibi non vendicare, vtque adeo emptorem retrouendere non teneri, ſi vnus ex venditoribus, vel hæredibus partem ſuam redimere voluerit, cum emptor vnum, vel eundem contractum diuidere non teneatur.*

5 *At vbi plures ſeparatim vendunt, vnuſquiſque ad ſuæ partis luitionem admittitur.*

### DECISIO CXXII.

1 Emptorem teneri retrouendere fundum emptum cum pacto redimendi, vni ex pluribus hæredibus venditoris, qui integrum pretium perſoluere offert, per Sacrum Concilium reſolutum fuit ſub die 4. Aprilis 1623. in cauſa Monaſterij Sanctiſſimi Roſarij Turris Octauæ cum Marco Antonio de Donna, ſiue alter cohæres

2 repudiet, ſiue non; nam ſi repudiat, integrum ius manet apud alterum iure accreſcendi, *l. ſi quis legatu §. duobus ff. de condit. & demonſtrat.* ſi non repudiat, ei ſeruatur ius illæſum, quia poteſt cogere cohæredem, qui totum redemit, vt ei partem ſuam reuendat, reſtituto pro portione pretio, vt conſuluit Paul. de Caſtr. *conſ. 121. n. 2. verſ. ſimiliter non obſtat, quod dixi ſecundo loco,* Caſſan. *in Conſuet. Burgun. tit. d. es rentes §. 1 glo. 2. in 4. dubio in fin. verſ. ſed vltra mihi petitum fuit,* in hanc videtur inclinare ſententiam, relatis aliis opinionibus, Tiraquelli. quem affert Ioſeph. Ludouic. *dec. 112. part. 2. num. 11. verſ. ſin autem vnus hæredum,* qui pluries ita deciſum, & communem eſſe teſtatur, hanc opinionem ſequuta fuit in iudicando Rot. Floren. tanquam communiter receptam, teſte Magonio *deciſ. 28.* & Senat. Pariſ. vt per Boer. *deciſ. 251.* & per Ioan. Papon. *in lib. 11. tit. 6. arreſto 2.* eandem opinionem probat; & ſecundum eam ſæpiſſime iudicatum teſtatur Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 330.*

3 Pro maiori cautela præſtanda eſt cautio de reſtituendo cohæredi partem ei tangentem, & de conſeruando indemnem emptorem, qui tenetur ad retrouendendum, Foller. *in præcitato loco num. 39. in fin.* Gratian. *ead. diſcept. num. 6.*

4 Secus ſi vnus ex venditoribus, vel hæredibus voluerit redimere partem ſuam, nam emptor non tenetur vnum, vel eundem contractum diuidere, ita conſuluit Bar. *conſ. 195.* Ioſeph Ludouic. *in d. deciſ. 112. part. 2. in princ.* Caſſan. *loco citato d. 4. dubio in princ.* ſed vbi plures vendunt ſeparatim, vnuſquiſque admittitur ad ſuæ partis luitionem *ff. de vſufructu legato l. cui vſusfructus, & ff. de in diem ad dict. l. quod autem §. 1.* Bal. *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* Bart. *in d. l. cui vſusfructus, & in l. ſi quis alium ff. de ſolut. in fine.* 5

## ARGVMENTVM.

*Debitore ex cauſa intereſſe, & ſortis ſoluente, non expreſſo, in quam cauſam, an prius in cauſam intereſſe, & poſtmodum in ſortem, vel è contra ſolutum intelligatur.*

### SVMMARIVM.

1 *Quis in dubio in cauſam grauiorem intelligitur ſoluiſſe.*

2 *Debitore in ſorte, & vſuris ſoluente indiſtinctè aliquam quantitatem, prius in vſuris computari, & quod ſupereſt in ſortem cedere debet.*

*Secus ſi vſuræ non ſunt liquidæ, vel expreſſè fuit ſolutio facta in cauſam ſortis num. 6.*

3 *Creditor non tenetur recipere ſortem ſine vſuris.*

4 *Debitore annuorum introituum ſoluente reſciſſo contractu illa ſolutio, prius in reditus, deinde in ſortem imputatur.*

5 *Reſciſſo contractu venditionis annuorum introituum, poſt reſciſſionem debetur intereſſe ad eandem rationem.*

7 *Verbum fructus differt ab vſuris.*

8 *Soluente debitore indiſtinctè reſciſſo contractu venditionis annuorum introituum, ſolutio cedit prius in cauſam intereſſe, & quod ſupereſt in ſortem.*

### DECISIO CXXIII.

Marcellus Girardus creditor Magnificorum Composta, & Coreione in annuis ducatis 240. pro capitali ducatorum trium mille in anno 1591. reſciſſo contractu, obtinuit contra præfatos de Composta, & Coreione, qui fuerunt condemnati ad capitale, & tertias: petiit poſtmodum in anno 1591. aſſiſtentiam pro ſorte, annata decurſis, & intereſſe contra Auguſtinum Cannaualem poſſeſſorem domus hypothecatæ.

Conuentus poſſeſſor oppoſuit, recepiſſe creditorem nonnullas pecuniarum ſummas poſt reſciſſionem contractus, quæ ſi admittantur in cauſam ſortis, nihil aut modicum conſequi deberet, quia recepit, non expreſſo in quam cauſam debet cedere, quo caſu in cauſam grauiorem intelligitur, & in debitum, quod erat de proximo ſoluendum, text. eſt *in l. in his in principio ff. de ſolut.* nam pro ſorte habebat paratam exequutionem, pro intereſſe ſaltim indigebat 1

gebat calculo, vt fundat Anna *allegat. 112. n. 3. verſ. grauior cauſa erit, & alleg. 54 in fin.*

2 Pro creditore dicebatur, quod debitor in
ſorte, & vſuris quando ſoluit aliquam quanti-
tatem, illa prius in vſuris computari, & quod
ſupereſt, in ſortem cedere debet *d. l. in his §.
apud Marcellum ff. de ſolutio. l. prima C. eod.*
3 & ibi Salyc. & DD. nec tenetur recipere ſor-
tem ſine vſuris, *l. tutor §. Lucius ff. de vſuris*
cum reliquis adductis per Ann. *d. alleg 54. n. 2.
verſ. nam quando quis eſt crediter, & in alleg. 112.
num. 1. & 2.* concludit prius in vſuras cedere,
quando in ſolutione nihil fuit dictum, in quam
cauſam ſolueretur, aut fuit dictum, quod ſolue-
batur in ſortem, & vſuras.

4 Vnde debitor annuorum introituum, dum
indiſtincte ſoluit, reſciſſo contractu, prius in
reditus, & ſi quod ſupereſt, in ſortem cedit, *l.
ſi vſuras C. de vſuris,* & ita deciſum, & pro in-
5 dubitabili refert Anna *d. alleg. 54. num. 3.* poſt
reſciſſionem contractus debetur intereſſe ad
eandem rationem annui reditus promiſſi in in-
ſtrumento, quod debebatur ante reſciſſionem,
Vincent. de Franch. *deciſ. 254. num. 12.* D. Reg.
Scipio Rouit. *in pragm. prima de cenſib. num. 38.
verſ. quod ſanè intelligas,* & ſic æquè liquidum
intereſſe.

6 Nec obſtant adducta pro conuento, quæ pro-
cedunt, quando intereſſe indiget liquidatione,
vel quando expreſsè fuit ſolutum in cauſam
ſortis, prout loquitur Anna *in locis citatis* pro
conuento, & authoritates per eum adductæ,
loquitur enim in fructibus, verbum enim *fru-*
7 *ctus* differt ab vſura conuenta, quæ pronenit à
pecunia, Petr. de Bellaper. *in l. 2. C. de vſur.
& fruct. legat.* Vincent. de Franch. *deciſ. 583.
numer. 4.*

Ex quibus ſub die 13. Maij 1624. per S. C.
deciſum fuit, ſolutiones cedere prius in cauſam
intereſſe, & quod ſupereſt, in ſortem.

## ARGVMENTVM.

*Intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis an, & quando, & quantum debeatur. Et mora contrahi, quando dicatur. Et an, & quando creditor poſterior teneatur ad intereſſe pecuniæ ipſi ſolutæ, vel liberatæ in concurſu creditorum cum cautione in caſu reſtitutionis faciendæ, & reuocationis ſententiæ.*

## SVMMARIVM.

1 *Intereſſa lucri ceſſantis, & damni emergentis, tam in pecunia mutuata, quam in alia ſpecie, ac ex omni contractu, & obligatione poſt moram deberi, eſt indubitatum apud Doctores.*

... *debetur non quaſi vſura, quæ odioſa dicitur, ſed vt intereſſe fundatum in naturali æquitate, ne quis locupletetur cum aliena iactura. & num 3 & 15.*

2 *Intereſſe etiam extra rem in pecunia venit.*

4 *Mora vt committatur, & in illa debitor conſtituatur, quæ & quot requirantur, & num. 10. vbi ponitur caſus notab. cum deciſione S. C.*

5 *Moroſus non poteſt dici debiter, ſi aliqua poteſt ſe exceptione tueri.*

*Hinc nimia egeſtas excuſat debiterem à mora, & eximit eundem ab intereſſe lucri ceſſantis.*

*Mora non committitur in illiquidis.*

*Et hoc euentu, nec ſufficiens erit iudicialis interpellatio, ſed requiritur Iudicis impulſus, & mandatum.*

6 *Mora contrahitur, & intereſſe debetur poſt intimationem mandati deparendo ſententia prolata per S. C. & ita deciſum non obſtante ſortis receptione, & cum ratione.*

*Vſuræ rei iudicatæ debentur condictione ex lege.*

7 *Vſuræ rei iudicatæ redactæ ſunt ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis.*

8 *Intereſſe condemnatio ſequi nequit ex Affl. & aliorum opinione, niſi prius præcedat probatio.*

9 *At praxis vrget in contrarium, vt in defectum probationis Iudex poſſit illud arbitrari iuxta conſuetudinem, & morem regionis.*

10 *Et vt non ſolito negociari ſoluatur intereſſe lucri ceſſantis, etiam ſi non probetur habuiſſe præ manibus lucrandi occaſionem propter frequentes redituum annuorum venditiones.*

*Notorium nulla indiget probatione.*

*In hoc Regno variè taxatum reperitur huiuſmodi intereſſe propter varias cauſarum figuras, vt ſubiicitur hic, & n. ſeq.*

*Vbi obiter tangitur obſeruantia Patauij.*

*Intereſſe an poſſit excedere ſortem, remiſſiuè.*

*Intereſſe tertiarum poſt moram debetur principaliter per ſe, & non acceſſoriè ad ſortem.*

*Olim variè taxatum, hodie ad rationem quinque pro ſingulis centum liquidatur, dummodo tertia decurſa ſint quantitatis ad minus ducatorum centum.*

13 *Intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis certitudinaliter probatum, ſi quantitates prædictas, & taxatis ſolitas excedat, an pro illa certa ſumma probata debeatur.*

14 *Intereſſe pecuniæ liberatæ in concurſu creditorum cum cautione in caſu reſtitutionis faciendæ creditori anteriori (reuocata deinde ſententia) an, & quando debeatur.*

*Quæſtio diſputatur ad partes, & rectè fundata negatiua opinione refelluntur contraria, & num. ſeqq.*

17 *Creditor, qui pecuniam ſibi liberatam per Iudicis decretum aſſecutus eſt, an ex ea locupletior factus præſumatur, vel id aſſerenti probandi onus incumbat.*

18 *Bona fides, quæ ex Iudicis decreto cauſatur, non ſolum titulum habilem tribuit poſſeſſori ad fructus lucrandos, qui ante litis conteſtationem percepti reſtituendi non ſunt, ſed ad rem etiam præſcribendam, & num. 21.*

19 *Sententia reſciſſa titulus reducitur ad non titulum.*

Auth.

Auth. quæ ſupplicatio C. de prec. Imp. offer.
*de quibus fructibus loquatur.*
*Fructus quando dicantur extare, remiſſiuè.*
22 *Intereſſe, ſiue uſura fructus appellantur ci-*
*uiles, ſeu accidentales, & in reſtitutione*
*non veniunt, cum de fructibus, & uſuris*
*idem ferè ſit iudicium, & num. 22.*
23 *Fideiuſſor an teneatur ad reſtitutionem fru-*
*ctuum, quando principalis tenetur.*

## DECISIO CXXIV.

1 INtereſſe lucri ceſſantis, & damni emergen-
tis deberi DD. omnes concludunt: nam
vtrumque propriè venit appellatione intereſſe,
vt exemplificat Iureconſul. *in l. ſi commiſſa ff.*
*rem rat. haber.* ibi, *in tantum competit, in quan-*
*tum mea interfuit, id eſt, quantum mihi abeſt, quan-*
*tumque lucrari potui, cum concord.* per glo. ibi *in*
*verb. lucrari*, quod indiſtinctè debetur, tam in
pecunia mutuata, quam in alia ſpecie, ac ex
omni contractu, & obligatione, vt concludit
Roderic. *in tract. de ann. redditib. lib. 3. quæſt. 5. à*
2 *num. 20* in pecunia venit etiam intereſſe extra
rem rat *in l. ſi controuerſia 9. C. de euict.* Bald.
*in l. cum allegas num. 26. verſ. & ex communi*
*opinione*, Iaſ. *in l. nummis ff. de in lit. iur. num. 5.*
*verſ. tertiò noto*, Dom. de Ponte *de pot. Proreg.*
*de Regal. impoſ. § 4. num. 30. verſ. tamen dicunt*
DD. & damnum emergens dici non poteſt, niſi
concurrentibus ſeptem requiſitis poſitis per
Roderic. *de ann. reditib. lib. 3. cap. 5. num. 2. verſ.*
*damnum autem emergens*, cum reliquis per eum
alleg.
3 Debetur tamen poſt moram, *l. ſociam, qui in*
*eo ff. pro ſocio, l. lecta verſ. cum ſortis petitio di-*
*lata ſit, & verſ. non enim in mora ff. ſi cert. peta-*
*tur* cum reliquis adductis per Roderic. *in d. q. 5.*
*num. 30.* & per Gratian. *diſcept. forenſ. capit. 240.*
& per Surd. *dec. 240. num. 7.* & quid fauore do-
4 tis, & pupilli, idem Grat. *loc. ſup. cit.* ad conſti-
tuendum tamen debitorem in mora tria eſſe
neceſſaria dicunt DD. quos adducit, & declarat
5 Mareſcott. *variar. reſol. lib. 1. cap. 124. de requiſit.*
*ad conſtituendum reum in mora incip. vſu fre-*
*quentiſſima eſt.*

Et primò interpellatio congruo loco, & tem-
pore, *l. mora ff. de vſuris*, vnde committitur
circa litis conteſtationem, & per congruam in-
terpellationem extraiudicialem, & per lapſum
dierum, ex communi opinione gloſ. & DD. *in*
*l. quod te*, vbi latè Iaſ. & Purpur. *ff. ſi cert.*
*petat.* & cæteri, quos idem cum declarationi-
bus affert à *num 4*

Secundò, quod habeat facultatem dandi poſt
interpellationem, vel dolo deſinat habere iux-
ta diſtinctionem per eundem Mareſcott. tradi-
tam à *num. 25.*

Tertiò, quod debitor per interpellationem
ſciat, vel intelligat, aut ſcire vel intelligere
debeat, ſe debere, vnde ſi cauſam aliquam ha-
beat, propter quam ſe credat non eſſe debito-
rem, mora non contrahitur per ſolam inter-
pellationem, *l. quod te in fine ff. ſi cert. petat.*
quo caſu vltra interpellationem, requiritur quod
ſciat, ſe eſſe debitorem. ex communi DD. ſen-
tentia *in d. l. quod te*, de qua per Surd. *in dicta*
*dec. 240. num. 9. verſ. at ſi cauſam habeat*, vnde
non diceretur eſſe in mora, ſi poſſet ſe legiti-
ma exceptione tueri, *l. non eſt in mora, de reg.*
*iur. in 6.* & generaliter mora non committitur,
quando debitor exceptionem, cauſamque ali-
quam habet excuſationis, *l. lecta verſ. dicebam*
*ff. ſi cert. petat.* cum concordan. adductis per
Ann. *conſ. 95. n. 24* & inter alias illa excuſationis
cauſa à DD. connumeratur, quando debitor in
nimia egeſtate ſit conſtitutus, ita vt ſoluere
nequiuerit ſtatuto tempore, nam tunc locus
non eſt petitioni lucri ceſſantis, Rebuff. *in l.*
*vnic. C. de eo, quod inter. gloſ. final. num. 52. &*
*ſeqq.* quod in practica ſatis notandum dixit Ro-
deric. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 1. num. 35. verſ.*
*declaro ſexto*, & deciſum refert Minado. *dec. 17.*
item in non liquidis mora non committitur
ex adductis per Ann. *d. conſ. 95. num. 24.* Ad-
uerſus inopem, & decoctorem non habet lo-
cum intereſſe lucri ceſſantis, Conſil. Garleual.
*lib. 1. tit. 121. diſput. 8. num. 3.* vbi per ſeptem ſe-
ctiones diffuſè materiam intereſſe tractat.

Nec hoc caſu ſufficit interpellatio iudicialis,
quando fit ad partis inſtantiam, & petitionem
Alex. *in l. de pupillo §. qui procuratorio ff. de*
*oper. nou. nunc.* Ripa *d. l. quod te num. 7. verſ. ex*
*quo infertur*, ſecus verò ſi fieret impulſu Iudi-
cis, & eo mandante, vt per Bart. Caſtr. & alios
*in l. final. ff. de leg. commiſ.* & per Surd. *in ead.*
*dec. num. 13. verſ. quod ſi fortè dicatur*, & ſic eſſet
eliſa ope replicationis exceptio, & ſublata cau-
ſa dubitandi, Din. *in d. cap. non eſt in mora.*

Vnde lata ſententia per S. C. notificatoque 6
mandato de parendo, mora contrahitur, ac
intereſſe debetur, nam tunc cum cognouerit
ſe debere, dolo malo facit, niſi velit reddere
*l. ſi quis inficiatus ff. depoſiti*, & ita per S. C.
iudicatum fuit in cauſa Victoriæ Pudericæ cum
Paulo Grillo, & aliis creditoribus Ill. Mar-
chionis Montisfalconi ſub die 15. Februarij
1622. in banca Decij Romani, & ita intelli-
gendum eſt, quod dicit Dom. de Franch. *dec. 21.*
quamuis recepiſſet ſortem, quia debentur tan-
quam vſuræ rei iudicatæ, & ſic condictione
ex lege, vt concludit *in d. dec. 21.* D. de Franch. 7
nam vſuræ redactæ ſunt ad intereſſe lucri ceſ-
ſantis, & damni emergentis, Roderic. *in d.*
*cap. 8.* Coler. *in tract. de proceſ. exeq. cap. 10. part.*
*prima in verb. intereſſe.*

Etſi aliqui DD. teneant eſſe probandum in- 8
tereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis
ad hoc, vt poſſit ſequi condemnatio ex di-
ctis per Affl. *deciſ. 184.* & nouiſſimè per Ma-
ſtrill. *dec. 241.* vbi tradit practicam probandi.

Attamen ſecundum obſeruantiam arbitrabi- 9
tur Iudex intereſſe, ſi non fuerit probatum iux-
ta id, quod in regionibus legitimo modo fre-
quentatur, *l. idemque & in fundo §. ſi procurator*
*ff. mandati*, ita vt magis ſtandum ſit circa hu-
iuſmodi intereſſe conſuetudini, & mori regio-
nis, Rot. Genuenſ. *dec. 194. num. 3. col. 2. in fin.*
Grat. *diſcept. forenſ. diſcept. 524. num. 12. verſ.*
*ita vt magis ſtandum ſit*, quando certum eſt, quod
erat empturus fundum, vel annuum reditum, &
quando fructus percepiſſet, Surd. *deciſ. 262. in*
*princ.* congerit authoritates.

Intereſſe in materia, *l. curabit, C. de act. empt.*
fundat Facchin. *l. 11. controuerſ. controuerſia 52.*
non deberi vſuras, ſi fructus emptor non perce-
pit ex re vendita: Secundò fundat deberi vſu-
ras, etſi venditor non tradidit rem liberam, vt
tenebatur, vel fideiuſſorem, quem promiſit euі-
ctionis nomine, non dedit.

T Item

Item deberi abſque vſuræ labe, ſi à principio fuit conuentum, ſi modò vſuræ taxatæ quantitas non excedat fructuum quantitatem, qui veriſimiliter ex re vendita percipiuntur, vel percipi poſſunt, præ cæteris allegat Ioan. Baptiſtam Lupum *in repet. d. l. curabit, n.* 145. qui approbando præfatam conuentionem, illam coarctat ſub his verbis, *quæ opinio communis, & vera eſt, dummodo tamen vſura commenſuretur cum quantitate fructuum, qui ex re vendita percipi ſolent*, ad cuius traditionis confirmationem vtitur authoritate Pariſ. & Petr. Anch. quibus nouiſſimè accedit Gaſp. Roder. *de ann. redit. q.* 7. *n.* 83. & Alexand. Trentacinq. *lib.* 1. *var. reſol.* 2. *per tot. verſ. primus eſt fol.* 194. vel ſi eſt ſolitus negotiari, & articulet, & probet, poſt moram tanti ſua verè intereſſe, affert authoritates Petra *ad dec.* 19. Capyc. *in fin. n.* 8. quam declarationem refert etiam Menoch. *in conſ.* 1180. *lib.* 12. *à n.* 19. qui regulariter fundat ab initio contractus pactum initum de præſtanda certa quantitate ratione lucri ceſſantis non valere, quia dicitur intereſſe fictum, & ſimulatum ab ipſis contrahentibus, quibus hac in re non eſt adhibenda fides, vel poſſet ſecundum Cou *lib.* 3. *var. reſol. c.* 4. pactio fieri de ſoluenda certa quantitate, quæ etiam exceſſerit fructuum æſtimationem, & eorum intereſſe, modò fiat in vim annui reditus redimibilis, & cum pacto redimendi in hunc ſanè modum, quod emptor conſtituat ſe ſoluturum venditori certam annuam quantitatem, dum pretium ſolutum non fuerit, inte, & titulo annui reditus venditi ſuper ipſa re empta ad rationem vnius pro 14. vel 12. vſque ad pretij conuenti numerum quod notandum dicit, nam vidit non ſemel hanc pactionem initam fuiſſe, quam cautelam impugnat Lupus *in d. l. curabit, comment.* 1. §. 7. *n.* 146. *& ſeq.*

10 Et ex his obſeruatum fuit taxari intereſſe lucri ceſſantis iuxta id, quod communiter annuorum introituum venditiones fieri ſolent, etiam in non ſolito negotiari, quamuis non fuerit probatum habuiſſe præ manibus lucrandi occaſionem, propter frequentes redituum annuorum venditiones, Roderic. *in d. quæſt.* 5. *num.* 26. *in finalibus verbis ver. probet tamen hanc opinionem*, & tanquam notorium nulla indiget probatione, Lanar. *conſ.* 79. *num.* 8. *&* 9 *verſ. nec interfuit, quod Marchio*, & ideò in Regno obſeruatum fuit vſque ad ſummam decem pro centenario taxari intereſſe Tartagl. *pract. ciuil.*
11 *Magna Curia cap.* 6. *num.* 13. Patauij vſque ad ducatos ſex pro centenario, Peregr. *deciſion.* 83. *num.* 12. *in fine*, aliquando in minus, vt in dote non ſoluta tempore debito ſeptem pro centenario Tartagl. ibidem, in Ciuitate verò intereſſe dotis non reſtitutæ ſuo tempore arbitratur ad rationem ducatorum ſex, tarenorum trium gran ſex, & denariorum quattor pro quolibet centenario dictarum dotium, & ducatorum quinque pro quolibet centenario antefati, vt teſtatur Grammat. *deciſ.* 103. *in fine verſ. in qua fuit ipſis coniunctis intimata ſupplicatio*, & Vrſill. *deciſ.* 191. *in fin.* & alias per idem Sacrum Conſilium fuit taxatum ad rationem quinque pro centenario, per Affl. *deciſ.* 184. *in fine*, & aliquando ad rationem ſex cum dimidio, & ad maiorem ſummam, & etiam intereſſe antefati fuit liquidatum ad rationem ſeptem pro centenario, & quando matrimonium eſſet contractum ſecundum vſum Procerum, & Magnatum, tunc ſolet liquidari intereſſe dotium, & antefati ad rationem octo pro centenario, de his teſtatur Molfeſ. *ad Conſuetud. Neap. par.* 7. *de iur. quarta quæſt.* 12. *à num.* 6. *cum ſeqq. tom.* 2. aliquando per Sacr. Conſilium fuit arbitratum ad rationem ſeptem pro centenario D. de Franch. *deciſ.* 254. *num.* 12. aliquando decem, & aliquando quinque, refert Ann. *in ſingul.* 264. cum cæteris adductis per Thorum *in compend. deciſ. in verb. intereſſe tertiarum fol.* 287. *in prima col. in fine*, quando dictæ tertiæ decuſſæ ſunt quantitatis ad minus ducatorum centum Vrſil. ad Affl. *in d. deciſ.* 291. *in fin.* quod hodie obſeruatur ad rationem ducatorum quinque pro centenario, an autem intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis poſſit excedere ſortem; vide latè ad intellectum *l. prima C. de ſent. quæ pro eo, quod int. & conſtit.* Iuſtin. *nouel.* 121. Alciat. *Parerg. iur. cap.* 15. *lib.* 6. & Roder. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 32. *&* 33. *per totum.*

Item intereſſe tertiarum poſt moram, quod petitur, & debetur principaliter per ſe, & non acceſſoriè ad ſortem ex Dom. de Franch. *deciſ.* 254. *num.* 12. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *q.* 7. *num.* 18. *verſ. ſecundo limita* ex glo. & Alber. *in l. ſocium, qui in eo ff. pro ſocio*, Lanar. *conſ.* 79. concurrentibus requiſitis ad conſtituendum 12
reum in mora, de quibus ſupra *num.* 4. altero ex his ceſſante, non debetur, quod obſeruatum fuit per Sacrum Conſilium in cauſa creditorum Illuſt. Principis Caſertæ ſub die... Februar. 1639. in banca Simeonis pro Felice, cuius patrimonium erat in manibus Iudicis ad diſpoſitionem Sacri Conſilij, & ſic non habebat facultatem dandi, nec dolo deſinebat habere ad text. *in l. ſciendum ff. de vſur.* Mateſcott. *var. reſolut. cap.* 24. *de requiſitis ad conſtituendum reum in mora*, incip. *vſu frequentiſſima eſt*, quod procedit etiam quando factum eſt explicandum mediante pecunia, Mateſcott. *præcit. loc. num.* 37. *verſ. limita, quod difficultas.*

Verum ſi intereſſe damni emergentis, vel 13
lucri ceſſantis eſſet probatum certitudinaliter, & ſi quantitates prædictas excedat, debetetur pro illa certa ſumma probata Borg. Caualcan. *deciſion.* 13. *num.* 69. *de contract. part* 2. & quod dictum intereſſe probatum ratione lucri ceſſantis debeatur, dicit Affl. *deciſ.* 20. & Capyc. *deciſion.* 19. *num.* 7. *&* 8. vbi Petra in Add. & Magon. *deciſ.* Lucenſ. 25. *num.* 8. Peguer. *deciſion.* 33. *num.* 11. *& deciſ.* 119. *num.* 9. & Farinac. *deciſ.* Roman. 888. *numer.* 2. *tom.* 9. Rot. Genuæ *dec.* 1. *num.* 43. *&* 41. *& dec.* 9. *n.* 16. *& dec.* 99. & alibi per totas deciſiones Oſaſc. *dec.* 143. *num. final.* Mohed. *ſub tit. de vſuris dec.* 2. *alias* 102. & Maſtrill. *deciſ.* 245.

An autem quando in concurſu creditorum 14
liberata eſt pecunia cum cautione in caſu reſtitutionis, creditori antiquiori reſtituenda ſit vna cum intereſſe.

Pro affirmatiua faciunt adducta per Dom. 15
de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. in titulo de Regalibus Impoſitionibus* §. 4. *num.* 17. vbi in terminis text. *auth. quæ ſupplicatio C. de precib. Imp. offeren.* deciſum refert in Regia Camera deberi intereſſe pecuniæ ſolutæ, reuocata ſententia: ponderando verba text. ibi, *cum legitimis augmentis*, quia intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis omni iure debetur glo. *in cap. conqueſtus*,

*congueſtus, de vſur.* & non debetur quaſi vſura, quæ dicitur odioſa, ſed vt intereſſe fundatum in naturali æquitate, ne quis locupletetur cum aliena iactura, pro quo eſt text. *in l. ſocium, qui ff. pro ſocio*, per quem text. glo. hot. *in d. cap. congueſtus* dixit, quod intereſſe, & damna ſecundum canones peti poſſunt, quia non ſunt vſuræ, de quo per Abbatem, *& in cap. cum venerabilem, de except.* latè Reg. de Ponte *in d. § 4. num 21. verſ. de quo ſatis, ſuperque ſemper dubitant.*

16. Dubitauit de hoc Dom. de Franch. *dec. 120. in fin.* vbi teſtatur non dari indiſtinctè in Sacro Conſilio intereſſe reuocata ſententia, ſed tunc demum, cum conſtat ex pecunia recepta victorem commoditatem percepiſſe, & propter hanc perceptionem nullum periculum potuiſſe ſubire, vtpote, quia ſuos introitus alienatos redimiſſet, nam & ſi ex pecunia emiſſet introitus, quia emptio ſtaret ipſius victoris damno, adhuc periculum ſubire potuiſſet.

Et hæc opinio de iure ſuſtentabilior videtur, quia quodam extraordinario iure auocatur pecunia ab eo, cui debetur text. *in l. denique cum l. ſeq. ff. de iur. fiſci, l. pecunia C. de priuil. fiſc.* vbi optima gl. & ita etiam Alber. & Seri b. inſuper ſi per moram intereſſe debetur, non poteſt dici fuiſſe in mora, antequam fuiſſet ei denunciatum Iudicis præceptum ex dictis ſupra *n. 6.* vbi deciſum fuit deberi à die notificationis mandati de parendo.

17 Si verò ex quo effectus locupletior, adhuc dico, non teneri, cum non fuerit probatum, & quamuis an præſumatur locupletior factus, vel ne, dubitatum fuerit à Doctoribus, quos congerit Anna in Add. *ad ſingular. patris 620.* Dom. de Franch. *decìſ. 32.* qui refert deciſum pro affirmatiua; attamen crebrior opinio eſt negatiua, vt teſtatur Iacob Menoch. *in tract. de recuperand. poſſeſ. in 15. remed. num. 586. verſ. & locupletior in dubio*, multos alios congeriſt Giurb. *practe. deciſion 89. num. 15.* qui negatiuam hac noſtra ætate magis receptam eſſe aſſerit, & contrarium aſſerentem, probare debere.

18 Bona fide poſſedit creditor pecuniam per Iudicis decretum ſibi liberatam, ex quo decreto cauſatur bona fides ſecundum Abb. *in cap. dilecto colum. 1. de præbend.* Bald. *in l. prima col. 2. C. de fructib. & vſur. legat.* cum aliis adductis per Mat. Mutt. *deciſ 21 num 6* quæ non ſolum titulum habilem tribuit ad fructus lucrandos, ſed ad eam etiam præſcribendam *l. Pomponius § ſi iuſſu*, & ibi plenè notatum *ff. de acquir. poſſeſ. l. 3. in fine ff. de public. & l. 3. §. idem quæritur ff. de reb. eorum*, & ex conſequenti fructus reſtituere non tenetur, *l. certum C. de rei vendic.* Mut. *deciſ. 10. num. 29.*

19. Et ſi reuocata ſententia reducatur titulus ad non titulum, quo caſu tenetur ad reſtitutionem fructuum; *auth. quæ ſupplicatio C. de precib. Imp. offer.* ibi, *cum legitimis acceſſionibus, l. indebiti ff. de condict. indeb.* Mutt. *in dicta deciſ. eod. num. verſ. ſecus ſecuta reuocatione ſententiæ* cum allegatis per Giurb. *deciſ. 89. num. 2.* Maſtrill. *deciſ. 29.* attamen intelligendum erit de fructibus naturalibus ſecundum gloſ. *in d. l. prima C. de condict. indebit. verb. indebita* ſi tamen extant Giurb. ſup. *d. deciſ. num. 14.* aut ſi locupletior ſit effectus, tex *in l. ex diuerſo*, vbi Bart. *ff. de rei vend.* gloſ. *in d. l. indebiti in verb. percepit ff. de condict. indeb.* Giurb. *ead ſup. d. dec. num. 25.* quod non præſumitur, ſed erit probandum, vt ſupra fundatum fuit, & quando fructus dicantur extare, vide eundem Giurb. ſup. cit. *deciſ. num. 18.*

Intereſſe, ſeu vſuræ appellantur fructus ciuiles, ſeu accidentales, gloſ. *in d. l. indebiti in verb. naturales ff. de condict. indeb. in l. prima verb. actionem condictionis*, & hi fructus ciuiles, ſeu accidentales non veniunt in reſtitutione, *d. l. prima C. de condict. indebit.* & ante litis con- 21 teſtationem fructus perceptos non eſſe reſtituendos deciſum refert Giurb. *in dicta deciſ. 89.* ſimiliter de fructibus, & vſuris ferè idem iudi- 22 cium eſt, *l. vſura vicem fructuum ff. de vſur.* & an fideiuſſor tenentur ad reſtitutionem fructuum, quando principalis tenetur, vide Sardum *deciſ. 212.*

(20 stands in the margin beside "Intereſſe, ſeu vſuræ appellantur fructus ci-")

## ARGVMENTVM.

*Fructus in reſtitutione rei, remedio l. ſecundæ C. de reſcind. vendit. an, & quando veniant.*

### SVMMARIVM.

1 *Fructus in reſtitutione rei remedio* L. 2. C. de reſcind. vendit. *non veniunt, quia vnus rem habet, alter verò pretium, ſed cum intereſſe pecuniæ fructus rei compenſari Sacri Conc. praxis inualuit.*

2 *Fallit in minore, qui vltra læſionem in integrum reſtitutione iuuaretur, tunc enim omninò res cum fructibus reſtituenda venit.*

3 *Item in maiore poſt litis conteſtationem, cum ab illo die malæ fidei poſſeſſor efficiatur.*

### DECISIO CXXV.

FRuctus non veniunt ſecundum veriorem 1 opinionem in reſtitutione rei remedio *l. 2. C. de reſcind. vend.* fundat argumentis, & authoritatibus Fachin. *controu. iur. lib. 2. c. 24.* cæteros Doctores huius opinionis colligit Ann. *conſ. 24.* multis rationibus comprobans hanc ſententiam, inter quos ex Dom. Reg. de Pont. Gut. Magon. & Dom. Præſid. de Franch. illam affert, quia vnus habet rem, alter verò pretium, vnde obſeruatur in S. C. fructus compenſari cum intereſſe.

Etſi Anell. de Amato *conſ. 87. n. 7.* in hac controuerſia inter negatiuam, & affirmatiuam, mediam ſententiam in iudicando amplectendam conſulet, quam tenuerunt pauci Doctores per eum relati, attamen non eſt recedendum ab obſeruantia optimis mediis fundata per præfatos Doctores.

Limita, quando venditor eſſet minor, qui vl- 2 tra læſionem, in integrum reſtitutione iuuaretur, nam tunc omninò res cum fructibus reſtituenda erit *l. quod ſi minor § reſtitutio, & l. pactum ff. de minor.* Pinell. Couarruu. quos affert Amat. *in d. conſ. 87. num. 9.*

Limita etiam in maiori poſt litis conte- 3 ſtationem, cum ab illo die malæ fidei poſ-

ſeſſor efficiatur, Pinell. & Amat. præcit. *conſ. num.* 10.

## ARGVMENTVM.

*Contra poſſidentem bona fide, & iuſto titulo, an habeat locum aliquod remedium poſſeſſorium probata antiquiori poſſeſſione.*

### SVMMARIVM.

1 *Remedium poſſeſſorium manans ex condictione triticaria, vel ex* l. ſi coloni C. de agr. & cenſit. *quando competat & n.*6. *&* 7.

2 *Remedium* l. ſi me, & Titium ff. ſi certum petatur *quando competat, & n.*8.

3 *Remedium* cap. reintegranda 3. q. 1. *quando competat, & num.*9.

4 *Contra poſſeſſorem bonæ fidei, & iuſti tituli an poſſit obtinere probans antiquiorem poſſeſſionem.*

5 *Actor, & reus ſi ſunt in pari cauſa, potior eſt conditio conuenti.*

### DECISIO CXXVI.

PEtiit Conſiliarius Nicolaus Antonius Gizzatellus in Magna Curia condemnari poſſeſſorem cuiuſdam gemmæ, quam conuentus emerat à bonæ fidei poſſeſſore, non probato dominio, actor probauit antiquiorem poſſeſſionem, dubitatum fuit, an poterit obtinere.

1 Aliqui cenſuere, poſſe obtinere remedio poſſeſſorio, v. g. condictione triticaria iuxta text. *in l.* 1. *ff. de tritic. act.* vel condictione ex *lege ſi coloni C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. huius opinionis fuit gloſſator *in l. inciuilem C. de furt.*

Alij remedio *l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. petatur* agi poſſe tenent, nam ſi poſſeſſio mea ad te peruenit, æquum eſt, vt mihi reſtituatur, & ita videtur tenere Bart. *in d. l. ſi coloni*, vt refert Alex. *in l. rem quæ nobis n.*8. *verſ. & ſic* Bar. *in d. l. ſi coloni ff. de acquir. poſſ.*

Multi remedium *c. reintegranda* 3. *q.* 1. competere cenſuerunt, nam quamuis intentetur con-

3 tra poſſidentem ſine vitio, ſed cum titulo, & bona fide, nihilominus conſiderandum eſt, quod actor cecidit à poſſeſſione ſine iuſta cauſa, quo caſu reſtituitur remed. *c. reintegranda.* & pro hac parte iudicare vidiſſe teſtatur Alex. *in d. l. rem, quæ nobis ſuper n.* 9. *verſ. videtur ergo, quod deciſio huius quæſtionis*, Iacob. *in l. inciuilem C. de furt.*

4 Alij nullo poſſeſſorio remedio conueniri poſſe poſſeſſorem, qui bonam fidem, & iuſtum titulum habeat, tenuerunt, non probato vtrinq;

5 nam cum actor, & reus ſint in pari cauſa, potior eſt conditio conuenti poſſeſſoris, *l. ſiue autem §. ſi duobus ff. de public.* ita Andr. de Barulo, & Io. de Platea *in d. l. ſi colon.* gloſ. Bart. Ang. & Imol. *in d. l. rem, quæ nobis*, & late Albet. *in l. inciuilem C. de furt.* tam ſi ſpectemus iura ciuilia, à quo potiſſimum fortè manarunt interdicta, ſiue iuris cannonici, a quo illa approbata, & declarata ſunt, conſtitutiones, ac præcepta, non putauit, poſſe conueniri poſſeſſorem, qui bonam fidem, & iuſtum titulum habet, Fachin. *controuerſ. lib.* 8. *cap.* 12. id fundans optimis mediis, & ad contraria reſpondens, reſpuens in fine diſtinctionem Bart. *in l. manifeſtiſſimi §. ſed cum in* 2. *C. de furt.*

Et deueniendo ad remedia ſupra relata, quæ competere Doctores aliqui tenuerunt.

Primò, condictione triticaria iuxta text. *in l.* 1. *de tritic. act.* vel ex *l. ſi coloni C. de agric. & cenſit.* non poteſt obtinere, quia loquuntur in violento deiectore de poſſeſſione, & ſic res erat vitioſa, & cum vitio peruenit ad eum, contra quem agebatur, quod non erat in caſu, de quo tractabatur, quia bona fide, & iuſto titulo poſſidet, contra quem non competere remedium *l. ſi coloni* tenent Doctores relati per Menoch. *de recuperand. poſſ. remed.* 10. *in* 3. *q. n.* 17. & ſimiliter remedio ex *l.* 2. *ff. de condict. tritic.* prout per Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. in* 3. *remed. n.* 4. *verſ. nono loco affirmat.* 6 7

Secundò remedium *l. ſi me, & Titium* non competit, nam competit contra habentem rem ex cauſa lucratiua, ex dictis per Menoch. *in quarto remedio recuperandæ poſſeſſionis*, non autem contra eum, ad quem peruenit poſſeſſio titulo oneroſo, *l. ſi filius in fin. & l. cum ſeruus* cum glo. *ff. ſi cert. pet.* 8

Nec virtute *cap. reintegranda* obtinere poteſt, cum contra bonæ fidei poſſeſſorem non procedat, vt reſpondet Fachin. *in dicta controu. verſ. ad ſecundum*, & latius per Menoch. *in* 15. *remed. adipiſcend. poſſeſ. in* 13. *quæſt. num.* 8. *verſ. ſextus eſt caſus.* 9

Ex quibus per Mag. Cur. fuit abſolutus poſſeſſor.

Sacrum Conſilium reuocauit decretum Magnæ Curiæ, & condemnauit poſſeſſorem ad reſtituendum actori gemmam, ſequendo opinionem gloſ. *in d. l. inciuilem C. de furt. in verb. à dominis*, quam ſequuntur Iun. *in cap. ſæpè n.* 2. *verſ. imò plus videtur, de reſtit. ſpoliat.* Abb. *in cap. ſi diligenti num.* 17. *verſ. nunquid autem antiquiori, de præſcript.* tenentes, antiquiorem poſſeſſorem contra ſecundum etiam bona fide poſſidentem implorare officium Iudicis, vel agere condictione ex *d. l. ſi coloni.*

## ARGVMENTVM.

*Faber ferrarius, vel alius obſtrepens, vel exercens artes fœtidas, & meretrix, an & quando e vicinia expelli poſſint.*

### SVMMARIVM.

1 *Vicinus faber ferrarius turbans diuina officia alicuius Eccleſiæ poteſt expelli, & ita iudicatum. Et quando id procedat, declaratur num.* 8.

2 *Vicinus obſtrepens de vicinia expelli an, & quando poſſit, & quid de immodicis campanæ pulſatoribus, remiſſiuè, & n.* 8.

3 *Faber ferrarius ab ſuo exercitio abſtinere debet propter infirmum vicinum, qui vexatur.*

*Item expellendus eſt is qui propter ſtrepitum impedit ſtudere ſcholares.*

*A ſententia lata ſuper iſta expulſione non poteſt appellari.*

4 *Vicinus*

4 *Vicinus, qui moleſtus eſt vicino ratione exercitij afferentis malũ odorem, ut exercens artes fœtidas, quarum odor infeſtat nares tranſeuntium expelli poteſt, & ita iudicatum.*
*Et hoc caſu competit vicino interdictum, ne quid in loco publico fiat, & quando id locum ſibi vendicet, num. 8.*
5 *Barones ob publicã cauſã poſſunt prohibere ob ſalubritatẽ aëris artes fœtidas in certo loco.*
6 *Et in expulſione facienda in caſibus prædictis, ne fiat fraus, quid obſeruandum, & an tunc liceat in ſuburbiis habitare, remiſſiuè.*
7 *Meretrices an, & quando à vicinis expelli poſſint, & num. 8.*

## DECISIO CXXVII.

1 FAbrum ferrarium turbantem diuina officia
propè Eccleſiam Diuæ Mariæ Maioris Cle-
ricorum expellendum cenſuit Magna Curia
iuxta doctrinam Alex. ad Bart. *in l primus in fin. verſ. ſed quid ſi malleatores C. de ſtud. liber. Vrb. Romæ lib. 2.* per text. *in cap. pridem 18. quæſt. 2.*
& de hac materia habes latè per Scribentes *in l. prima ff. ſoluto matrim.* & per Menoch. *de arbitr. lib. 11. caſu 237.* Alciat. *Parerg iur. lib 8.*
2 *cap. 11.* eum obſtrepentes de vicinia expelli
poſſe, & quid de immodicis campanæ pulſato-
3 ribus, & fabrum debere ab exercitio ſe abſti-
nere propter infirmum vicinum, qui vexatur,
notat Lucas de Penna *in d. l. 1. de ſtud liber* re-
latus per Dec. *in l. quacunque num 72. ff. de offic. eius, cui mandata eſt iuriſdictio*, item expellen-
dus eſt impediens ſtudium propter ſtrepitum
ſcholaribus, & à ſententia expulſionis non poteſt
appellari, Alex ad Bar. *in d. l. 1.* Gram. *dec. 58. n. 15.*
4 Item vicinus, qui moleſtus erat vicino ra-
tione officij afferentis malum odorem, fuit or-
dine Magnæ Curiæ, & Sacri Conſilij ad com-
plateariorum inſtantiam expulſus, pro quo fa-
ciunt dicta per Bald. *in l. eadem in add. num. 15. C. locati, & in l. licet in addit. num. 1. C. eod.* & ita
tenuit in exercentibus artes fœtidas, quarum
odor infeſtat nares tranſeuntium. Cæpoll. *in tract. de ſerui. ſub rubr. de aere*, & notat Angel. *in l. 2. §. idem ait ſi odore ff. ne quid in loco publico*,
& Ripa *in tract de peſte in 2 part. cap. tranſeo ad alia remedia fol. 63. num. 74.* Bobadill. *in polit. lib. 3. cap. 6. num 10 & 11* D Rouit. *per d. l. 2.* dicit
in caſu prædicto poſſe vicinos vti interdicto,
nequid in loco publico fiat *in pragm. de ſalubri-*
5 *tat. aer. in fin.* & Barones ob publicam cauſam
poſſe prohibere ob ſalubritatem aëris artes fœ-
tidas in certo loco, adducendo authoritates tra-
dit Capiblanc. *de Baron pragm. 14. num. 15.* ſic-
6 que ne exerceantur beccariæ, & ne fraus fiat
in huiuſmodi expulſione, & an liceat in ſubur-
biis habitare, videatur Bald. *in cap. ſignificaſti, de reſcriptis*, quæ omnia videre licet apud Petr.
Nuñez de Auend. *lib. 2. cap. 6.*
His adde, eſſe expellendos vicinos artem exer-
centes afferentem malum odorem tam de iure
communi, quam de iure Regni; de iure cõmuni,
*l. æquiſſimum, § ſi tamen, ff. de vſufruct. l. aediles, §. fin ff. de via publ.* de iure Regni habetur *in Conſt. Salubritatem aëris*, & ibi Affl. & cuilibet de po-
pulo competit interdictum ad prohibendum,
quod eſt perpetuum, & eius cura ſpectat ad Ma-
giſtratos, vt habetur *in l. 1. §. hoc interdictum, cum ſeq & § fin. ff. ne quid in loco pub.*
Lanienæ, ſeu macella ſecundum Andr. *in d. Conſt. Salubritatem aeris*, ſunt exercenda extra
Ciuitatem; ſed ea conſuetudine tolerantur in-
tus Ciuitatem Affl. *in d Conſt Salubritatem aëris, in fin.* Borrell. *de Magiſtr. edict lib. 3 c. 2. n. 11.* ita
iudicatum fuit per Collaterale Conſilium in
cauſa Honufrij de Palma cum Monaſterio Re-
ligioſorum Miniſtrantium Infirmis ſub die 2.
Maij 1640. & fuit confirmatum decretum per
Collaterale Conſilium ſub die 24. Aprilis 1641.
Expelluntur quoque meretrices, Cæpol. *in tra. de ſeruit. c. 91. alias 9. de ſeruit. cãm. paſcend. n. 25.*
Meretrices an, & quando poſſint expelli à
locis honeſtis, Archiepiſc. Ricciul. totis pruden-
tia, & doctrina inſignis copioſè *in tract. de perſon lib. 11. cap. 21. & ſeqq* cumolat multa, quæ
prohibentur meretricibus. An quæſita ex mere-
tricio, vel aliter ex cauſa libidinoſa, dicantur li-
citè acquiſita, vel ſint obnoxia reſtitutioni, idem
Archiepiſc. Ricciull. *loco cit. c. 33.* & accepta per
puellam ex cauſa ſtupri, vel per adulteram, *c. 34.*
& an poſſit diſponere ad libitum, & ædificare,
vel dotare Eccleſiam, *c. 35.* an poſſit fieri obla-
tio, vel decima ſolui, *cap. 36.* & an ab ea vectigal
licitè exigatur.
Quæ tamen locum ſibi vendicant, cum talia 8
exerceri in loco non erat ſolitum, ſecus verò ſi
eſſet ſolitum talia exerceri & vicinus in modi-
co læderetur *iux. dec* Vinc. de Franc. 625.

## ARGVMENTVM.

*Donatio, vel teſtamentum ſi fiant in beneficium viri ab vxore, an valeant ſtante pacto inter virum, & fratres ſtipulantes appoſito in capitulis, quod ſoluto matrimonio abſque filiis ad ipſos dos reuertatur. Et an tale pactum validetur ratificatione capitulorum facta à muliere, cui non fuit narratus tenor ipſorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Mulier cum ſtipulatorem adhibet ad ſtipulandũ pro ſe, & heredibus, donatio præſumitur inter viuos, atque ideò diſponere non poteſt.*
2 *Heredum enim mentio donationi conuenit inter viuos, quæ ad heredes tranſmittitur, non autem donationi cauſa mortis, quæ naturam habet legati, quod, pendente adhuc conditione, non tranſmittitur.*
*Mulier verò permittens, fratrem ſtipulari, quod dos ad ipſum fratrem reuertatur, an, & quando hoc pacto non obſtante de dote teſtari, ac diſponere poſſit.*
4 *Mulier de dote teſtari non poteſt, quando dos ad alium eſt applicata vigore contractus, & intereſt non reuocari.*
5 *Ratificatio ad hoc, vt valeat, quæ interuenire debeant.*
6 *Dictio ſeu poſita inter perſonas, quod importet.*
7 *Sub nomine heredum, ac ſucceſſorum, an etiam extranei comprehendantur, vel heredes tantum ſanguinis.*

## DECISIO CXXVIII.

PRo affirmatiua adducitur tex. *in l. cum mari-tus § mulier ff. de pact dot.* quando mulier ſti-
pulatorem adhibet ad ſtipulandum pro ſe, &
hæredibus, præſumitur donatio inter viuos, ita

Bald. *in l. 2. n. 4. ver quid enim ſi iſte filius C. de iur. dot.* cum reliquis adductis per Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 11. n. 8. verſ. quartus caſus eſt*, ea enim ratione motus eſt Bald. quia mentio hæredum conuenit donationi inter viuos, quæ ad hæredes tranſmittitur, non autem donationi cauſa mortis, quæ donatio habet naturam legati, quod pendente adhuc conditione non tranſmittitur §. *eſt & aliud Inſtit. de donat.*

5 Pro negatiua facit *deciſio* Dom. de Franch. 196. vbi mulier permiſerat, fratrem ſtipulari, quod dos reuertatur ad ipſum fratrem, & nihilominus non obſtante pacto, diſpoſitionem in beneficium mariti approbauit Sacrum Concilium motum, vt eſt videre in dicta deciſione authoritate Lucæ de Penna tenentis, quod, quando ſoror dotatur de bonis propriis fratris, procedat pactum, & mulier teſtari non poterit: quando verò de bonis communis patris, tunc teſtamentum valebit, & mulier diſponere poterit, diſtinguens poſtea, quod ſi mulier eſt diues, & frater pauper, & familia oneratus, & tunc præſumatur mulier donaſſe fratri, & ſic non poſſet diſponere, aut nulla bona habens, & frater diues, & tunc non præſumatur donatio; ſed primam tutiorem aſſerit, fundatur quoque authoritate Napodani *in Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua in glo. in verb. prætorquam col. penul. num. 223. verſ. ſed pone retentis eiſdem terminis*, vbi concludit, quod aut mulier permiſit ſtipulari animo donandi inter viuos, aut animo donandi cauſa mortis, cum ſit facta mentio mortis, aut ſumus in dubio. Primo caſu non poterit teſtari, ſecundo, & tertio ſic.

In caſu, de quo agitur, quia inducta eſt donatio inter viuos, ceſſant fundamenta deciſionis S. C. quæ ex alio non habet locum in caſu iſto, quia tunc procedit illa deciſio cum is, qui ſtipulatus eſt, dotem ſibi reſtitui, non fuit adhibitus à muliere, ſed mulier paſſa eſt illum ſtipulari, vt quando frater ex diſpoſitione ſtatuti excludit ſororem à bonis patris, ei tamen dote conſtituta, ſicut diſpoſitum eſt per conſtit. Regni, & conſuetudinem Ciuitatis, prout ita intelligit Iacob. Menoch. *de præſumptionibus præſumpt. 10. lib. 3. num. 24. verſ.*
4 *octauus caſus eſt*, ſecus verò quando mulier adhibuiſſet ſtipulatorem iuxta ea, quæ dicta ſunt pro affirmatiua, imò nec poteſt de dote teſtari, quando ad alium eſt applicata vigore contractus, & intereſt non reuocari. Bald. *in l. pro hæreditariis C. de hæred. actio.* Angel. *in l. qui Romæ §. Flauius de verb. oblig.* Olaſc. *deciſ.* 20. *num. 6.*

Verum quia in ſtipulatione, de qua agitur, mulier non interuenit, nec conſtat adhibuiſſe fratres, & in ratificatione poſtmodum ſequuta non fuerunt ei lecta capitula matrimonialia, nec eorum tenor declaratus, quorum alter requirebatur ad hoc, vt induceretur ſcientia actus ratificati, quia ignorans non poteſt dici, quod conſenſiat, aut ratificet, *l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Bald. *in rubr. C. qui admitti*, Corn. *conſ.* 165. *ad finem*, quos refert, & ſequitur Crauet. *conſ.* 105. *num.* 14 vbi poſt Bald. & Caſtrenſ.
3 vltra alios, quos adducit, concludit, ſimplicem ſcientiam actus ratificati non ſufficere, ſed requiri, quod legatur ipſi ratificanti inſtrumentum, quod ratificat, & ſaltim declarari ei debet ſecundum theoricam Specul. *de empt. & vend. §. 3. num. 25. ver. ſi verò*, ratificatio enim non extenditur ad incognita, Roman. *conſ.* 54. *num.* 3. Ruin. *conſ* 170. *num.* 29. & quod non valeat ratificatio facta per mulierem inſtrumenti dotalis, in quo adeſt pactum, quod ipſa decedente ſine liberis, dos redeat ad dotantem, niſi legatur ſibi inſtrumentum, vel eius tenor declaretur, & quod frater, vel conſanguineus hoc caſu cenſeatur dolo verſatus in apponendo pacta, per quæ auferatur mulieri libera facultas teſtandi, adduco in indiuiduo Caſt. *conſ.* 12. *vol.* 3. quod quidem ratificationis inſtrumentum debet legi in vulgari ſermone, vt in propriis terminis ſubdit Loffr. *conſ.* 26. *n.* 32.

Imò attendenda ſunt tantum expreſſa verba ratificationis, quæ ſunt, dictaſque dotes integrè, &c. reſtituere, &c. dictæ Dianæ Baccaro eius vxori, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu dictis Doctori Michaeli, & Curtio, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus.
Et primò quid importet dictio illa *ſen*, quæ 6
poſita inter perſonas, ponitur pro coniuncta, & ſic attenta ratificatione, medietas erit hæredis in teſtamento nominati, & altera medietas dictorum Michaelis, & fratris, text. *in l. cum quidam ff. de verb. & rer. ſignif.* vbi notat Bald. & cæteri Scribentes, Napod. *in conſuetud. Si quis, vel ſi qua, in verb. ſen, ſiue num.* 159. *verſ. primò. quod quando ponitur disiunctio*, & de dictione illa *ſen* latè habes per Felin. *in cap. inter cæteros, de reſcriptis.*

Secundò an verba illa dictæ Dianæ, eiuſ- 7
que hæredibus, & ſucceſſoribus intelligantur de hæredibus extraneis, vel tantum de hæredibus ſanguinis, & iuxta diſtinctionem Bartoli *in l. etiam ſi parente ff. de liberis, & poſth.* extranei comprehenduntur, quam omnes ſequi teſtatur Iaſ. *in d. l. etiam ſi parente num.* 9. *verſ.* extra gloſſam quærit Bartol. Gabriel *in recollec. com. opin. concluſ.* 2. *de verb. ſignif. lib.* 6.

Ex quibus fuit prouiſum, eſſe diuidendas dotes inter virum, & hæredes Michaelis, & Curtij de menſe Sept. 1620.

## ARGVMENTVM.

*Hypotheca pro dote à quo die competat.*

### SVMMARIVM.

1 *Hypotheca pro dote, ſiue tacita, ſiue expreſſa retrotrahitur ad initium conuentionis, & promiſſionis.*

2 *Et an requiratur, quod ſequutum ſit matrimonium, & num.* 8. 10 *&* 12.

3 *Hypotheca retrotrahitur ad diem promiſſionis, quando non eſt in poteſtate creditoris recipere ſolutionem.*

4 *Creditor dicitur eſſe in neceſſitate, non in voluntate recipiendi ſolutionem, quando commodè non poterit omittere.*

5 *Neceſſarium dicitur, quod ſalua exiſtimatione omitti non poteſt.*

6 *Honeſtas neceſſitas appellatur.*

7 *Antefatum ſi eſt promiſſum conſtitui, habetur pro conſtituto.*

9 *Dos promiſſa ante contractum matrimonium, non eſt propriè dos.*

11 *In retrotrahitione requiritur extremum ad quod habile in potentia.*

DECISIO

## DECISIO CXXIX.

1 POſt ſubſcriptionem capitulorum matrimo-
nialium, in quibus & dos, & donationis
propter nuptias conſtitutio promittebatur,
ſponſus bona ſua alteri hypothecauit, poſt
quam hypothecam contractam ſequutum fuit
matrimonium iuxta capitula, dubitatum fuit,
an mulier pro dotibus, & antefato eſſet præfe-
renda creditori, qui inter promiſſionem, & ma-
trimonium contraxit.
2 Pro muliere facit opinio communiter rece-
pta, quod hypotheca pro dote retrotrahitur ad
initium conuentionis, & promiſſionis tàm ta-
cita, quàm expreſſa, fundata ex tex. *in l. pri-
ff. qui pot. in pignor. hab.* Ita vt præferatur credi-
toribus contrahentibus medio tempore, de qua
communi teſtantur Neguſant. *in 4. membr. ſecun-
da partis a num.* 77. D. Vincent. de Franch. *de-
ciſ.* 677. Barboſ. *in 3. par. l. prima ff. ſolut. matrim.*
3 *à num.* 33. & conſiderata ratione per dictos DD.
tradita militare videtur, etiam ſequuto poſtmo-
dum matrimonio, vt adhuc dies capitulorum
attendatur, & non matrimonij: ea enim ratio-
ne ad diem promiſſionis retrotrahitur, quia non
eſt in viri voluntate dotem non recipere, nam
mulier remaneret indotata, & maritus haberet
neceſſe ſuſtinere onera matrimonij, ſicut in
4 quolibet creditore, qui modo prædicto cogitur
recipere ſolutionem, vt etiam probat tex. *in l.
qui balneum ff. qui pot. in pign. hab.* pari ratione
ad diem capitulorum retrotrahenda eſt hypo-
theca, quamvis matrimonium poſteà fuerit ſub-
ſequutum, cùm non poſſit honeſtè ſponſus,
ſubſcriptis capitulis matrimonialibus, mutare fi-
5 dem, non enim præciſa neceſſitas requiritur,
ſed ea, quæ commode præteriri non poteſt, vt
conſiderauerunt Bart. & Bald. relati per Negu-
ſant. *in d. 4. memb. 2. par. num. 77. verſ. & quomo-
do in neceſſitate mariti conſiſtat*, vnde neceſſe di-
6 citur, quod ſalua exiſtimatione omitti non po-
teſt, & gloſ. *in cap. 1. 22. q. 4. in verb. neceſſita-
7 tem*, honeſtatem neceſſitatem appellauit, Albe-
ric. *in dictionar. in ver. neceſſe*, interpretatur, ne-
ceſſe, ideſt conueniens, & hoc fundamento plu-
ries deciſum refert in Sacro Concilio D. Præſ. de
Franch. *in d. deciſ.* 677.
8 Quod idem erit dicendum pro donatione pro-
pter nuptias, ſeu antefato, cuius conſtitutio
promittitur in capitulis, nam habetur pro con-
ſtituto, Io. Anton. de Nigr. *in cap. Regni mulier
dotarium num.* 19. Affl. *in conſt. Regni licentiam
num.* 11. & ex prædictis videtur attendi dies ca-
pitulorum, & ſupra fundatum fuit.
9 Pro creditore dicebatur tunc tempus promiſ-
ſionis, & capitulorum attendi, cùm eo tempore
fuit contractum matrimonium, aliàs hypotheca
non poſſet trahi ad tempus promiſſionis, ſed ſo-
lùm ad tempus matrimonij illo fundamento,
10 quia licet dos ſit promiſſa ante contractum ma-
trimonium; tamen tunc non eſt propriè dos, vt
*in l. fin. C. de donat. ante nupt.* cum dos ſine ma-
trimonio non poſſit ſubſiſtere *l. 3. ff. de iur. dot.
cum concord.* & nulla de dote actio datur, impe-
dito quocunque modo authoritate iuris matri-
monio *l. prima C. de condict. ob cauſ.* vnde dum
10 DD. communiter concludunt, hypothecam in
dote ad diem promiſſionis retrotrahi, & pro-
miſſionem, & matrimonium conſiderant, ita vt
dies promiſſionis, & matrimonij ſequuti atten-
datur, ita Cynus *in l. aſſiduis num. 6. ibi, ſed vi-
detur humanius dicendum C. qui pot. in pignor.*
Bart. Alber. & cæteri communiter relati per
Boer. *deciſ.* 351. Guriet *in tract. de iur. confirm.
p. 1. cap. 48. num* 10. retrotrahi enim non poteſt
ad tempus promiſſionis, nondum ſequuto ma-
trimonio, nam extremum ad quod habile in 11
potentia non eſt, prout requiritur inata poſita
per Bart. *in l. ſi is, quis pro emptore num. 8. ff.
de vſucap.* nec tutè teneri poteſt, non eſſe in po-
teſtate viri poſt ſubſcriptionem capitulorum
matrimonialium non contrahere, cùm ſalua ho-
neſtate recedere multoties viſum fuit.
Et ex his Neguſant. *in d. 4. membr. 2. par. n. 79.* 12
tenuit, quod ad hoc, vt hypotheca trahatur ad
tempus promiſſionis dotis, requiritur, vt pro-
miſſio ſit facta tempore matrimonij contracti,
vel poſt matrimonium, & ex hoc infert in pra-
ctica, quod ſi eſſet factum inſtrumentum dota-
le tempore ſponſalitij, vt communiter fit, putà
per annum ante conſumatum matrimonium
cum expreſſa hypotheca, & poſt annum ſe-
quutum fuit matrimonium, quod ſi maritus poſt
inſtrumentum dotale ante tamen contractum
matrimonium contraxiſſet aliqua debita cum
aliis creditoribus cum hypotheca expreſſa, mu-
lier non præferetur talibus creditoribus, ſed
benè præferretur creditori, qui contraxiſſet poſt
matrimonium, & promiſſionem dotis ante ipſius
ſolutionem, & idem tenuit Dom. Reg. de Pon-
te *conſ. 80. num. 5.* Polid. Rip. *obſeru. 163. in prin-
cip.* Barboſ. *in 3. par. l. prima ff. ſolut. matrim. nu-
mero 34. verſ. poſtremò notabis*, & in hanc opin.
videtur deſcendere Maxill. ad Conſuet. Barenſ.
*in cap. quarta tradita mulieri, de donat. inter vir.
& vxor.* In quæſt. quam ponit, quando eſt pro-
miſſum, conſtitui quartam ſecunda die votorum
rum prout in dicta Ciuitate ſeruatur, & interim
creditores contrahunt cum viro, & quarta pro-
miſſa die conſtituitur, quis præferatur? & te-
net conſtituta quarta in die prædicta creditores,
qui interim contraxerunt, eſſe præferendos, eo
quia ante dictum diem non eſt nata actio.
Ex his Mag. Curia die 15. menſis Decembris
anni 1606. in cauſa inter Camillam Scoppam,
& D. Ioannem Vrriam iudicauit pro credito-
re, qui contraxit ante matrimonium poſt ſub-
ſcriptionem capitulorum, & eum prætulit mu-
lieri petenti dotem, & decretum exiuit confir-
matum per S. C. ſub die 21. Maij 1607. proceſ-
ſus Mag. Curiæ eſt in banca Pinti pro Apicel-
la, & in S. C. in Banca Borrelli.

## ARGVMENTVM.

*Mulier an poſſit agere ſoluto matrimo-
nio ad exactionem dotis viro pro-
miſſæ abſque ceſſione.*

## SVMMARIVM.

1 *Mulieri ſoluto matrimonio an competat actio
recuperanda dotis viro promiſſa abſque
ceſſione ab haredibus viri, & n. 5 6. & 8.*
2 *Actio recuperanda dotis viro ſtipulanti com-
petit.*

4 *Mulier præſumitur dotis ſtipulationem feciſſe.*
5 *Mulier ſoluto matrimonio habet poteſtatem vendicandi res dotalis.*
7 *Dos conſtante matrimonio eſt in dominio mariti.*
9 .. *eſt primum patrimonium mulieris.*
10 *Mulier in rebus dotalibus inæſtimatis exigendis habet reuendicationem.*
11 *Mulier ſoluto matrimonio agit ad exactionem dotis vtili illa actione, quæ ex æquitate competit, directa remanente inutili penes hæredes viri.*
12 *In electione hæredum viri erit, an velint ſoluere dotem non exactam à viro.*
13 *Circuitus inutiles ſunt euitandi.*
14 *Aequitas ſcripta præfertur rigori.*

## DECISIO CXXX.

Controuerſia eſt inter duos Præſides deciſionum Collectores, Guidonem Papam, v. g. Gratianopolitani Parlamenti, & D. Vin-
1 centium de Franchis Sacri Concilij Neap. Primus actionem de dote conſequenda mulieri ſoluto matrimonio competere in Parlamento fuiſſe concluſum teſtatur *in quæſt* 5-5 quamvis marito ſtipulanti eſſet dos promiſſa: alter verò negat, niſi ab hæredibus viri ſit præſtita actio, vel agat actione hypothecaria contra promiſſorem, vt nomen debitoris viri, & ita refert deciſum per S. C. *in deciſ.* 33.

Fundamenta deciſionis Concilij Neap. ſunt.

2 Primò ex tex *in l ſi pro te pater C. de dot. promiſſ* vbi actio recuperandæ dotis viro ſtipulanti competit, non vxori.

3 Secundò, ex tex. *in l. ſi ſocer § Lucius ff. ſolut. matrim.* vbi etiam ſoluto matrimonio mulieri non competit actio, niſi ſit præſtita ab hæredibus viri, ea quidem ratione, quia ſi actio reſidet in perſona viri, viro mortuo tranſit in eius hæredes, non autem in vxorem.

Authores huius opinionis refert Præſ. de Franch. *in d. deciſione.*

4 Fundamentum affirmantis eſt æquitas, pro qua offertur tex. *in l. vnica § videamus C. de rei vxor. actio.* ibi, *æquiſſimum nobis viſum eſt, & in §. accedit*, ibi, *tunc præſumatur & mulierem ipſam ſtipulationem feciſſe* iux. tex. *in cap. dilecti filij*, ibi, *prouideatis attentiùs.*

5 Secundò, ex tex. *in l. in rebus C. de iur. dot.* ibi, *mulierem in his vendicandis, omnem habere poſt diſſolutum matrimonium prærogatiuam, inhibemus.*

Tertiò, ex tex. *in l. tali § final ff de iur. dot.* ibi, *cui actio de dote reddenda eſt*, quem ad hoc allegat Andr. de Iſern. *in tit. de nat. ſucceſſ feud. col. 7. verſ. ſi verò marito.*

[Qu]artò, ex *l. Caius Seius ff ſolut. matrim.* vbi actio de dote datur mulieri, quamvis ſtipulatio non interuenerit.

Huius opinionis *DD.* ſunt glo *in l. ſi ſocer. §. Lucius in verb. reddituros* ibi, *vel meliùs non ſecuta dote*, Andr. de Iſern. *in d. c. 1. de nat. ſucceſſ. feud in d. verſ ſi verò marito*, Boer. *deciſ.* 328. *num.* 2 Caball. *in recoll. comm. opin. in tit de iur. dot. concl.* 3. *in* 4. *limitatione*, Gabr. *conſ.* 713. *num* 44 *lib* 5. Barboſ. *in* 3. *par. l. prima num* 11. *verſ. quamvis ex æquitate ff ſolut. matrim.* Anna *ſingul* 601. *in fine*, vbi refert, veram eſſe deciſionem Guid. Papæ, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 49. *n.* 24. *verſ. prout etiam dicimus, quod mulier*, reſpondens fundamentis contrariis.

Aequitatem iuxta Gratianopolitani Senatus 6
ſententiam nunquam reſpuit meis temporibus
Magna Curia, & Sacrum Concilium, quæ ea 7
quoque ratione ſuaderi poteſt, nam ſi viro ſti-
pulanti actio competebat, hoc oriebatur ex eo,
quia dos in dominio mariti, conſtante matrimo- 8
nio erat, *l. doce ancillam C. de reiuendic.* at mari-
to mortuo, vtilis actio mulieri danda eſt, cum 9
proprium ipſius patrimonium ſit dos, *l. denique*
*§. ſed vtcum ff. de minor.* quin etiam habet in re- 10
bus dotalibus inæſtimatis exigendis reiuendica-
tionem ſaltem vtilem Azo *in ſumma C. de iur.*
*dot. in §. ſit autem exactio*, & illa directa, quæ ad 11
hæredes viri eſt tranſlata, penitus tollenda eſt,
arg. *l. in cauſa in fine ff. de procur.* niſi hæredes
viri velint ſoluere dotem non exactam à viro, 12
cum in eorum electione ſit iuxta dicta per *DD.*
*in d. §. Lucius.*

Inſuper hac æquitate attenta inutilis circui- 13
tus vitatur iuxta tex *in l. dominus in fine ff de condict. indebit* & eò maximè ſeruanda eſt in Regno, in quo proceditur ſola facti veritate inſpecta.

Ad adducta per D. Vinc. de Frãch. reſpondetur.

Primò, tex. *in l. ſi pro te pater*, loqui conſtante matrimonio.

Et textum *in d. §. Lucius* loqui de rigore, ſecus 14
verò de æquitate ex tex. *in d. §. videamus* ibi, *æquiſſimum eſt*, quæ æquitas præfertur rigori, *l. placuit C. de iudic.* & ſi Præſ. de Franch. dicat *in d. §. videamus* tractari de repetitione dotis à viro, vel hæredibus viri, nihilominus idem dicendum erit in dotis exactione ab his, qui dotem dare ſtipulati ſunt, cùm *in §. videamus* id ex æquitate mulieribus ſit conceſſum quamvis cohæredibus actio competebat, quod idem erit in caſu, de quo agitur, & in vtroque caſu actio conſolidabitur in muliere pro qua præſumitur ſtipulatio *d §. accedit*, cum eius patrimonium ſic dos, vt ſupra fundatum eſt.

## ARGVMENTVM.

*An per iudicium motum a muliere propter viri inopiam pro aſſecuratione dotium, nondum probata viri inopia, impediatur earundem rerum venditio, quæ virtute ſententiæ, creditore hypothecario inſtante, in executionem capta fuere.*

### SVMMARIVM.

1 *Mulier pro dotis exactione agens ob viri inopiam, ea nondum probata, an impediat venditionem eiuſdem rei, ſuper qua aſſecurari petit; & quæ virtute ſententiæ, creditore hypothecario inſtante, fuit in exequutionem capta, & per totum.*
2 *Negatiuæ ſententiæ authores recenſentur.*
3 *Actio repetenda dotis conſtante matrimonio mulieri non conceditur, niſi probata viri ad inopiam vergentia.*
4 *Intellectus ad* tex. in l. is, à quo fundus, de reiuendicat.
4 *DD. qui affirmatiuam ſequuti ſunt ſententiam, commemorantur.*

6 *Procarinm,*

6 ...ū... , & conſtitutum cum pacto de capiendo quid operetur.
7 *Mulier poteſt conſtante matrimonio agere contra tertios poſſeſſores rerum mariti poſteriores, ac potiora iura non habentes.*
8 *Retentio bonorum viri mulieri conceditur pro eius dotibus, ac iuribus dotalibus.*
9 *Et praxi receptam ſequimur ſententiam.*
10 *Cautela in materia aſſecurationis, remiſſiuè.*

## DECISIO CXXXI.

1 PRo negatiua iudicauit Senatus Pedemonta-
2 nus, vt teſtatur Theſaur. *deciſ.* 207. pro qua opinione ponderatur Cyn. & Bar. *in l. cum tibi C. qui potior. in pignor. habean.* idem Bar. Thom. Parpal. & Alex. *in l. ſi conſtante ff. ſol. matr.* Paul. de Caſtr. *in l. 2. col. prima* & Aret. *ff. ſolut. matrim.* Socin *conſ.* 3 Marſ. *in rubr ff. de fa'ſ.* in hanc ſententiam videtur quoque inclinare Fab. de Anna *in conſ.* 60. *n.* 1.

3 Fundamentum huius opinionis eſt, quia non eueniente caſu dotis exigendæ non datur ſibi actio, ita vt deneganda ſit etiam exceptio conſtante matrimonio, cum non detur actio repetendæ dotis, niſi probata vergentia viri ad inopiam, probatur ex *d. l. ſi conſtante*, ibi *exinde dotis exactionem competere, ex quo euidentiſſimè apparuit mariti facultates ad dotis exactionem non ſufficere*, quæ plenè probanda eſt, quia contra extraneum agitur, Bart *in d. l. ſi conſtante* communiter receptus, refert per Beniutend. *deciſ. Bonon.* 68. *num.* 1.

4 Mulieri poſſet eſſe conſultum ſuper pretio per cautionem iuxta tex. *in l. ſi, à quo fundus ff. de reiuendic.* qui quamvis loquatur, quando agitur de ſententiæ exequutione, vt per Andr. Gayll. *lib.* 1. *obſeruat. cap.* 70 *num.* 15. attamen ſeruandum id erit in quolibet tertio comparente poſt iudicium Intentatum, Fachin. *controuerſ. c.* 5. *lib.* 1. Præſid. de Franch. *deciſ.* 162. *à num* 6. qui tenet, cauſam eſſe criminalem propter periurium, ideò non poſſe filium agere contra patrem virtute inſtrumenti ſeruata forma Ritus Magnæ Curiæ, vbi ſupereſt remedium ordinarium ciuile n. 8 quia filius non accuſat patrem, vt not. *in l. ſi magnum, C. qui accuſ. non poſſ.*

Idem in fratre, Theſaur. *deciſ.* 119. Freza. *de præſent. inſt. p.* 12. *q.* 1.

Et quid in genero contra ſocerum, Frezz. *loc. cit.* & Præſid. de Franch. *dec* 366. Borrell. *in ſum. deciſ. de inſtrum. liquidat. & execut. num.* 35. & quid in matre, Amen. & alij Addent. *ad d. deciſ.* de Franch. 162. & quid contra ſocium, Theſaur. *in d. dec.* 119 *n.* 2. *verſ. ſecun o, quia ſocius.*

Sed fuit dubitatum, an ad patris inſtantiam contra filium poſſit iuxta Ritum procedi ad liquidationem. Et idem exiſtimo, pro quo facit naturalis amoris, & charitatis ratio, quem crudelis eſt ille, qui carnem ſuam odio proſequitur, 13. *q.* 2. *c. non æſtimemus*, 19. vnde à pœna ordinaria filius à patre oblatus, qui fuit deſertor militiæ, excuſatur, *l. militor agr. m.* § *deſertores ff. de re milit.* ne videatur pater, filium ad ſupplicium obtuliſſe, ideò congruentiùs eſt, rem inter patrem, & filium, intra domum terminari *l. congruentius, C. de pat. poteſt.*

Et ſicut denegatur filio contra patrem, ita eſt deneganda patri contra filium hæc via Ritus: quia à correlatiuis validum eſt argumentum, *l. fin. C. de indict. vid. toll.* cumulat DD. Barboſ. *in vol. tract. de locis communib. argum. iur. loc.* 29. *à correlatiuis*, Franc. Caſtill. *deciſ.* 175. *n.* 14. & in propriis terminis in patre, & filio, quod diſpoſitum in vno correlatiuorum locum habeat in alio, etiam in pœnalibus, & correctoriis, fundat Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 19. *n.* 4. quem Barboſ. refert, & ſequitur *loc. cit. n.* 5. *verſic. amplia etiam in pœnalibus.*

Pater, & filius ſunt correlatiui, & diſpoſitum de vno cenſetur etiam in alio diſpoſitum, *l. fin.* vbi DD *C. de indict. vidui. l.* 1. *C. de expreſſ. libr.* 12. *l. in ſuis ff. de liber.* & poſt. Graſſ. *in tract. de except. except.* 5. *n.* 1. facit etiam quando filius conuenitur à patre, gaudet priuilegio, ne conueniatur inſolidum; ſed deducto ne egeat, vel quatenus facere poſſit, Fab. Io. de Plat. Ang. & Iaſ. *in* § *ſunt præterea, inſtit. de act.* cum reliquis adductis per Caroec. *de except. excep.* 25. *n.* 63. *verſ. & quando filius conuenitur.*

Quod ſeruari poterit in muliere iſta comparente poſt executionem: æquum enim non videtur negligentiæ mulieris ſubuenire in damnum vigilantis, ad tex. *in l. ſi pupillus ff. quæ in fraud. credit. l. non enim negligentibus ff. ex quib. cauſ. maior.* non enim ſuccurritur mulieri, quæ mox viro inchoante male ſubſtantia vti non auxiliata eſt ſibi, § *illud quoque in auth. de æqualitate dotis.*

Affirmatiuam ſequuti fuerunt Bal. Nouell. *in tract. de dote in* 7. *par. priuil.* 24. Neguſant. *in tract. de pignor. in* 1. *membr. quinta partis n.* 29. Caſſan. *ſuper conſuetud Burgund. fol* 185. *n.* 9. Rebuff. *ſuper conſtit. Franc. tit de conſt. redit. gloſſ.* 14 *n.* 43. *fol.* 589. Grammat. *deciſ.* 92. *n.* 18. Maxill. *ad conſuet.* Bar. *in conſuet. marito ad inopiam vergente n.* 14. Roland. *conſ.* 51. *lib.* 1. *n.* 32. Viſill. *ad deciſ.* Afflict. 199 Anna *ſingul.* 389. 5

Fundamentum affirmatiuæ eſt precarium, & 6 conſtitutum cum pacto de capiendo, virtute cuius eſt, non liquidato negotio, poſſe exequi contra quemcunque, vt per Gramm. Maxill. & Viſill. *loc. cit.*

Pro hac quoque ſententia Theſaur. *d. deciſ.* ponderabat tex. *in l. vbi adhuc C. de iur. dot.* ibi, 7 *contra detemptores rerum ad maritum ſuum pertinentium ſuper iiſdem hypothecis aliquam actionem ſecundum legum diſtinctionem moueat, non obeſſe ei matrimonium adhuc conſtitutum ſancimus, ſed ita eam poſſe eaſdem res vendicare, vel à creditori us poſterioribus, vel ab aliis, qui non potiora iura legibus habere noſcuntur.* patet ex his, poſſe contra tertios poſſeſſores agere, quod ſi poteſt vendicare à creditore, poterit agere, & fortiùs excipere, vt circuitus euitetur, & ſi poteſt agere contra tertios poſſeſſores, qui res mariti poſſident, quantò magis poterit contra creditorem de ſuo iure excipere, & virtute ſuæ hypothecæ illum excludere, qui adhuc in poſſeſſione non eſt, vt faciliori remedio illi ſubueniatur; non eſt enim legis beneficium coarctandum per quod mulieri data eſt facultas agendi quandocunque pro tuitione ſuorum iurium, ſiue ante, ſiue poſtquam creditores contra maritum agunt.

Grammat. *in allegat. deciſ.* afferebat quoque pro 8 hac opinione, quod dicit Bart. *in l. ſi filiofam. vt ff. ſolut. matrimonio cum concordan.* retinere vxorem poſſe bona viri pro eius dotibus, & iuribus dotalibus.

Et ſecundum hanc opinionem ſeruatur in M. C. pro qua facit, quia per venditionem læderetur mulier,

mulier, quæ veniret priuata illa cantela, quam in materia aſſecurationis conſiderauit in iure offerendi Dom. de Franch. *deciſ.* 54 nam non daretur ei actio contra legitimum emptorem ad relaxationem rei iuxta tradita per D. de Franc. *in deciſ.* 120. *num.* 8.

Creditores an habeant ius offerendi dotem in pecunia mulieri agenti pro aſſecuratione ob vergentiam viri ad inopiam, & quid ſi bona, ſuper quibus petitur aſſiſtentia, commodam non recipiunt diuiſionem, & an aſſecuratio ſit facienda iuxta apprętium faciendum per æſtimatores, vel per licitationem, & ſubhaſtationem, latè examinantur per D. Hectorem Capyc. *deciſ.* 42. qui orator Ciuitatis Neapolitanæ ad Catholicam Maieſtatem acceſſit per quem cognitis eius meritis, ad Collaterale Conſilium euectus fuit.

De qua materia aſſecurationis dotium ob vergentiam viri ad inopiam multa habentur per Horatium Viſc. *in concluſ. iur. in verb. mulier*, 1. *col. fol.* 189. & per Marium Giurbam *dec.* 16. & an detur via exequutiua ex contractu matrimonij, Garſia Maſtrill *deciſ.* 132. *lib.* 2. Muta *deciſ.* 23. Fontanell *de pact. dotal. clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *part.* 3. *num.* 19. & 25.

## ARGVMENTVM.

*Sententia aſſecurationis dotis, marito ad inopiam vergente, eſt executioni demandanda, non obſtante appellatione.*

### SVMMARIVM.

1 *Appellatio executionem non impedit ſententia aſſecurationis dotis lata ob vergentiam mariti ad inopiam, & ita deciſum.*

2 *Item appellatio à decreto pro alimentis præſtandis ad finem retardandi executionem non conceditur, nec appellans in cauſa appellationis auditur, niſi alimenta prius ſoluerit, etiam ſi iure act. petantur, data alimentarij inopia.*

3 *Appellatio etiam à decreto, quod exfractent turbantes ſtudia ſcholarium, executionem non retardat.*

4 *Neque per appellationem, à ſententia ſuper mercede famuli retardatur exequutio.*

### DECISIO CXXXII.

1 SEntentiam aſſecurationis dotis, marito ad inopiam deducto, eſſe executioni demandandam, non obſtante appellatione cenſuit Sacrum Concilium in cauſa Anibalis Medici cum Camilla Roſſà ſub die 17. Ianoarij 1621. in banca Galterij ex dictis per Bald. Nouelli *in tract. de dot. par.* 8 *priuileg.* 7. *ſeptimo ſpeciali* vnà cum fructibus, quibus mulier ad ſuſtentationem, tàm ſui quàm mariti, filiorumque ſi quos habet vtatur iuxta tex. in *l. vbi adhuc C. de iur. dot.* vnde

2 ſequitur, quod non retardetur exequutio per appellationem; a decreto enim pro alimentis præſtandis non datur appellatio ad finem retardandi executionem. *l. fin. ff. de appellat. recip.* etiam ſi iure actionis petantur, data inopia alimentarij, quia ſub eſt celeritatis cauſa, Surd. *in tract. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 60. *num.* 21. *verſ. hoc tamen, quod dicitur de iure actionis*, & non auditur appellans in cauſa appellationis, niſi prius ſoluerit alimenta, idem Surd. *priuileg.* 96. *num.* 1.

Nec retardatur executio per appellationem à 3
decreto, quod exfractent turbantes ſtudia ſcholarium, Bart. *in l. primo in fin. de ſtud. liberal. lib.* 10. nec à quolibet ſententia exfractationis appellare 4
licet, Grammat. *deciſ.* 58. *n.* 15. neque à ſententia ſuper mercede famuli Anna *ſingul.* 41.

## ARGVMENTVM.

*Mulier vidua, an, & quando pro alio intercedens, validè obligetur, & exceptione* Velleiani *non iuuetur. Et an, & quando in iudiciis, & aduerſus ſententiam reſtituatur. Et paupertas an, & quomodo à deſertione appellationis excuſet.*

### SVMMARIVM.

1 *Vidua pro filio, contra quem erant litera exequutoriales realiter, & perſonaliter expedita, intercedens præuia Collateralis Conſilij diſpenſatione in forma communi*, licet quia vidua, *an velleiano iuuetur, & num. ſeqq.*

*Et deciſio negatiua recenſetur, n.* 5.

2 *Mulieri enim intercedenti velleiano non ſuccurritur, vbi iuſta, & honeſta interueniens cauſa, videlicet pro liberando à carceribus filio.*

3 *Mulier pro liberando viro intercedens validè obligatur, ſiue carceratio ob eius culpam proceſſit, ſiue ex alia cauſa.*

4 *Item locum ſibi vendicat, quando fideiubet cauſa eximendi virum ab executionibus, & periculo, ne vadat ad carceres*

6 *Nec in his caſibus per ſententiam excluſa iuuatur beneficio reſtitutionis in integrum, & cum ratione, & ita deciſum.*

7 *Mulier vidua, paupertate non probata aduerſus ſententiam non reſtituitur maximè in Regno per* Conſtit. Obſcuritatem, *per quam mulieres in iudiciis tantùm reſtituuntur, donec ſcilicet iudicium agitur, ſiue agitetur, non vſque iudicio iam finito, & num.* 9.

8 *Mulieres viduæ prærogatiuas tantum iudicum, non autem temporum habent.*

9 *Viduitas egeſtati coniuncta eſt maioris virtutis circa reſtitutionis materiam, quam ſimplex viduitas, & ita deciſum n.* 10.

### DECISIO CXXXIII.

ANtonia Gàllà vidua interceſſit pro filio, 1
contra quem erant expeditæ literæ exequutoriales realiter, & perſonaliter, præuia diſpenſatione Collateralis Concilij in forma communi, *liceat, quia vidua* Oppoſita deinde exceptione velleiani, fuit reſolutum velleiano non iuuari, ſequendo opinionem relatam per Dom. Vincen. de Franchis *deciſ* 613. *num.* 16. *verſ. ſed dicebatur contrarium præditum*, & ſi D. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de diuerſis promiſ. in cap.*

*cap.de decretis Collateralis Concilij ſuper obligatione,ſeu alienatione rerum dotalium num.*15.contra
2 dictam deciſionem multa adduxit, accedente quoque in caſu, de quo agitur, juſta,& honeſta cauſa,videlicet pro liberando à carceribus filio,eo caſu mulier non iuuatur velleiano,Dom. Vincent.de Franch. *deciſ.*279 *num.*16.*verſ.licentia debet eſſe*, & fundat Dom de Ponte *in d.cap. de decretis Collateralis Concily à num.* 25. *vſque in finem*, vbi *num.*52. reſpondet fundamento *deciſionis Vincenty de Franch.*578. qui contrarium ſuſtinuit, & deciſum refert.

3 Sicut pro liberando viro,Grat. *diſcept.forenſ. cap.*108. *tom.*1 nulla facta diſtinctione, an carceratio proceſſerit ob eius culpam, vel *ex* alia cauſa, cùm validè obligati pro cauſa, prædicta ex adductis per Paſcal. *in tract.de virib.patr.poteſt par.*3. *c.*5. *n.* 14. *verſ.& ſecundum hanc opinionem.*

4 Et idem erit dicendum, quando fideiubet ob cauſam eximendi eum ab exequutionibus, & periculo, ne vadat ad carceres, quod optimis mediis fundat Grat. *diſcept forenſ. in d.cap.*108. *num.*36. *verſ. an autem in caſibus*,Surd. *conſ.*267. *n.*14.*& ſequ.vol.*3. Paſcal. *in præcitato loco n.* 15. *verſ. qui fortius hanc concluſionem.*

5 Ex quibus de anno 1619. fuit iudicatum non eſſe ſuccurrendam remedio velleiani dictam Antoniam Gallam ad inſtantiam hæredum qu. Petri de Notario in banca Sarri.

6 Et cum eſſet pro parte dictæ Antoniæ Gallæ petita reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam, fuit ſub die 21. Februarij 1620. iudicatum, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum.

7 Non ſolùm quia non aderat læſio, ſed etiam, quia mulier vidua non probata paupertate aduerſus ſententiam non reſtituitur,Doctores hanc ſuſtinentes opinionem congerit Cæſar Bartiis *deciſ. Bononienſ.* 74. *n.* 35. *verſ.an iſta mulier vidua*, quam communem eſſe teſtatur, & ſi alij DD contrariam amplexi ſint, quos idem affert inferius *num.* 58. attamen articulus non fuit in illo Senatu ex terminis iuris commun. deciſus
8 ibi *n.*61. *verſ. nihilominus domini pro nunc*. & in Regno per Sacrum Concilium negatiua opinio recepta fuit pro qua facit, mulieres viduas prærogatiuas iudicum tantùm habere, vt *C.quando Imperat.l. vnica*, non autem prærogatiuam temporum, quia nulla lex hoc conſiderauit Bald. *conſ.*449.incipien. *quæritur, vtrum vidua pauperi*, maximè in Regno, in quo eſt prouiſum per *Conſtit.Regni obſcuritatem* in iudiciis tantùm eſſe reſtituendas mulieres, donec ſcilicet iudicium agatur, non vtique iudicio iam finito, gloſ *in d. conſt. Obſcuritatem in verb. in iudiciis tantùm*, quam ſequuntur Andr.ibidem *in princip.*& Afſl. *num.*5. Sfor Odd. *in tract. de reſtitut. par. prima quæſt.*10. *art.*6. *n.*39. D.Vincent.de Franch.*deciſ.* 248. Dom.Reg.Rouit. *in pragm.*1.*de minor.n.*21. *verſ.dicèt ſtetis ſit in muliere.*

9 Tunc enim reſtituenda eſſet, quando cum viduitate paupertas concurreret, quod Iudicis arbitrio remittitur, *l. pauperes ff. de excuſ. tutor.* vbi gl. & DD. ità quod non potuiſſet ob paupertatem appellationem proſequi; nam non læditur ex temporis curſu,qui negligens non fuit, vnde paupertas excuſat à deſertione appellationis ſecundùm Bal. *in l. acceptam* 23. *q. C. de vſuris*, Viuius *deciſ.* 268. *num.* 5. *verſ. ſimiliter paupertas*. Sforza Odd. *in d.tract.art.*9. *par. prima quæſt.* 11.

Quæ reſtitutio arbitrio Iudicis concedi debet, 10
cognito ſcilicet, quod illa paupertas talis ſit, excuſet, Sfor. Odd. *in d. art.*9. *in fin.* & ita fuit obſeruatum ſub die 5. Nouembris 1619. in cauſa Martiæ Craſſæ, nam fuit reſtituta ad appellandum, elapſo tempore appellationis, captâ priùs informatione de paupertate.

## ARGVMENTVM.

*Priuilegium eligendi forum tàm de iure communi, quàm de iure Regni, an competat minori puberi, qui in poteſtate deſinit eſſe, vel morte, vel emancipatione etiam in iudicio redditionis rationum tutelæ contra tutorem moto.*

## SVMMARIVM.

1 *Priuilegium eligendi forum tàm de iure communi, quàm de iure Regni minori puberi, qui deſinit in poteſtate eſſe, vel morte, vel emancipatione,an competat,& n.ſeqq.*

*Et affirmatiuè deciſum fertur etiam in iudicio redditionis rationum administrationis tutelæ contra tutores conuentos moto in alio, quàm adminiſtrationis loco per viam electionis fori, & cum quo moderamine n.* 7. *& 9.*

2 *Electio fori pupillis, ac miſerabilibus perſonis conceſſa dicitur.*

3 *Miſerabiles perſonæ quæ ſint, remiſſiuè.*

4 *Et pupillus quis dicatur.*

5 *Priuilegia omnia pupillis conceſſa,omnibus aliis perſonis, quæ per adminiſtratores reguntur, conceſſa cenſentur.*

6 *Rationes vbi reddendæ ſint,arbitrarium eſt Iudici.*

8 *Verùm in loco adminiſtrationis ſufficiens inſtructio, & nota teſtimonia, ac veriſſima præſtari poſſunt documenta.*

## DECISIO CXXXIV.

PRiuilegium eligendi forum ex diſpoſitione 1
*l.vnica C.quando Imperator inter viduam, & pupill.ex conſtit. Statuimus, & rit. Magna Curiæ ſub n.*230. ſecundum ordinem Carauitæ cum ſequentibus, an competat minori puberi,qui deſinit in poteſtate eſſe, vel morte vel emancipatione, fuit controuerſia inter nouiſſimos Regnicolas.

Negatiuè reſpondit Nouar.*in prax. elect. fori quæſt.*6.*n.*5.ſic conſuluiſſe referens, maiorem ſcilicet quatuordecim annorum non gaudere fori electione,authoritate Caueuſ.*in pragm. curſu dilationum ſub n.*28. quam refert, & ſequitur Viſcont.*in addit. ad deciſ.* D. de Franch.100. *n.*17. & teſtatur ſic deciſum.

Pro qua ſententia facit,quia pupillis conceſſum 2
eſt forum eligere, *l.prima C.quando Imper. inter pupill.& vidu.ibi,quod ſi pupilli*,item per *rit.præalleg. Mag.Cur.& per Conſt.Regni Statuimus miſerabilibus perſonis*,quæ enumerantur pro Rebuff. 3
*in conſt.Regn.Franc.in tract.de ſentea.prouiſ.art.*3. *gloſ.fin. in princ.* Carauit.rit. 233. *num.*7. & per

Nouar

Nouar. *in d. prax. ſect. primo q. 4. & ſeq.* inter quas
4 enumerat pupillos: pupillus autem dicitur impubes, & non in poteſtate, *l. pupillus de verbor. ſignif.* gloſ. *in d. l. prima C. quando Imper. inter vid. & pupill. in verb. contra pupill.* & dicitur pupillus propriè is, qui cum impubes ſit, deſinit in patria poteſtate eſſe, vel morte, vel emancipatione, vide Anton. Fumeum *in tract. de ſubſtit.* maſcul. à 7. anno vſque in 14. puella verò vſque in 12. ſic vocatur.

5 Contrarium ſuſtinet Paſcal. *in tract. de virib. patriæ poteſt. par. 2. c. 2. n. 92. verſ. nihilominus ego puto*, eo fundamento, quia omnia priuilegia pupillis concesſa cenſentur eſſe conceſſa omnibus aliis perſonis, quæ per adminiſtratores reguntur ex notab. doctrina gloſ. *in l. 1. C. de curator. furioſ.* cum aliis per eum adductis, at cum adultos maſculi quatuordecim annis, minor autem decem, & octo, parte orbatus curatoris adminiſtrationi ſubiaceat ex identitate rationis hoc fauorabili priuilegio carere non debet, quod probat ex authoritate Couarrn. *pract. quaſt. cap. 6. n. 2. ver. praxis verò hoc priuilegio.*

6 Eo maximè in caſu, de quo agitur, in quo petierunt minores compelli conuentos tutores ad reddendum rationes adminiſtrationis tutelæ eligendo Sacrum Concilium in forum, quæ arbitrarium eſt iudici mandare, vbi ſint reddendæ, *l. talis § Priſcus ff. de condit. & demonſtr.* Eſcobar. *de ratiocin. c. 7. n. 59.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 5. caſu 468.* Farinac. *dec. 607. in 2. par. tom. 1.*
7 fuit in Sacro Concilio iudicatum gaudere fori electione: verùm quia conſideratum fuit, in lo-
8 co adminiſtrationis, ſufficientem inſtructionem, noua teſtimonia, & veriſſima poſſe documenta præſtari *l. 2. in fin. C. vbi de ratiocin. tàm publ. quàm priuat. agi oport. ideò.*

9 In cauſa Matthæi, & Sebaſtiani Riueræ cum Franciſco Oliua, & Troiano Riuera in banca Scacciauenti per S. C. prouiſum fuit, quod fiat diſcuſſio computorũ in partibus, qua facta tranſmittatur ad S. C. in quo decidantur dubia.

Fori electio an competat in cauſa ſyndicatus, pro negatiua faciunt adducta per Nouar. *in tract. de elect. & variat. for. quaſt. 17. & quaſt. 34. & in prax. miſerab. perſon. priuileg. 65.*

## ARGVMENTVM.

*Fiſcus quando præferatur in alienatione. Ciuitas Neapolis, quæ ſollemnitates ſeruare debeat in electione legati. Neapolitanis an poſſint fieri mandata ſub pœna pecuniaria, & in eiuſa contrauentiones executioni demandari.*

## SVMMARIVM.

1 *Aqua, quæ oritur in publico ſolo Regis eſt.*
2 *Aqua, quæ oritur in territorio priuati, eſt domini ipſius prædij.*
3 *Aqua, quæ intrat naturali curſu per territorium alicuius, fit domini ipſius territorij.*
4 *Vendere quis non cogitur regulariter & iuſto pretio.*
5 *Princeps non poteſt compellere ad ſibi vendendum rem allodialem.*
6 *In venditione rei feudalis præfertur dominus directus.*
*Secus in allodialibus.*
7 *Fiſcus non intelligitur in aliquo priuilegiatus, niſi ſpecialiter appareat, & vtitur iure communi, niſi in caſu, vbi conſtat de eius priuilegio.*
8 *Sollemnitates, quæ requiruntur in tranſmiſſione legati ad Regiam Maieſtatem.*
9 *Eccleſiaſtica perſona an poſſit in legatum eligi ad Regiam Maieſtatem per Ciuitatem Neap. & num. 20.*
10 *Vniuerſitates, & eius quarteria ſi ſint in quarteria diuiſa, poſſunt ſtatuta condere pro eorum adminiſtratione.*
11 *Vniuerſitates, ſeu quarteria quando poſſint mutare ſtatuta ex tacito conſenſu.*
12 *Vniuerſitates, ſeu quarteria, dum contra eorum ſtatuta aliquid diſponunt, reuocaſſe cenſentur.*
13 *Et quid ſi in ſtatuto adſit clauſula annullatiua.*
14 *Sollemnitates, quæ requiruntur pro electione legati ad Maieſtatem Regis, & quæ ſunt ſeruanda per Ciuitatem Neap. in ipſius electione, & num. 15.*
16 *Aſſentire qui tenetur, ſi recuſat, habetur, ac ſi aſſenſum præſtitiſſet.*
17 *Rex ſi tenetur aſſenſum præſtare, & denegat, habetur pro præſtito.*
18 *Aſſentire denegans, qui tenetur, dicitur afficere iniuria.*
19 *Ciuitas Neapolitana poteſt legatum ad Regem mittere petita prius licentia Proregis etiam non obtenta, & n. 38. & 39. Sed poſtmodum per literas Regis eſt impetranda licentia ab ipſo Rege, num. 40.*
21 *Legatus ſi ſit legitimè electus, vel ne, Hiſpania cognoſci debet.*
22 *Conuenticula quando dicantur, & quibus pœnis puniantur.*
23 *Iudicis poteſtas non poteſt excedere, quod eſt petitum.*
24 *Bona Neapolitanorum nec publicantur, nec fiſco acquiruntur pro pœna contumaciæ ex priuilegio.*
25 *Priuilegium hoc an extendatur ad pœnam ſpreti mandati, & num. ſeq.*
26 *Determinatio reſpiciens plura determinabilia ea pariter determinat.*
27 *Renunciare iuri ſuo nemo præſumitur.*
28 *Priuilegia dubia interpretanda ſunt in beneficium priuilegiati.*
29 *Priuilegium non reuocatur tacitè, ſed expreſſis verbis.*
30 *Priuilegia conceſſa pro ſeruitiis, & donationibus ſunt irreuocabilia.*
31 *Princeps licet ſit legibus ſolutus tenetur obſeruare contractum.*
32 *Priuilegia iurata ex quacunque reuocatione generali, vel particulari, non tolluntur.*
33 *Conſuetudo eſt optima legum interpres*
34 Dom. Reg de Pont. in tract. de pot. Proreg. de prouiſ. ſiue. ſolit. n. 20. *impugnatur, & num. ſeq.*
35 *Princeps plenitudine poteſtatis decenter, & ſecundum ius vti debet.*
36 *Ad Principem ſpectat priuilegia interpretari.*
37 *Decuriones ſiue Electi, & deputati pro obſeruantia priuilegiorum Ciuitatis Neapolis in quibus caſibus Regem certiorare debeant.*

DECI

## DECISIO CXXXV.

Ciuitas Neapolis ære alieno onerata, ſpe
commodi, & lucri aquam naſcentem in
territorio Monaſterij Sancti Seuerini emit, vt mo-
las aquarias conſtrueret. Dum ſtipulari intende-
bat Lemenſium Comes, tunc Regni Prorex,
mandauit per plures codicillos, quod abſtineant
à ſtipulatione, donec aliter, interim fiſci patro-
nus pro Regio patrimonio in fiſci commodum
1 conſtruendas eſſe poſtulauit. Ad quod replica-
batur pro Ciuitate, nullo iure eſſe hoc fiſco per-
miſſum, nam etſi aqua, quæ oritur in publico
ſolo, ſit Regis, ex dictis per Dom. Vinc. de
Franch. *in deciſ. 183. in fin.* & ex aliis adductis per
D. de Punte *in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de*
2 *abundant Ciuit § 6 num. 6*, attamen ea, quæ oritur
in prædio priuati, ipſius prædij domini eſt, vt ar-
genti fodinæ *ff. de reb eorum l. 3. in fin & l ſequen.*
Andr. *in tit. quæ ſint regalia § flumina nauigabi-
lia verſ. hæc ſunt Ciuitatum*, & non dicitur de re-
3 galibus, Ann. *alleg.* 79. & non ſolùm ſi naſcatur
in prædio priuati, erit ipſius prædij domini, ſed
4 etiam ſi in eum intret, & per eum tranſeat, nam ſta-
tim, quod ingreditur fundum alicuius naturali
curſu, fit ipſius *l. 1. §. illud Labeo ff. de aqu. quo-
tid. & æſtiu.* per quem tex. ita dixerunt DD. re-
lati per Theſaur. *in deciſ. Pedem.* 245. incip.
*aquam num. 2.* & an metalli fodinæ in integrum
fiſco acquirantur, vide Roſental. *de regal. concluſ.*
89. poterat ergo monaſterium tanquam dominus
illam vendere, quam Ciuitas præmio decreto
Collateralis Concilij emit, quæ nulla actione à
fiſco auferri poteſt, cum nemo cogatur etiam iuſto
petito vendere, ad tex. *in l. nec emere C. de iur. de-
lib. l. inuitum C de contrah. empt. l. non enim ff. rer.
amot.* Capiblan. *de Baron. pragm prima nu.* 90. nul-
5 la igitur actione nec venditor, nec emptor ad hoc
compelli poteſt etiam per Principem iuxta ea,
quæ ponit Felyn. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de*
6 *conſtitut.* in re tantum feudali ratione directi do-
minij fiſco competit prælatio, *cap. 1. §. porrò quali-
ter olim feud. poter. alien.* in allodialibus enim
hanc prælationem non habet, arg. eorum, quæ in
ſimili probat Camill. de Curt. *in diuerſ. iur. feudal.
cap. licet autem veriſſimè num.* 40.

7 Fiſcus enim nunquam intelligitur in aliquo,
niſi appareat, ſpecialiter priuilegiatus, vt inquit Boſ.
*in tit. de fiſco, & priuileg. eius n. 76 in pract. cauſ.
crim.* & Guid. Pap. *dec.* 536. *n.* 20. & quod aduerſus
ſententiam contra Fiſcum latam in tribus tantum
caſibus reſtituitur, *l. unica, C. de ſent. aduerſ. fiſc. lat.
reſcin.* Anna *alleg. st.* 26 denegatur reſtitutio aduer-
ſus ſententias pœnales, O ll. Sforz. *q. 3. ar.* 13. *n.* 85.
& fuit iudicatum in Collaterali Conſilio non
eſſe deferendum reſtitutioni in integrum aduerſus
ſententiam remiſſionis rei ad Iudicem Eccleſia-
ſticum, per doctrinam Innoc. *in cap. coram felicis,
num. 2. de in integr reſtit.* & ex dictis per Vinc. de
Franch. *dec.* 43. *num.* 8. immò fiſcus ipſe ſemper vti-
tur iure communi, niſi in caſu, vbi conſtat ex-
preſsè de eius priuilegio, *l. fiſcus ff. de iur. fiſci,*
Viu. *in deciſ.* 537. *num.* 10. & 11. prælationis
priuilegium in feudalibus tantùm habere reperitur
in iure expreſſum, non in aliis.

De his ſupplices literas porrexerunt D. Pro-
regi Sedilium deputati, quibus data erat facultas
tuendi iura Ciuitatis, & ſi eis videbitur ad
Regem Oratorem mittendi. Cumquè opta-
ta non obtinuiſſent, Commendatarium Fratrem
Hieronymum de Gueuara militem Hieroſolymi-
tanum delegauerunt ad Regem, petita prius li-
centia à Prorege.

Sed cum non ſolùm in aqua prædicta ducen-
da moleſtiam Ciuitati fiſcus inferret, verumetiam
vectigal, vulgò dictum *il buon denaro* vendica-
re, ædeſquè in pomariis ſuburbiis conſtructas
demoliendas minaretur, prætextu ſtatutorum
prohibentium extra Ciuitatem ædificia conſtrui,
denuò Ciuitas ex more congregata eiſdem De-
putatis poteſtatem tribuit pro omnibus Ciuitatis
neceſſitatib. (prout eis videbitur) per eundem
Oratorem Regem ſupplicandi. Abiit Legatus,
poſt cuius diſceſſum petierunt in Sacro Conſilio
aliqui ex nobilibus, decreta Curiarum declarari
inualida, eo quod in conuocatione nobilium in
eorum Curiis fuerit omiſſa expreſſio negotij, de
quo agebatur, quæ iuxta decreta earundem Cu-
riarum exprimenda erant.

Itemque electionem ipſius Legati annullan- 8
dam inſtabant ex defectu ſollemnitatum, quæ in
electione requirebantur, expreſſarum *in l. fin. C. de
legat. lib.* 10. ac etiam ex defectu perſonæ, quæ 9
tanquam Eccleſiaſtica per *pragmaticam ſub tit. de
Eccleſiaſt perſon.* reddebatur incapax.

Sed his non obſtantibus, validas deliberatio-
nes Sedilium ſuſtinebimus, Legatumque legiti-
mè electum, ac non eſſe comprehenſum in Reg.
pragmatica prohibente adminiſtrationem Eccle-
ſiaſticis perſonis.

Et quoad validitatem decretorum, etſi ſingulæ
ex quinque Curiis, in quas nobilitas diſtributa
eſt, aliquas ſollemnitates in conuocando requiri 10
ſtatuerunt abſque Regio aſſenſu, quod benè eis li-
cet iuxta tradita per Bart. *in l. omnes populi nu.* 7.
*verſ. tertiò quæro, de iuſt. & iur.* cum aliis adductis
per Fabium de Anna *conſ.* 92. *num.* 7. declar. Præſ.
de Franch. *deciſ.* 2. *num.* 30. & 32. & alios conge-
ſtit Montan. *in interpret. pragm.* 2. *de adminiſtr.
vniuerſit. num.* 317. & *ſequ.* attamen per eoſdem 11
etiam tacito conſenſu mutari poterant §. *ſed na-
turalia in fin.* Inſtitut. *de iur. nat. gent. & ciu.*
quando nec in contractum, vel quaſi tranſierunt,
nec à Principe fuerint approbatæ, ita Bart. *in l. om-
nes populi num.* 29. *ff de iuſt. & iur.* non enim
refert, declaret quis voluntatem verbo, vel facto, *l.
Paulus reſpondit ff. rem rat. hab.* Dum ergo nobi- 12
les in eorum Curiis congregati, ſollemnitatibus
omiſſis, decreuerunt, derogaſſe cenſentur illi for-
mæ, ita Bal. *in l. 1. col. 1. verſ. vnde hic quæro ff.
de legib* quem ſequitur Paul. de Caſtr. *in l. prima
in princ ff de conſt. Princ & in l. prima in princ.
ff ad l falcid. & in l. vniuerſis in fin. C. de præ-
cip. Imper. offerend. ex auth.* Bart. dicit, quod ſi
ſtatutum dicat, quod concilium debeat congregari,
& propoſita fieri certo modo, & certa forma, ſi
aliquid ordinatum, & obtentum fuit in concilio,
illud valet, & tenet, licet in congregatione, & in
proponendo petitionem, non appareat, quod ſer-
uata fuerit forma ſtatuti. Quod intelligendum 13
erit, quando aliqua forma ſimpliciter requiritur
ab aliquo ſtatuto, & ſtatutum vltra non procedit,
annullando actum in contrarium, ſecus quando
expreſsè dicitur, quod actus ſit nullus, ita Iaſon
*in l prima ff. de legib. num.* 29. & conſuluit Dec
*conſ.* 10.

Cæterùm quoad electionem Legati attinet,
ſollemnitates, quæ requiruntur per *d. l. fin.* de-
clarantur per *Regias literas poſitas infra n.* 38. quæ

vſu receptæ ſunt, & fuerunt in electione prædi-
14 cta ſeruatæ. Prima enim eſt, quod ad minus per
quatuor ex ſex Sedilibus fiat electio mata ea,
quæ latè ponit Dom. de Pom. *in tract. de poteſt.*
15 *Proreg. de abund. Ciuit.* § 7. *num.* 13. Secunda,
quod offertantur Proregi ſupplices libelli, cui præ-
cipitur per eaſdem literas licentiam impartiri;
hæc omnia fuerunt adimpleta, & ſi ſupplicatio-
ni non reſpondit, & expreſſam licentiam non
impartitus fuit, attamen quia tenebatur ex Re-
giis literis Illuſtri Principi Petræ Perſiæ tranſmiſ-
16 ſis anno 1570. vt inferius legitur *num.* 39. quæ
neceſſitatem important, habetur pro præſtita iuxta
ea, quæ dicunt DD. quando verba important
neceſſitatem conſentiendi, quod ſi requiſitus re-
cuſauerit, habetur pro conſentiente, notat Bart. *in*
*l. ſi cum dotem* §. *eo autem tempore ff. ſolut. matrim.*
17 vnde in caſibus, in quibus tenetur Rex aſſenſum
præſtare, ſi denegat, habetur pro conſentiente,
Goffred. *in cap* 1. § *donare, qualiter olim feud.*
*poter. alien.* Afflict. *in cap. feu. um ea lege, ſi de*
*feudo defuncti milit. controuerſ. fuer.* Capyc. *in repe-*
*tit. cap. Imperialem car,* 22. Lanar. *conſ.* 60 Dom. de
Pont. *de poteſt. Proreg. de aſſenſu Regio ſuper dote*
§. 1. *num.* 4. *verſ. quod in caſibus, in quibus debet*
18 *quis conſentire.* Imò dicitur afficere illum iniuria,
ſi denegat, Molfeſ. *ad conſuet. Neap. par.* 2. *de bonis*
19 *quæſt.* 7. *num.* 18. & in terminis noſtræ quæſtio-
nis poſſe etiam licentia non obtenta, dummodo
petatur, Legatum mitti, fundat D. Reg. de Pont.
*in d.* §. 7. *a num.* 3. *in tit. de abund. Ciuit.* & Garſ.
Maſtrill. *in tract. de magiſt. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 252.
qui de iure id comprobat, & Giurba *conſ* 69. qui
fundat tàm reſpectu Legati, quàm eligentium in
nullum crimen incidiſſe, eò maxime, quod ea
Regiarum literarum verbis non videtur neceſſi-
tas impoſita licentiam impetrandi, ſed ob reue-
rentiam Proregi debitam petendi tantùm iuxta
ea, quæ diſponuntur *in clem. prima* §. *volumus,*
*de for. compet.* notandum tamen eſt, quod poſt
hos anfractus gubernante Ill. Duce Oſſunatum per
Regias literas expeditas ſub die 10. Septembris
1617. prouiſum eſt, veniam à Regia Maieſtate
eſſe petendam pro Oratore mittendo, cum Ciui-
tas à Proregibus grauatur, liberè autem nulla
nec à Prorege venia petita liceat Ciuitati per epi-
ſtolas Reg. Maieſtati de Proregibus querelas
exponere, de his literis meminit D. Reg. Tap.
*d. deciſ.* 10. *num.* 8. & eas infra tranſcripſimus
*num.* 40.

Tandem non obſtat *pragm. in tit. de Eccleſ.*
*perſon.* quæ loquitur in adminiſtratoribus ad hoc,
20 vt poſſint coram Regio Iudice rationem reddere,
& ſi in adminiſtratione delinquunt, per eos puni-
ri, quod ceſſat in Legato, qui inter adminiſtratores
non connumeratur, quod patet ex adminiſtratorũ
definitione, & declaratione tradita per Montanar.
*in d pragm.* 2. *de adminiſtr. Vniuerſit. num.* 5. *latius*
*reſpondet* Tapis *dicta deciſ.* 10. *n.* 8. *in fin. verſ. alius*
*etiam articulus fuit tractatus.*

21 Cum de his ageretur in Sacro Concilio, fuit
ante omnia oppoſita incompetentiæ exceptio, cum
articulus hic, an ſit Legatus, vel non Hiſpaniæ
coram Rege ſit decidendus, tex. *eſt in l. legato ff.*
*de legationibus.*

Sacrum Concilium ſub die . . . exceptionem
hanc incompetentiæ ad merita reſeruauit, ac de-
inde, nullam eſſe Legati electionem tanquam fa-
ctam in perſonam militis Hieroſolymitani con-
tra formam *Regiæ pragmaticæ* iudicauit, item
decreta Sedilium, per quæ data erat libera pote-
ſtas pro omnibus Ciuitatis neceſſitatibus Lega-
tum mittendi, nulla declarauerunt de menſe No-
uembris 1614.

Adiit Legatus Regiam Maieſtatem, & omni-
bus perpenſis in ſupremo Concilio Italiæ, non
habita ratione iudicati per Sacrum Concilium, ad-
miſſus fuit, & plura impetrauit reſcripta in Ciui-
tatis commodum, prædicta fundat D. Reg. Tap.
*in ſup. cit. deciſione*, & de ſupremi Conc. Italiæ
deciſione teſtatur *nu.* 11. *verſ. ſed diſcuſſo negotio,*
*& inferius num.* 12. *verſ. hoc negotium fuit opti-*
*mè diſcuſſum.*

At cum per ſupremum Concilium Italiæ eſſet
dubitatum de mandato Ciuitatis in perſonam di-
cti commendatarij pro aliquibus negotiis; inten-
debant conuenire in eorum Curiis iuxta morem
nobiles Ciuitatis pro explicatione mandati, cum-
que comparuiſſet procurator, qui in prima
cauſa (per ſententiam definita) fuerat conſtitu-
tus; licet non erat audiendus, eum eo ipſo, quod
eſt lata ſententia, deſinat eſſe procurator ex dictis
per Io. Mobedan. *in dec.* 6. *de procuratoribus*, at-
tamen ad eius inſtantiam fuit mandatum nobilibus
Ciuitatis, quod abſtineant à ſe congregando in
ſedilibus.

At cum nonnulli ex nobilibus ad Eccleſiam
Diui Dominici ſe contuliſſent, vbi deliberauerunt
licentiam conueniendi in propriis Curiis à Rege
impetrare, fuit in Collaterali Concilio diſcuſſum,
an poſſint puniri de conuenticula, & fuit reſolu-
tum, nullum adeſſe conuenticulæ delictum, tunc
enim puniuntùr de conuenticula, cum ad malum 22
conueniunt, Andr. *in* §. *conuenticulas, de pace*
*iuram. firman.* & requiritur dolus, *l. prima ff. de*
*dolo cum concord. adduct per conſulentem incertũ*
*poſt conſil* Farinac. 65. *num.* 55. ſecus verò quan-
do ad aliquod bonum agendum conueniunt, *cap.*
*ſanè* 26. *quæſt.* 7. vt per eundem Andr. *in d.* §. *con-*
*uenticulas verſ. ſecus enim cum concord. adduct.*
per Marant *in ſpec par.* 6. *in tit. de inquiſit. n.* 150.
*verſ ſciat tamen.* vbi ponit pœnas varias conuenti-
culæ, de qua materia ſunt cumulati omnes DD.
per Add. ad Farinac. *in d. conſ.* 65. *in ver. congrega-*
*tione in litera E.*

Verùm fuerunt citati nouem ex eis ad ſoluen-
dam pœnam in mandato contentam ducatorum
decem millium cum clauſula iuſtitiæ eo præ-
textu, quod contra formam mandati conue-
niſſent.

At cum petitum fuit, prohiberi conuentus
nobilium in eorum propriis Curiis pro rebus
legationem tangentibus, & præfatæ petitioni man- 23
datum fuerit ſequutum, ad alia non petita exten-
dendum non erit, quia vltra id, quod in iudicium
deductum eſt, excedere poteſtas Iudicis non po-
teſt, *l. vt fundus ff. comm. diuid.* ſequitur, quod
pro aliis legitimi conuentus non cenſentur prohi-
biti, *l. cum prætor ff. de iudic.* & ſic mandatum
non fuit ſpretum.

Domini deputati pro obſeruantia capitulorum
Ciuitatis ſupplicem libellum obtulerunt Illuſtriſ-
ſimo Comiti Caſtri tunc Locumtenenti, & pe-
tierunt mandari, quod deleatur citatio, cum
ſit contra priuilegia Ciuibus conceſſa; per priui-
legium enim huic Ciuitati conceſſum à Sereniſſi-
mo Rege Catholico in anno 1505. bona Nea-
politanorum publicari non poſſunt pro quocun- 24
que facinore, exceptis criminibus hæreſis, & læſæ
Maieſtatis in primo capite, quod priuilegium
non

non tantum in publicatione bonorum locum ha
bere,ſed etiam in pœna contumaciæ, ideſt tertiæ
partis nobilium impoſita per *Regn. conſt. Pœnam*
*nouem unciarum*, fuit declaratum per Collatera-
le Concilium *die* 14. *Ianuarij* 1578.*vt in volum.*
*capitulorum Neap. fol.* 41. *à ter. cap.* 13. & con-
25 ſequenter nec pro pœna ſpreti mandati poſt di-
cta priuilegia introducta vexari debent, quia dif-
ferunt inter ſe ſynonimè tantum, in effectu autem
ſunt idem, quia contemptus, & contumacia
conſideratur in omnibus, ideò eſſet cluſorium
priuilegium, ſi mutato ordine citandi pœna con-
tumaciæ exigeretur, imò pœna longè maior,cum
in dies experiamur in talibus mandatis apponi
pœnam multò grauiorem illa tertiæ partis no-
bilium, vt in caſu noſtro, & fraus induceretur
contra piiſſimam mentem Sereniſſ. Regis Catho-
lici, qui proſpexit conſeruationi bonorum ſuo-
rum ſubditorum, ne pro qualibet cauſa pœna
pecuniaria affligantur, vnde virtualiter dictum
26 priuilegium de qualibet pœna pecuniaria loqui-
tur; determinatio enim reſpiciens plura determi-
nabilia ea pariformiter determinat, *l. iam hoc*
*iure ff. de vulg. & pupill. cum concordan.*cumquè
de hac innouatione, & augmento pœnarum tol-
lendus fuiſſet à Ciuitate ſupplicatum Carolo V.
Cæſari in Comitiis anni 1550. obtinuit iuxta pe-
tita, quod obſeruentur conſtitutiones, & capitu-
la Regni,vt *in volumine capitulorum Ciuit. Neap.*
*fol.*149. *cap* 8 quæ prouiſio licet ab aliquibus re-
torqueatur contra Ciuitatem, quippe videtur
contraria ſupradictæ declarationi Collateralis
Concilij, cum iubeat obſeruari *conſtit. Regn.*circa
pœnam contumaciæ, tamen non aduerſatur
priori priuilegio, & declarationi,ſi benè conſide-
retur, non enim fuit intentio Ciuitatis expoſtula-
re, nec Imperatoris concedere amiſſionem priui-
legij, ſed nouam gratiam, & ſic fuit ſupplicatum,
quod abuſus pœnarum in mandatis apponi ſolita-
rum tollatur, dicendo hoc eſſe benè prouiſum
per *Regn. conſt.*quæ ſeruari debebat, vnde reſpe-
ctu *dicta conſt.*nihil noui facit,ſed quod illa ſerue-
tur, prout ſeruabatur in pœna apponenda in ci-
tatione, vel mandato,non in pœna exigenda, ac
cum in Neapolitanis ſtante *dicto capit.* non ha-
beat locum *conſtitutio*, ſequitur, quod ex hoc vl-
timo *capitulo* non fit derogatio prioribus,imò tol-
litur quælibet pœna pecuniaria, quia ſic fuit ſup-
plicatum,ibi,*tanto per pena di ſpreto mandato per*
*detta citatione ad informandam, quanto per qual-*
27 *ſivoglia altra contumacia*, nec in dubio præſu-
mitur aliquem iuri ſuo renunciare, *l. nec ignoras*
*C. de donat.* Item *in tit. qui ſucc. teneantur col.*
2 *in fin.* Facit, quia renuncians generaliter omni-
bus ſuis iuribus, ſi habet aliquod ius particulare,
nempè lucrum dotis ex pacto præcedenti, in du-
bio non præſumitur renunciaſſe,P. Molfeſ.*in com-*
*men. Conſuet. Neap. de renunt. q.*1.*num.*48. *verſ.*
*hactenus hoc eſt verum.*

Quin etiam ſupplicatio Ciuitatis fundatur in
dicto priuilegio,quod incipit, *Item perche ſi tiene*
*capitolo conceſſo per il Sereniſſimo Rè Catolico,*
28 *&c.*& licet hic intellectus eſſet dubius,prout aper-
tiſſimus apparet, etiam in beneficium Ciuitatis
interpretandus eſt.vt *ex alio capitulo conceſſo à Se-*
*reniſſ. Rege Federico in anno* 1496. *vt in volumi-*
29 *ne capitulorum fol.* 27. *cap.*67. nec reuocatio pri-
uilegij datur, niſi expreſſis verbis illud reuocetur,
ideſt reuocamus tale priuilegium, vel non ob-
ſtante tali priuilegio, & his ſimilibus, vt docuit

Bar. *in l. omnes num.*4. *&* 5. *C. ſi contr. iur. vel*
*vtilit. publ.*

Sed vlterius dico, quod nec Rex poterat pri- 30
uilegium reuocare, priuilegia enim huic Ciuita-
ti conceſſa ſunt propter ſeruitia, & donationes,
quo caſu conceſſiones prædictæ tranſeunt in vim
contractus, & dicuntur leges pactionatæ, quæ
efficiuntur irreuocabiles etiam per Principem, &
ſucceſſores obligantur pro obſeruantia, late Bel-
log.*in ſpec. Princip. rubr.* 2. *de innent. cur. & Princ.*
*poteſt. in leg. condon. num.* 2. & licet Princeps ſit le-
gibus ſolutus, ligatur tamen dictamine rationis, 31
qua obligatur ad obſeruantiam pacti, & contra-
ctus,etiamſi eſſent contractus initi ab eius præde-
ceſſore, & non poteſt reuocare priuilegium con-
ceſſum mediante pecunia, ex quo priuilegium
tranſiuit in contractum Molfeſ. *ad conſuet. Neap.*
*de renunt. quæſt.*4.*num.*27. & hoc caſu etiam ſi ſit
expreſsè reuocatum priuilegium cum clauſula ge- 32
nerali, vel particulari, non tolluntur pacta inita
Alex. ad Bart. *in d. l. omnes verb. generaliter loq. &*
*verſ. & dicas, quod clauſula,* quæ confirmantur à
perſeuerantí, & inueterata conſuetudine, quæ 33
optima eſt legum interpres,*l. ſi de interpretatione*
*ff. de leg.* & ita in terminis huius *capituli Caroli*
*V.* ſuſtinet, & de conſuetudine teſtatur Dom.
Reg de Pont. *conſ.*94.*num.*19. *vol.*1. licet contra-
rium in pœna ſpreti mandati tueatur *in tract. de* 34
*poteſt. Proreg. de prouiſ. fier. ſolit. num.*20. ſed non
ſolidis fundamentis, quorum primum eſt cauſa
publicæ vtilitatis, & quod tunc non teneatur
Princeps leges ſequi,ſed omnes pœnas eſſe illi ar-
bitrarias, ſecundum eſt ſupradictum capitulum
Caroli V. conceſſum in anno 1550. tertium,
quod ita tunc ſeruabatur, quartum, ita eſſe reſ-
criptum à Catholica Maieſtate in cauſa Marchio-
nis Padulæ.

Ad primum reſpondeo cum Greg. Lop. *in l.*6.
*tit.*25.*p* 4 *gloſ* 2.*col* 2. *in princip.* vbi dicit, quod 35
ipſe Rex nihil debet facere de plenitudine pote-
ſtatis, niſi decenter, & ſecundum ius, vt poſt
Ioann. Moriac. Card. Alex. & alios notauit Pe-
regr. *de fideicom. art.*52. *num.*125. & alia adducit
ipſemet de Pont. *loc. cit. num.* 29. *cum ſeq.* vbi vide-
tur corrigere ſuum dictum, at cum alia remedia
Proregibus non deſint ſaluo iure,& bono publico
priuilegia immutanda non ſunt.

At ſecundum eſt ſibi contrarius *in conſ.*94. *ſup.*
*cit.* vbi de directo contrarium fundauit, & de con-
ſuetudine teſtatus fuit.

Ad tertium errat à veritate, nam pœna ſpreti
mandati non fuit exacta ante annum 1613. tunc
enim primò exacta fuit contra Magnificum Fran-
ciſcum de Summa, cui fuit iniunctum ne à domo
exiret ſub pœna ducatorum decem millium,& cum
extra domum deliquiſſet,fuit exacta pœna.

Ad quartum reſpondetur, negando, nam reſ-
ponſum hucuſque à Reg. Maieſtate receptum non
eſt, ſperat tamen Ciuitas iuxta votum interpre-
tationem obtinere.

Demum dicti domini Deputati pro obſeruantia
capitulorum litteras dederunt dicto fratri Hiero-
nymo Ciuitatis Legato ad Regem pro impe- 36
tranda generali interpretatione in ſcriptis,ad Prin-
cipem namque ſpectat priuilegia interpretari gloſ.
*in l.* 1. *C. de legi. in ver. ſolus*; cumquè his ſolli-
citudinibus agitaretur totus equeſter Ordo, ad-
uenit Ill. Dux Oſſunaeum nouus Regni Prorex,
qui in priſtinam libertatem Ciuitatem reſtituit, &
iuxta morem cœtus nobilium ſe congregauerunt,

vnanimiterquè deliberauerunt fratrem Hieronymum eorum Legatum apud Regiam Maieſtat. in poſſe quæcunque commodum Ciuitatis reſpicientia peragere cum libera poteſtate pro Ciuitate preces offerendi, & in quocunque Tribunali eius iura tuendi.

Ciuitas poteſt ſtatuere concernentia adminiſtrationem ipſius, ſicut quodlibet artis Collegium quoad illos de arte, & rebus ad illam ſpectantibus, Roman. *conſ.300.in caſu propoſito,in princ.* vbi Add.*in verbo artis*,ſequitur Card.Tuſc.*in ver. ſtatutum, conclu ſ.431. num.25.* qui alios congerit, ita quòd requiratur confirmatio à Superiore, Afflict.*in prælud.q.3.*

At quia deputati eliguntur à Sedilibus in arduis tantum, prout caſus emergit, pro his, quæ quotidie accidere ſolent, fuit in anno 1622.à cunctis Sedilibus data poteſtas ſex Decurionibus, & Deputatis pro obſeruantia capitulorum, qui quotannis eliguntur nomine Ciuitatis Regiam Maieſtatem certiorandi, & quia fuit pluries diſputatum de hoc, inſerere volui concluſionem Sedilium tenoris ſequentis.

*Trà l'altri capi concluſi per li Deputati di que-*
37 *ſta fideliſſima Città ſotto la data de 21. de Luglio 1622.e confirmati per le piazze ſotto la data vt ſup.della piazza de Nido à 25 di Luglio 1620. della piazza di Porto à 21.di Luglio 1622. della piazza di Porta noua à 22.di Luglio 1622.della piazza di Montagna à 25.di Luglio 1622. e della piazza di Capuana à 4.d'Agoſto 1622. vi è il ſottoſcritto del tenor ſequente, v g.*

Capi concernenti all'auttorità delli SS.Eletti.

Electi Ciuitatis Neap.in concernentibus annonam ſunt adminiſtratores habentes liberam poteſtatem,& poſſunt tranſigere,text.eſt *in l. Præſes C. de tranſact.* Batt. *in l.mandato ff. de procuratorib.* ibique refert, procuratorem cum libera poſſe omnia facere, quæ ipſe principalis, ſed non donare, *l.contra iuris,§.fin ff.de pact.*& idem obſeruandum per delegatos ad obſeruantiam capitulorum, & obſeruatum fuit per Electos Ciuitatis, per quos fuit inita tranſactio cum D. Iulia Broncaccia, & per Collaterale Conſilium interpoſitum decretum ſub die 19. Decembris 1642.

*E perche li SS. Eletti non douno intricarſi in altro negotio, che della graſſa, per lo che ſono eletti, & ogn'altra ſarìa fuora della loro auttorità, giuriſdittione. Per tanto ſi è concluſo,che detti SS. Eletti in nome di Città non poſſano ſcriuere à Sua Maeſtà per qualſiuoglia cauſa,& occaſione, riſerbando quello alle piazze, à chi ſpetta, fuor che in occaſione di querele,ad'agrauio in diſſeruitio del publico.*

Capi concernenti all'auttorità delli Deputati delli capitoli.

*E ſi facci inſtanza à gl'Eletti, & altri Deputati di detta Città,che venendo occaſione,che detta deputatione poſſa giouare in qualche coſa alla Città,che ne auiſano li detti Deputati,e biſognando de rappreſentare alla Maeſtà Sua qualſiuoglia occaſione di rottura di capitoli per ſeruitio del publico, e particolarmente de'poueri, e de tutti Cittadini,non facendoſi eccettione di neſſuna perſona, che lo debbiano rappreſentare à S. M. & ſeguitare in ſino alla fine.*

Reſcripta Catholicæ Maieſtatis.

*AGrauiauſe del termino, que el Conde de Oliuares vueſtra predeceſſor en eſſe cargo vsà* 38
*con eſſa mi fideliſſima Ciudad, prohibiendo el ymbiar perſona à eſta mi Real Corte a repreſentarme los inconuenientes,y daños, que reſulterian de introduzir en eſſe Reyno vna depoſitaria general, y en hauer tomado la carta,que las plaças de los Nobles me eſcriuian ſobre ello,poniendoles pena, que no embiaſſen,ni eſcriuieſſen, y en hauer mandado prender al Principe di Caſerta y à otros dos Deputados, ſuplicandome, que por quanto contra el tenor de ſus priuilegios,capitulos,y gracias, que la han ſido concedidas ſe le nego por el dicho Conde de Oliuares no ſolo el embiar perſona para eſcreuirme ſo color dela pretenſion del Eletto dela Plaça del Pueblo, que por el Rey mi Señor eſtà determinada por la carta, que ſe deſpacciò en el anno 1579. con el Marques de Padulo,en que dize,que ſobre eſto ſe guarde lo acoſtumbrado, ſea ſeruida de mandar, que de aqui adelante puedan libremente eſcriuirme lo que ſe les offreciere ſin que los Virreyes,ni otro miniſtro mio ſe lo puedan impedir, y hauiendo bien viſto, y conſiderado, e tenido por bien,que eſſa Ciudad pueda,y le ſea licito eſcriuirme de aqui adelante por negocios publicos ſiempre que ſe les offreciere ocaſion dando os à vos primero parte de lo que aſſi eſcriuieren, y moſtrando as lo,y lo miſmo a los Virreyes, que os ſuccedieren en eſſe cargo en ſu tiempo reſpectiuamente,y en caſo, que quiſieren eſcriuirme quexas aſſi de vos,como de los dichos Virreyes vueſtros ſucceſſores,ſi bien no puedo creer, que ſe les aya de dar ocaſion para ello, tanto mas en vueſtro tiempo, por lo que tan juſtamente deuo prometerme de vueſtra mucha prudencia,y por el buen termino con que procedeys en todo lo que es de mi ſeruicio,y dela ſatisfacion, que de vueſtro gouierno mueſtra tener eſſa Ciudad,y Reyno,toda via quiero,y es voluntad,que la dicha Ciudad pueda libremente eſcriuirme ſus neceſſitades,y ocurrencias, hauiendo primero acudido à vos, ò à los Virreyes, que os ſucedieren en eſſe cargo por el remedio dellas,y pedido licencia con memorial para eſcriuir con el reſpeto,y miramientos que ſe deue,y que con eſto preſupueſto vos, y los demas Virreyes, que os ſucedieren en eſſe cargo agays de concederſela,y no ſe la concediendo,que la Ciudad la pueda hazer libremente por ſer eſto lo que mas conuiene à mi ſeruitio.*

*Demas de loqual me ha ſignificado,que hauiendo el Rey mi Señor,que aya en gloria,mediante ſu Real carta deſpachada el ano de 1579.mandando, que todas las veçes,que eſſa mi fideliſſima Ciudad, y Reyno quiſieſſen embiar à quexarſe del Virrey la pudieſſen hazer,pedeciendole para ello licencia,y que hauiendola pedido al Conde de Oliuares vueſtro predeceſſor,no ſolo ſe la negò,però le puſo grandes penas,y guardias por mar,y por tierra para impedirſelo, y hizo prender en Barcelona el dicho Octauio Tattauilla ſupplicandome fueſſe ſeruido de mandar,que aqui adelante los Virreyes deſſe mi fideliſſimo Reyno no prohiban, ni pongan impedimiento alguno a las perſonas,que eſſa Ciudad embiare à quexarme dellas, ſi no que pueda ella embiarlas libremente,declarãdo la dicha carta del año de 1579.que baſte ſolo pedir la dicha licẽcia ſin que*

los Virreyes ſe la puedan negar, y que offrecIendoſe ocaſion de embiarme perſona por otros negocios, lo puedan hazer libremente, ſobre lo qual tengo por bien, que ſe guarde preciſamente lo ordenado por la dicha carta del año 1579. y que quando eſſa Ciudad quiſiere embiar perſona en los caſos, que por la dicha carta le es permetido, pida primero licencia con memorial, y el deuido reſpeto, y miramiento, como ſe dize en el preinſerto capitulo, que trata dela licencia de poder eſcriuir, y precediendo eſto, es mi voluntad, que en ninguna manera ſe les niegue, ante ſe les permeta el poder embiar perſona en el caſo y para el effecto, que eſta dicho.

## EL REY

39 Ill. Principe de Pietra Perſia primo nueſtro Virrey Lugarteniente, y Capitan general. Hauiendo venido aqui los dias paſſados el Marques de Padulo embiado por eſſa Ciudad, y particolarmente por la nobleça della ſobre algunas differencias, que ſe offrecian entre ellos, y el Marques de Mondejar nueſtro Virrey deſſe Reyno vueſtro predeceſſor, y principalmente ſobre el recurſo, que ellos pretenden à nos en ſus neceſſitades tanto en vniuer al, quanto en particular, y offreciendoſe deſpues, durante ſu eſtrada en eſta Corte, lo que teneis entendido del auſto de Vincencio de Fraquis, con ocaſion de que las plaças de los Nobles deſſa Ciudad querian eſcriuir, y embiar dineros al dicho Marques ſe ordenò en ambas coſas al dicho nueſtro Virrey vueſtro predeceſſor lo que conuenia, de que ya à vueſtra llegada eſſa Ciudad, y Reyno teneis noticia, pues conforme ala orden, que para ello ſe dio, os haura entregado las que en materias ſemejantes, y otra de officio ſe le dieron. Y porque de nueuo nos hà ſido ſuplicando per parte del dicho Marques en nombre deſſa Ciudad, y Reyno, que paraque ſe pueda deſpachar deſta Corte fuſſemos ſeruidos declarar quanto al primero dela licẽcia de poder acudir à nos en ſus neceſſidades nueſtra mente, y entencion, pues ellos no tienen noticia ninguna dolo que en eſto ſe hà proueydo, y ſara de grandiſſima ſatisfacion vniuerſal entenderlo, y ordenar, que las quatro delas ſeys deſſa Ciudad ſean reſtituidas en la poſſeſſion, que ſiempre han eſtado de poder, y reſoluer, y executar todas las coſas publicas en nombre de toda la Ciudad, y que los Segios della puedã tratar ſus negocios por medio de deputados, como ſiempre lo han hecho, pues en todas tres coſas ſe les hà alterado en tiempo de dicho Marques de Mondejar la poſſeſſion en que ellos han eſtados. Nos hauemos reſuelto teniendo conſideracion à la que la fidelidad, y muchos buenos ſeruicios deſſe Reyno, y ſubditos del nos mereçen en los dichos tres caſos en la manera ſiguiente.

Y quanto lo primero podreys dar à entender à eſſa nueſtra fideliſſima Ciudad y Reyno, que nunca hà ſido, ni es de nueſtra mente, y intencion eſtoruar, que mis vaſſallos eſpecialmente los deſſe Reyno de cuya fidelidad y ſeruicios tenemos tantà ſatisfacion no tengan recurſos à nos ſiempre que ſe offreciere cauſa baſtante por la qual conuenga hazerlo aunque en tal caſo es nueſtra volundad, que primeramente ayan de acudir à vos en vueſtro tiempo ò al Virrey, que adelante eſtuuiere en eſſe Reyno como à quien os repreſenta nueſtra perſona, y pedirle licencia por la cuenta, que es juſto, que ſe tenga con ſu auctoridad, pues ni vos, ni los que deſpues vinieron ſe la negarà. Aduertiendo, que quando fuere ſobre coſas tocantes al beneficio deſſe Reyno, ò de eſſa Ciudad den tambien primero cuenta della al Virrey, paraque ſe le viere, que es coſa, que con communicacion del Conſejo, eſcuſe ala Ciudad, y Reyno el gaſto de embiar perſona à ſu coſta mas que ſi fuera, que pareſca conuenir repreſentarnosla con perſona propria, que aſſimiſmo en tal caſo el Virrey ſe conſentirà, y vltimamente, que quando el embiar perſona fuere para quexarſe del Virrey (aunque eſperamos, que los que embiaremos en nueſtro lugar à eſſe Reyno, ſeran tales, y ſe gouernaran de manera, que no den cauſa de quexa juſta) tambien en eſte caſo pidiendole la dicha licencia ſe le darà.

Y quanto al ſegundo punto dela pretencion, que tiene las quatro plaças, pues ay liso entro las plaças nobles deſſa Ciudad, y Electo del Pueblo, nueſtra volunatad es, por no agrauiar ala vna partẽ, ni ala otra, que ſigan ſu juſticia, y entretanto en las coſas, que ſe offrecieren ordenareys, que ſe guarde la acoſtumbrado en tiempo de los otros Virreies de antes, que el Marques de Mondejar fueſſe en eſſe Reyno.

Y quanto allo delos Diputados tambien es nueſtra voluntad, que no ſe haga nouedad de lo que ſe hà acoſtumbrado en eſte caſo, ſi no que ſe ſiga aquello ſin alteración ninguna con que queda ſatisfecho à todos los tres cabos, que el Marques de Padula nos hà ſuplicado en nombre deſſa Ciudad y Reyno, de que podran colegir el cuydado, que nos queda mirar por lo que les toca, como ellos lo merecen, y à el ſe le hà dicho, que ſe acudan à vos, que los dareys la reſpueſta circa deſtos particulares. Del Prado à 4. de Deciembre 1579.

Ill. Duque primo nueſtro. Hauiendo viſto lo que me eſcriueſtes ſobre la pretencion, que eſſa mi fideliſſima Ciudad de Napoles tiene de poderme eſcriuir, ò embiar perſona à quexarſe de mis Virreyes quando recibiere dellos algunos agrauios, ſin que ſea obligada à pedirles antes licencia para ellos, y conſiderando el amor, y fidelidad con que me hà ſeruido, y ſirue en todas ocaſiones, y la razon que hay de dar ſatisfacion à tan buenos, y fieles vaſſallos he acordado, que ſiempre, que la Ciudad tuuiere neceſſidad de eſcriuirme ſobre coſas tocantes à ſu buen gouierno, lo pueda hazer, dando primero quenta a mi Virrey conforme à las ordenes, que acerca deſte eſtan dadas, pero que en caſo que quiſieſſe eſcriuirme ſobre quexas, ò agrauios de mis Virreyes, lo pueda hazer libremente, ſin tener obligacion de pedirle licencia, ni darlo quenta dellas, y que queriendo embiar perſona ſobre lo miſmo, me haya de pedir à mi la dicha licencia, à fin que ſabidas las cauſas, pareciendo juſtas, ſe las conceda, y no lo ſiendo, ſe eſcuſe el gaſto, que hauria de hazer en eſto, y aſſi ſe le podreis declarar en mi nombre, paraque ſepa dela manera, que ſe haurà de gouernar en las ocaſiones que ſe ofrecieren. De Madrid a 10. de Setiembre 1617. 40

## ARGVMENTVM.

*Immunitas conceſſa Eccleſiæ, vel Monaſterio an ſe extendat ad coniunctas domos conductitias, & apothecas ſitas extra clauſtra.*

## SVMMARIVM.

1 *Reus habitans cum familia in domo Monaſterij ſita extra clauſtra an gaudeat immunitate.*

2 *Immunitas non datur vltra Eccleſiam, atrium, & cœmeterium.*

3 *Domus Eccleſiæ conductitia non dicitur religioſa, & ideò caret immunitate.*

4 *Eccleſia ſæcularium legum non reſpicit famulatum, cum per iura canonica contrarium ſtatutum non ſit.*

5 *Immunitas conceditur ob reuerentiam debitam locis ſacris.*

6 *Regula*, quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt, *declaratur.*

7 *Deciſio.*

8 *Domus, ad quam datur aditus ab atrio Eccleſiæ, gaudet immunitate, & ita deciſum.*

## DECISIO CXXXVI.

1 REi quidam capti in domibus à Monaſterio locatis, in quibus cum vxoribus habitabant extra Monaſterium, & Religioſorum habitationem, & in ſolo, quod ab ipſo Monaſterio poſſidetur, contiguo Monaſterio, immunitate gaudere petierunt.

Pro affirmatiua conſiderabatur locus coniunctus atrio Eccleſiæ, pro quo afferri poterat tex. *in l. pateant C. de his, qui ad Eccleſ. confug. in Cod. Theodoſiano.*

Sed hoc non obſtante habitantes in domibus prædictis immunitate non gaudent, cum ſint extra clauſtra, & religioſorum habitationem, vnde Suarez *de religion. lib. 3. de reuer. debit. loc. ſacr. cap. 9. num. 9. verſ. idem eſt de monaſteriis* tenuit extendi immunitatem ad Monaſteria Religioſorum, quoad totum clauſtrum Monaſterium, ſeu habitationes eorum, quia ille locus religioſus, & ſacer eſt, vt conſtat ex *tot. tit. de religioſis domibus*, at cum præfata ædificia ſint extra clauſtra, & habitationem Religioſorum, non poſſunt dici religioſa, & quod ſint rei immunes, dum ab ipſis extrahuntur, quod iuris præſumptione etiam comprobatur cum in ipſis mulieres habitent, quibus prohibitum eſt ſub cenſuris, & pœnis in clauſtra introire, præſumendum eſt ea loca eſſe extra clauſtra.

2 Nec quia Eccleſiæ proxima ſint Immunitas prætendi poteſt, quæ in Eccleſia, & atrio ipſius, ſeu cœmeterio ſeruanda eſt ex dictis per Farinac. *quæſt. 28. de carcerib. & carcerat. an pl. 6. num. 19.*

Extra verò atrium ceſſat immunitas, in atrio enim Eccleſiæ nulla ædificia ſunt ponenda, niſi ædificia clericorum *cap. nulla ædificia 12. q. 1.* & ideò, qui ad dictas domos confugerit in atrio Eccleſiæ conſtitutas, tutus erit *cap. ſi quis contumax 17. q. 4. cum concord. de quibus* per Decian. *in cap. 25. de extrah. ab Eccleſ. num. 12. verſ. quibus hoc addo*; non eſt dicendum igitur ſtilum ipſius Eccleſiæ, vbi domus prædictæ ſitæ ſunt ad laicorum vſum locatæ, & vltra atrium, ſeu cœmeterium non debet aliquod ſpatium loci cedere huic immunitati ex dictis per Decian. *in d. cap. 25. num. 11. & in cap. 24. de ſacrileg. circa loca num. 30.* & Iſtiùs Ital. *in lib. 1. de immun. Eccleſ. cap. 6. §. 6. num. 5. verſ. quod omnino intelligitur.*

Inſuper delinquentes ſe tueri non poſſunt intus domos locatas, in quibus cum vxoribus & familia morantur quantumcunque vicinas Eccleſiis, licet domus fuerit ipſius Eccleſiæ, cum talia loca dici non poſſint religioſa, poſtquam ſunt domus conductitiæ Suarez *de relig. in tit. de reuer. deb. loc. ſac. cap. 8. num. 8. verſ. præterea debetur Eccleſia*, Ital. *lib. 1. de immunit. Eccleſ. cap. 4. § 6. num. 5. verſ. hinc iure patet, & in eodem lib. 1. cap 4 § 9. num. 8. verſ. ſecundò limitabis*, & ſequeretur tenendo contrarium, quod quælibet domus, ſeu fundus ab Eccleſia poſſeſſus quamuis longiſſime diſtaret ab ea, hanc immunitatem præſtaret reis contra tex. *in cap. diffiniuit 17. quæſt. 4.* ibi, *in extraneis, vel longe ſeparatis ab Eccleſiæ domibus nullo modo abſcedant, ſed in hoc 30. paſſuum numero abſque domorum extranearum receptaculo progrediendi aditum obtinebunt.* 3

Facit quoque tex. *in l. ſi ſepulcbrum §. profana C. de religioſis, & ſump. fun.* ibi, *profana tamen loca, quæ circa id ſunt ſi ſemper vicinis ædificiis vſui hominum deſtinata ceſſerint*, ex quibus verbis patet, loca vſui hominum deſtinata non connumerari inter religioſa etiam ſi circa ea ſunt,
quæ & ſi lex Imperatoris ſit, Eccleſia ſæcula- 4
tium legum non reſpicit famulatum cum, contrarium iure canonico non ſit ſtatutum ad not. per DD. *in cap. 1. de oper. nou. nunc.*

Quod ſuaderi quoque poteſt conſiderata cauſa immunitatis, quæ eſt propter reuerentiam debitam locis religioſis ex dictis per Suarez *lib. 3. de templorum, ac locorum ſacrorum religioſa obſeruatione cap. 1.* ceſſat verò ratio prædicta in locis, quæ non ſunt ad vſum religioſorum deputata, ſed ad extraneorum, Ideſt laicorum commodum deſtinata, & procedit diſpoſitio dicti *cap. diffiniuit.* nam poſtquam hæ domus erant conductitiæ non poterunt amplius dici religioſæ, & ſic reuerentia ipſis debita ceſſat, vnde ceſſabit, & eius præeminentia, *l. generaliter la. 2. C. de Epiſc. & Cler. l. adigere §. quamuis ff. de iur. patron. cum concord.* & hoc fundamento hanc tenuit opinionem Ital. *lib. 1. de immun. Eccl. cap. 4. § 6. num. 5. verſ. hinc iure patet*, reiiciendo opinionem Deciani, qui tenuit, quod fugientes ad domum laicorum morantium infra triginta, aut quadraginta paſſus, tuti eſſe poſſunt, eam intelligendo in domibus laicorum, qui Eccleſiæ inſeruiunt ex dictis per eundem Decian. quæ Deciani opinio fundata eſt ex regula, *quæ religioſis adhærent religioſa ſunt l. quæ religioſis ff. de rei vendic.* & ex eo, quod loco, & non perſonis datur immunitas. 5

Quod fundamentis reſpondetur, quod tunc procedit illa regula, *quæ religioſis*, quando adhæret tanquam pars ipſius loci, vt de atrio, & porticibus ipſius Eccleſiæ declarat Suar. *in d. cap. 9. num. 10. verſ. expreſſius*, at ſecus ſi ſit prophanus locus 6

ſecus quamuis proximus, *l. ſi ſepulchrum § profana C. de religioſis in verb. adhæret*, nullibi ſeruatur immunitas circa paſſus 30. pro paruis Eccleſ. ſiue pro magnis 40. prout teſtantur DD. relati per Gambacurt. *in tract. de immun. lib. 4. cap. 1. num. 16. verſ. hos paſſus*, & authoritate etiam Farinac. dicit non procedere exiſtente contraria conſuetudine, prout in hoc Regno, & ſtandum eſſe conſuetudini tenet Suar. *in d. lib. 3. de reuerent. debit. locis ſac. cap. 9. num. 8. verſ. ſed vt dixi, ſtandum eſt conſuetudini.*

Et pariter, quod dictum eſt de loco, tunc demum confugientes ad eum gaudent immunitate, cum locus is religioſus eſt ex ſupradictis, debetur enim reuerentia Eccleſiæ, & loco ſacro, quatenus talis eſt, vt ſit ſeparatus ab omni vſu profano, quia hoc poſtulat talis loci ſanctitas, Suar. *in d. tit. de reuerent. debita locis ſacris cap. 8 num. 8 verſ præterea debeatur Eccleſiæ* & ſic ceſſant fundamenta Decani, & firma remanet opinio Ital. optimis fundamentis, & iuribus fundata.

7 Et ex prædictis, & adductis per Dom. de Pont. *in deciſ. Coll. Conc. 35* fuit deciſum in Collaterali Concilio ſub die vltimo Ianuarij 1619. non gaudere immunitate Dominicum de Bianco extractum à taberna piſtoria Monaſterij Sanctæ Mariæ Gratiarum, in qua aderat oſtium in publica platea, licet aditum haberet ad clauſtrum Monaſterij, & erat deſtinata principaliter ad vſum laicorum ex relatione Dom. Ferdinandi Braocia tunc Regij Conſiliarij, deinde Regentis in ſupremo Italiæ Conſilio, nunc in Collaterali huius Regni, cuius rectitudo, & doctrina erit perpetuò commendanda; ad quod etiam faciunt ſupra adducta per Ital. *de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap 4 §. 6. num 5. verſ. unde ſi in dictis paſſibus*, & per Peregr. *in tract. de immunit. Eccl. cap. 4. num. 27. verſ. fallit vero ſecundum aliquos.*

Secus verò ſi oſtium non eſſet in platea publica, ſed in atrio Eccleſiæ, ſeu in Monaſterij, & reus ibi confugiſſet, vt immunitate gauderet, dum domus erant in dominio Eccleſiæ, prout iudicatum fuit per M. C. & per Sacr. C. confirmatum ſub die 1. Iulij 1612. in cauſa Auguſtini de Conſtantio, & ſocij de Puteulo captorum intus domum conductitiam ad vſum laicorum, verùm ad eam non dabatur aditus niſi ab atrio Eccleſiæ, & Monaſterij.

## ARGVMENTVM.

*Immunitate Eccleſiæ gaudet, qui ad exonerandum corpus extra Eccleſiam repertus fuit. Quæ probationes requirantur in caſibus exceptis, vt immunitatis ſuffragio quis non iuuetur, & quando dicatur publicus latro.*

## SVMMARIVM.

1 *Delinquens, qui in Eccleſia moratur, ſi ad locum extra eam exonerandi corporis gratia ſe conferat, Eccleſiaſtica gaudet immunitate, & ita obſeruatum.*

2 *Delicti qualitas Eccleſiaſticam excludens immunitatem, atque adeo extractionem ab Eccleſia permittens, an plenè probanda ſit.*

3 *Qualitates excludentes immunitatem Eccleſiaſticam ſunt probandæ per indicia ſufficientia ad torturam.*

4 *Indicium verò ad torturam ſufficiens tunc erit, cum reperitur, quod quis viam, in qua homo reperitur mortuus, multum frequentauerit, quando aliàs aptus eſſet ad illud maleficium committendum.*

5 *Reus item diffamatus, quod ſit graſſator campanea, alia accedente præſumptione torqueri poteſt.*

6 *Quæ de iure communi requiſita ſint neceſſaria ad hoc, vt publicus latro, & graſſator quis dicatur, & tanquam talis in Eccleſia tutus non ſit, explicatur.*

7 *Et quid de iure Regni.*

8 *Deciſio.*

## DECISIO CXXXVII.

GRegorius Trumbus per ſententiam ſoriudicatus per M. C. pro homicidio, conuictus de armatione per campaneam arguitur à Regio fiſco, quod tempore armationis plura commiſit furta in ſtrata publica, de quibus conſtat in genere, & quod eo tempore in loco, in quo furta fuerunt commiſſa, cum comitiua armis prohibitis more banditorum armatus incedebat; cum eſſet in Eccleſia per milites detentus, cum eadem cuſtodia ad euacuandum corpus ad locum extra Eccleſiam acceſſit, à quo extractus carceribus Regiæ Audientiæ Capitanatæ mancipatus fuit, de pluribus fuit dubitatum.

Primò, an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, dum extra Eccleſiam fuit captus.

Secundò, an requiratur plena probatio, vel ſuſpiciones ſufficientes ſint ad capturam dato, quod ratione loci immunitate gauderet ad hoc, vt tanquam ſtratarum diſturbator immunitate non gaudeat.

Tertiò, an hæc inditia ſint ſufficientia ad torturam, dato, quod per inditia ſat ſit probare.

Quartò, an ſufficiat, quod ſemel in platea publica furtum fecerit.

Ad primum gaudet immunitate Eccleſiaſtica; 1 DD. omnes *in cap. diffinimus 17. quæſt. 4.* Decian. *in tract. crim. lib. 6. cap. 27. in fin.* & Ambroſ. *in tract de immunit. Eccleſ. cap. 11. num. 7. in fin.* & ita aliàs fuit obſeruatum.

Quoad ſecundum pro vtraque parte afferunt 2 authoritates, & argumenta Conſulentes, quorum conſilium eſt inſertum inter conſilia Proſperi Farinacij *lib. 1. conſ. 168.* in quo concludunt plenam, & concludentem probationem requiri, verùm Farin. addit ad idem conſilium, & affert particulare Breue Panormitano Epiſcopo tranſmiſſum, cui Summus Pontifex reſcripſit, vt ſuper qualitatibus criminis excludentibus immunitatem Eccleſiaſticam ſe informaret ſummariè, ſimpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro ſuæ conſcientiæ informatione ſufficere ſibi viſum fuerit, ita quod Sanctiſſimus ille Pontifex verè annuit, non eſſe requirendam plenam, & concludentem probationem prædictarum qualitatum, vt eſt videre apud Montemaranum *in ſua prax. Archiepiſc.* ex quo ceſſat controuerſia, & in caſu illius met conſilij contra conſilium affert deciſiones, iuxta

quam Pontificis declarationem antea de iure tenuit Remigius de Gonn. *in tract. de immunitate Eccleſiaſtica quaeſt.2. & 3. verſ. attenta opinione iſtorum*, caeteros Doctores pro hac opinione recenſet Giurba *conſ.* 100. refellendo contrariam opinionem *num.* 28. *verſ. circa tertium*, & ſi contrarium obſeruaretur, ſequeretur abſurdum quoniam exiſtente reo in manibus Iudicis, probationes publicarentur, ſiquidem ad Inducendam plenam probationem requireretur citatio partis contra ſtylum, & obſeruantiam omnium Tribunalium, ex quibus abſque dubio ſuſtinenda eſt opinio in praxi recepta, quod ex ſuſpicionibus in caſibus, in quibus non gaudet immunitate Eccleſiaſtica, poſſit ab ea extrahi, quamuis extraiudicialiter, & non in ſcriptis fundat Giurba *praecitato conſ.* 100. *num.* 28. *verſ. adeò vt in quacunque cognitione*, & *in conſ.*41. idem Giurba *n.*29. *verſ. dum ergo teſtantur Doctores, illam probationem eſſe neceſſariam, quae ad capturam ſufficit*, & ita deciſum fuit in Collaterali Concilio interuenientibus vnà mecum Delegatis, Regente Valenzuela Praeſidente Sac. C. Conſiliario Ferdinando Brancia, Iudice Marco Antonio Roſſino, patrocinante pro Regio fiſco, Conſiliario Scipione Rouito ſub die 9. Decembris 1624. in cauſa Marci Antonij Condò de Lyrio inquiſiti de homicidio cum qualitate aſſaſſinij, de qua qualitate oretenus Regia Audientia ſe informauit, & idem confirmatum ad petitionem Epiſcopi Lyrienſis ſub die 22. Aprilis 1626. in eodem Collaterali Concilio, & per Mag. Cur. ſub die 14. Februarij 1626. idem obſeruatum, & denegata fuit reo copia teſtium, & ipſorum percuntatio deponentium ſuper qualitate proditionis in cauſa Petri Serari.

3 Tutior verò, & communior opinio eſt ad excludendam immunitatem, vt requirantur indicia ſufficientia ad torturam Gam. *deciſ.*281. Hieron. Portoles *in ſcol. ſiuè annotationibus ad repertorium Michaëlis* Molin. *quaeſt.* 9. *fol.* 8. qui hanc fundat ad partes diſputando pluribus deciſionibus cuius dicta hic per extenſum inſerere volui.

Nona quaeſtio eſt, an ſi proceſſu competentiae non plenè, ſed per indicia de delicto conſtet, reus immunitate Eccleſiaſtica priuari debeat, & competentia in fauorem Iudicis ſaecularis declaranda ſit; in qua re, dum caſus ex facto eueniſſet, deciſum fuit, ſola indicia ſufficere, nec plenam delicti probationem exigi, vt delinquentem immunitatem Eccleſiae amiſiſſe pronuncietur, vtque competentia in fauorem Iudicis ſaecularis declaretur, & ita fuit reſolutum per eruditiſſimos Conſiliarios à Cancellario aſſumptos in proceſſu Ioannis Puig. ſuper competentia iuriſdictionis anno 1576. Nam cum ipſe Puig. accuſaretur proditoriè arcobuſium exonerari feciſſe aduerſus quendam ſibi amicum in ſua ipſius Puig. domo degentem, & nihil tale ſuſpicantem, nec ſuſpicari debentem, & ab Eccleſia Praedicatorum, ad quam confugerat extractus fuiſſet, & immunitatem Eccleſiae allegaſſet, & ſuper ipſa aliqua indicia non vehementia, nec ad inferendum poenam ordinariam ſufficientia de ipſo delicto proditoriè commiſſo conſtaret, & per Cancellarium, & Conſiliarios praedictos dubitaretur, an eo caſu, ex quo de delicto ipſo proditoriè commiſſo ſolùm per Indicia non ſatis vrgentia conſtabat, declarari deberet, ipſum Puig. immunitate Eccleſiae gaudere poſſe, & debere; tandem reſolutum fuit, declarari oportere reum captum competentiam inſtituentem immunitatem Eccleſiae amiſiſſe, & competentiam Iudicis ſaecularis locum habere, nam per praefatos Conſiliarios reſolutum fuit in hoc Regno ſufficere ad amittendum fori priuilegium, & ad hoc, vt Cancellarius competentiam in fauorem ſaecularis pronunciet de delicto ipſo circumferente iuriſdictionem ſaecularem in proceſſu competentiae per indicia conſtare, etiam ſi indicia ipſa non ita vrgentia ſint, vt ex illis Iudex ſaecularis poenam ordinariam imponere debeat, Idquè in hoc Regno coram Cancellario ſaepè conſultum, & iudicatum fuiſſe aſſeruerunt, ſed maximè in proceſſu Franciſci Romeo ſuper competentia iuriſdictionis anni 1571. quae quidem reſolutio probari poteſt ex his, quae docet Panor. *in cap. ſi clericus laicum n.*9. *vſque ad fin* & ibi Felin *a n.*2. *de foro competen.* dum aſſerunt, ſufficere, ſi ſemiplenè de qualitate circumferente iuriſdictionem conſtiterit, neque exactam probationem hoc caſu requiri, & adduci poteſt etiam tex. *in cap.*1. & ibi DD. *de homic. lib.*6. dum Ibi decidit, clericum aſſaſſinium fori priuilegium amittere, & ad delicti probationem coniecturas, & probabilia argumenta ſufficere, & ſecundum hanc Ipſam opinionem fuerat antiquitus iudicatum per Cancellarium Ximenez Priorem Tarraconenſ. in proc. D. Ludouici Pardi Commendatoris Sancti Ioannis, qui fuerat accuſatus de morte Ioannis de Vrbina aliàs Malagarra, nam cum in proceſſu contra illum fabricato ſola indicia adeſſent nihilominus competentia in fauorem Iudicis ſaecularis declarata extitit, & poſtea ſaecularis, quia indicia ſufficientia non erant, vt poenam ordinariam inducerent, ipſum Pardo ad exilium tantum condamnauit, & rurſus ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum per Cancellarium in proceſſu Simeonis Murciano ſuper competentia iuriſdictionis anno 1581.

Sed contra praedictas Regni noſtri deciſiones tenet in eiſdem terminis Aret. *in cap. cum non ab homine num.* 4. *de iudic.* & Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubric.*1. §.5. *in verb. ſil ua grace num.* 56. *fere per totum illum num. ſed maxime in fine illius fol.*199. & *f.*200. qui conſtanter aſſerunt, quod vbi clericus non eſt confeſſus delictum, nec contra eum adſunt verae, clarae, & concludentes probationes, clericus ipſe fori priuilegio priuandus non eſt, licet contra ipſum praeſumptiones etiam vehementiſſimae adſint, & licet clericus de atrociſſimo delicto accuſetur, ad quam ſententiam comprobandam citant tex. *in cap. inter ſollicitudines*, & ibi gloſſam fin. id expreſsè tenentem, *de purgat. canon.* idquè etiam in facti contingentia à Curia iudicatum, & obſeruatum fuiſſe affirmant. Quorum opinionem probauit etiam Auendan. *de exequend. mand. Regis lib.*1. *cap.* 21. *num.*4. *verſ. tamen*, & *verſ. ſi verò praeſumptiuè fol.*134. *colu.*4 aſſerens, Iudicem ſaecularem non eſſe contra clericum Iudicem competentem, niſi graue crimen verè, & certiſſimè ab eo commiſſum eſſe probatum ſit, ita quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, alioquin ſi praeſumptiuè probatum extiterit, nullo modo punitionem illius delicti ad ſaecularem Iudicem pertinere, & ideò infert, quod ſi contra clericum inſidiae allegantur, & de inſidiis, neque per confeſſionem, neque per teſtes conſtat, ſed id praeſumitur, quia armatus irae viſus fuit, clericum hoc

caſu

caſu iuriſdictioni ſæculari remittendum non eſſe, cùm nemo priuilegio clericali priuandus ſit, niſi per veras, & non præſumptas probationes conuictus fuerit, quam quidem opinionem Auendan. ibidemquè plurimis, magniſquè rationibus, & neruoſis fundamentis meliùs quàm alius, quem hactenus viderim, comprobat, ipſamquè in praxi ſeruandam fore profitetur, & eandem etiam, ſed non tam ſerio fundatam amplectitur Placa *in epito. delict. cap. 19. num. 27. in fin* ipſamquè ſententiam prædictam non modò in clerico priuilegium fori prætendente, ſed etiam in eo, qui ad Eccleſiam confugit, & inde extractus fuit, ſeruari debere, aſſerit Auend. vbi ſup. *num. 9. verſ. nam ſupradicta fol. 136.* firmiter tenens extractum ab Eccleſia eius immunitate gaudere debere, quando crimen non verè, & certè, ſed præſumptiuè probatum fuerit. Quare ex prædictis apparet præfatas Regni noſtri deciſiones ab aliquibus doctiſſimis, viris impugnari, & contrarium declarari debuiſſe.

Cæterum quicquid de iure hoc caſu ſit, ego exiſtimarem in hoc Regno Cancellarium competentiarum præfatas in ſuo conſiſtorio factas deciſiones ſequi teneri, tum quia illæ iuris ratione fulciuntur, vt patet ex Panor. *in cap. ſi clericum laicum num. 9. 12. & 16.* & ibi Felin. *num. 2 de foro competen.* & tex. *in cap. 1.* & ibi Doctores *de hom. lib. 6.* tum quia illæ deciſiones in hoc Regno ab antiquo in praxi receptæ fuerunt, & in odium delinquentium ita declarari debere iuſtiſſimum viſum fuit, vnde ab eis non eſt recedendum, quoniam antiqua practica iudicandi ferè pro lege habetur, nec ab ea recedere licet, vt ait Bald. *in l. illud* per illum tex *ff. de excuſ. tutor.* & Anchar. *conſ. 178. num. 2. verſ. 5.* Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 30. num. 2. & 3.* & Vant. *in tract. de nullit. ſentent. tit. ex defect. citat. num. 75. & 76.* Aymon. *conſ. 91. num. 7.* Philipp. Decius *conſ. 358. num. 3.* Tiraquell. *in tract. le mort ſaiſit 2. par. declar. 17. num. 4.* vbi multa in rem hanc congerit. Quod maximè procedit, vbi ſumus in aliquo articulo in iure dubio: quoniam eo caſu ſemper ea interpretatio ſeruari debet, quam praxis peritorum iudicum amplexa fuit, vt docet Anchar. *d. conſ. 178. num. 2. verſ. 5 allegatur*, & Aymon. *conſ. ant. num. 11. & 12.* & ideò cum antiqua practica iudicandi in Conſiſtorio Cancellarij à peritis ſuſcepta hæc ſit, ſcilicet neceſſarium non eſſe ad priuationem priuilegij fori de delicto plenè conſtare, ſed ſufficere per præſumptiones, & indicia pluſquam ſemiplenè de ipſo delicto, & eius qualitate apparere, ſanè praxis iſta à Cancellario obſeruanda erit.

Quoniam vbi aliqua opinio in aliquo Conſiſtorio approbata eſt conſuetudine, non debet Iudex ab ea in illo Conſiſtorio recedere, licet contraria opinio de iure verior, & communior ſit, vt docet Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 30. num. 2.* per tex. *in l. minimè, & in l. ſi de interpretatione ff. de leg.* & per alia fundamenta, quæ ibi refert, & Panor. *in cap. 1. num. 14. de conſtit.* & Silua *nuptial. lib. 1. tit. quomodo iudican. num 64. fol. 482.* & Rochus de Curte *in tract. de conſuet. num. 511.* & Duen. *reg. 100. lim. 1.* & Aufret. *in tractatu de poteſtate ſæcul. ſuper Eccleſ. reg. 1. num. 6. in fin.* & Ang. de Clauaſ. *in ſumm. in verb. opinio.* Hæc ille.

4 Ad tertium cùm conſtet viſum fuiſſe in loco, vbi delicta fuerunt patrata, armatum in comitiua more bannitorum erit ſufficiens indicium ad torquendum iuxta ea, quæ per Auguſtinum ad Angelum *in verbo fama publica præcedente*, vbi tenet, quod quando reperitur, quod quis multum frequentauit viam, in qua repertus eſt homo mortuus, ſit indicium ſufficiens ad torturam, quod approbat Ægid. Boſſ. *in tit. de indicijs, & conſiderationibus ante torturam n. 51. verſ. & idem tenet, quando reperitur* per doctrinam Bartoli communiter approbatam, quando eſſet reus aptus ad committendum illud maleficium, vt in caſu, de quo agitur, cùm ſit conuictus cum comitiua armis more bannitorum armatum inceſſiſſe per campaneam, dum per M. C. per ſententiam foriudicatus erat.

Inſuper cum ſit probatum, reum hunc eſſe diffamatum, quod ſit graſſator campaneæ: talis enim diffamatio iuncta cum alia præſumptione ſufficit ad torquendum, Ludouic. *in addit.* ad Guidon. de Suzzar. *quæſt. 93. in tract. de indic. & tort.* Io. Grandis *de bello exulum in 61. ſpec.* at cum hic reus vltra diffamationem habeat contra ſe teſtes de viſu de inceſſu in comitiua cum armis per loca, vbi fuerunt delicta patrata, nulli dubium eſt, poſſe ex his torqueri pro furtis ibidem in ſtrata publica commiſſis. 5

Ad quartum & ſi DD. tenuerunt, quod ad hoc, vt publicus latro, & graſſator dicatur, requiratur, vt ter, & pluries in viis publicis per vim bona prædatus fuerit, vnde tria requiri putant, vt latro non ſit tutus in Eccleſia. Primò, vt ſit publicus, & ad hoc, vt dicatur publicus oportet, quod ſæpiùs Secundò quod per inſidias viatoribus noceat. Tertiò, quod in viis publicis, vt per Decia. *in tract. crimin. lib. 6. de caſibus, qui delicta, & cauſas confugientium concernunt cap. 28. num. 2.* & qui dicantur publici latrones, viarumquè graſſatores excepti per Bullam Gregorij XIV à beneficio immunitatis, latè peritiſſimus Conſiliarius Merlinus *controuer. foren. cap. 64.* 6

Attamen attento ſtatuto in Regno etiam ſi ſemel aliis concurrentibus requiſitis furtum fecerit publicus latro dici poteſt, & immunitate non gaudet per eundem Ital. vbi ſup. *n. 20. verſ. redeo igitur*, Io. Franciſcus Capiblancus *in prag. 6. de Baronibus cap. 29. num. 15. verſ. hac tamen*, ſed in caſu de quo agitur, tollitur ipſa difficultas, cùm pluries in publicis viis, & itineribus viatores deprędatos fuiſſe per hanc comitiuam probatum ſit. 7

Per Regiam Audientiam Capitanatæ fuit iudicatum non eſſe reponendum. Per Mag. Cur. tribus tamen votantibus ob abſentiam aliorum, duo ex eis reuocando iudicatum per Regiam Audientiam, eſſe reponendum cenſuerunt. Per Sac. Conc. facta relatione in Collaterali Concilio fuit ſub die 7. Nouembris 1619. cum voto Dominorum Regentium confirmatum decretum Reg. Audientiæ. 8

## ARGVMENTVM.

*Abſolutus ab vno Iudice, quando poſſit iterum de eodem delicto puniri ab alio.*

## SVMMARIVM.

1 *Delinquentes ex quibus cauſis forum ſortiantur, & num. 2.*
3 *De generali conſuetudine Italiæ non fit remiſſio ad locum delicti, & quando territoria ſunt ſub diuerſis Principibus, vel etiam ſub vno tantum Principe, ſed ſub diuerſis Præſidibus.*
4 *Abſolutus ab vno Iudice an poſſit ab alio cognoſci pro eodem delicto, & quid de conſuetudine Italiæ.*
5 *Deciſio.*
6 *Abſolutus à delicto ſimpliciter in iudicio deducto ſine vlla qualitate, an poſſit iterum moleſtari ab eodem, ſeu alio accuſatore, qui poſteà qualitatem delictum grauantem proponat.*
7 *Deciſio.*
8 *Quando delicta reſultantia ex eodem facto ſunt ſpecie diſtincta poſſunt iterum puniri.*
9 *Beneficio Principis non gaudet quis contra Principis voluntatem, quamuis effectum habuerit.*
10 *De vulnere punitus an poſſit puniri pro homicidio ex vulnere ſequuto.*
11 *Tractatum in vno loco, & in alio commiſſum homicidium per quem Iudicem erit puniendum.*

## DECISIO CXXXVIII.

1 DElinquens forum ſortitur ratione delicti, originis, domicilij, & loci, in quo quis plurimum conuerſatur, *C. vbi de crim. agi oportet*, vbi omnes DD. *c. fin. de for. compet.* D. Vinc. de Franch. *deciſ. 57. in princ.*

2 Quilibet Iudex ex his poteſt de delictis cognoſcere, tàm per accuſationem, quàm per inquiſitionem iuxta communem, & veriorem doctrinam, de qua latè per Caball. *q.* 162. & per Hortenſ. Cauale. *de brach. Reg. p. 4. n. 152.* & de generali con-
3 ſuetudine Italiæ non fit remiſſio ad locum delicti, quando territoria ſunt ſub diuerſis Principibus, vel etiam ſub vno tantum Principe, ſed ſunt diſtincta, & ſeparata Cabal. ibid *n. 9.*

4 Vnde quærunt Doctores, an abſolutus ab vno ex prædictis Iudicibus poſſit deinde pro eodem crimine ab alio inquiri, & moleſtari; hanc quæſtionem formauerunt Doctores, & præſertim Conar. *var. reſolut. lib. 2. variar. cap. 10.* Iulius Clarus *lib. 5. ſententiarum § fin. quæſt. 57 n. 1.* qui dicit, communiter Doctores negatiuam ſuſtinere opinionẽ, pro qua eſt tex. *in cap. de his. de accuſ. & l. ſi cui §. iſdem ff. de accuſat.* quam ſequitur Farin. *de inquiſi. quæſt.* 4 qui relatis alijs opinionibus indiſtinctè eandem ſuſtinuit, quam nouiſſimè approbauit Caball. qui cæteros affert *dicta quæſt. 162. à n. 26.* huius opinionis declarationes latè habentur per Clar. & Add. *d. quæſt.* & per Farin. *loc. cit.* & per Marant. *in ſpec. par. 6. de inquiſ. n. 49. verſ. octauò principaliter requiritur*; verum de generali conſuetudine Italiæ non ſeruatur, quando iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, & penitus ſeparatæ, vt dicit Clar. *loc. cit.* authoritate Ang. Bal. & Iac de Belu. ideò abſolutio lata in vna iuriſdictione non parit in alia exceptionem rei iudicatæ; & ita omnium conſenſu receptum eſſe teſtatur ibi *n. 11. verſ. ſed hic occurrit alia quæſtio*, ſequutus fuit Baiar. *d. quæſt. 57. verſ. ſciat autem*, caſu quo fuerit abſolutus à Iudice domicilij, vel originis, non autem quando fuit ſufficienter punitus.

Et cum in M. C. eſſet carceratus Bernerdus 5
Cencius Romanus inquiſitus de parricidio patrato in Regno liberatus per Curiam Romanam, oppoſita exceptione, quod aliàs de eodem delicto fuit cognitum, M. C. ſequendo opinionem negatiuam, iudicauit, obſtare exceptionem, ſed cum fiſci patronus petierit in Sac. Cone. per viam recurſus reuocationem decreti, referente Conſiliario Cæſare Frezzatone Iudice M. C. V. ſub die 6. Maij 1615. fuit iudicatum, eſſe admittendum recurſum, ſequendo opinionem conſuetudine approbatam, acta ſunt in banca Danielis.

Pro qua deciſione faciunt dicta per Farinac. *in d. quæſt. 4. col. 2. verſ. ſi tamen iuriſdictio illius Iudicis*, vbi loquitur in caſu, quo quis minoris pœna, & non condigna fuit punitus ab alio Iudice, ſeparatam iuriſdictionem habente. Idem fundat in caſu mixti fori P. Michaël Agia *de exhibend. auxil. 25. fundamento*, & vbi Iudex temporalis fortiora haberet adminicula, tunc poterit iterum inquirere, & grauiùs reum punire, idem *in fin. fundamenti* 25. & quomodo obſeruandum ſit in irroganda pœna ſufficenti, ne quis ſentiat duplicem pœnam, habetur per Marantam *loc. cit. n. 100. verſ. vnum ſuper eſt addere.*

Vltra declarationes per præfatos Doctores relatas, limita in contumacia contracta coram duobus Iudicibus, nam coram vtroque purganda eſt Bart. *in l. ſepulchri ff. de ſepulchro viol.* Maran *d. par. 6. de inquiſitione n. 98. verſ. limita decimò.*

Limitatur etiam, quando licet debita pœna punitus ſit, attamen ſi prouiſum non fuerit ſuper eius tortura quoad complices, & ex proceſſu liqueret, delictum fuiſſe patratum cum ſocij, poterit modò Præſes Prouinciæ ipſum torquere ſolùm ad ſciendum ſocios, ne ipſi impunè pertranſeant, & de proprio ſcelere glorientur, cum reipublicæ interſit delicta puniri, *l. licitatio §. quod illicitè ff. de publ.* & ita tradit Carau. *in rit. 269. n. 23. verſ. imò plus dico, & n. 25. in fin.* quem ſequitur Baiar. ad Clar. *d. q. 57. n. 20. verſ. addi, quod licet debita pœna*, qui dicunt, quod condemnatus debita pœna, quamuis amplius moleſtari non poſſit, tamen ſi prouiſum non fuerit ſuper eius tortura quoad complices, cum ex proceſſu liqueret, delictum eſſe patratum cum ſocijs, poterit modò Præſes Prouinciæ ipſum torquere ſolùm ad ſciendum ſocios, facit tex. *in l. & ſi certus ſit, ff. ad Senatuſcon. Syllanian.* vbi notat Angel. & Igneus, verùm ſi reus fuerit tortus ante condemnationem, & non confeſſus, non eſt repetenda tortura ad ſciendum complices, erat in eadem tortura interrogandus, & ſi confiteretur, erat interrogandus de ſocijs, *l. prim., ff. ad Senatuſc. Syllanian.* Igneus *in d. l. & ſi certus, num. 35.* & ita iudicatum, vbi dictum eſt.

Poterit

Poterit practicari doctrina Carau. & Baiard. ſi confeſſus reus in tortura non fuerit de ſocijs interrogatus, vel poſt torturam liqueret de ſocijs, facit text. *in l. vnico, §. vlt. ff. de quaſt.*

Caſus, in quibus teſtes interrogandi ſunt cum quæſtione, ponit Igneus *loc. cit. num* 34.

Vnde per ſex Iudices Delegatos, v. g. D. Alonſum dela Carreta de ſupremo Regio Senatu Hiſpaniarum, & munus Locumtenentis gerentem in R. Camera Summariæ Iuriſconſultiſſimum, ac integerrimum virum, virtutum omnium ſimolacrum, Regentem Ferdinandum Brancia iuris prudentiæ magiſtrum, & obſeruantiſſimum, Regios Conſiliarios Andream Marcheſi in feudiſtam maximum, & Thomam de Franchis, qui ſuos egregios progenitores imitatur, & Dantem Oliuadiſium Iudicem in criminalib. Mag. Cur. Vicar. & Commiſſarium Campaneæ, vnà mecum interueniente pro fiſci patrono Fabio Galeoto tunc Præſidente R. C. S. nunc digniſſimo in ſupremo Italiæ Senatu Regente, meo compatre dilectiſſimo, acutiſſimi ingenij, & ſpectatæ virtutis, fuit deciſum, non eſſe locum torturæ, quia antea tortus, & non confeſſus, fuit extra ordinem punitus, quamuis nouum indicium ſuperuenerit contra ſocios in cauſa cuiuſdam inquiſiti vti mediatoris in aſſaſſinio.

Fuit etiam dubitatum in M. C. an qui pro ſimplici homicidio gauiſus fuit indulto, interpoſito decreto, poſſit iterum cognoſci pro qualitate aſſaſſinij poſtea comperta, excepta in eodem in-
6 dulto. Iſta deciſio dependet ab illa quæſtione, quam nouiſſimè Farinac. *in 3 ampliatione quæſt. 4. de inquiſitione n. 4 ponit*; an abſolutus à delicto ſimpliciter in iudicium deducto ſine vlla qualitate poſſit moleſtari ab eodem, ſeu alio accuſatore, qui poſtea qualitatem delicti aggrauantem proponit, affert contrarias Doctorum opiniones, & reſidet in diſtinctione, quod aut noua qualitas proponitur antequam nomen rei ſit receptum inter reos, & ſic ante litis conteſtationem, & ante ſententiam, & tunc nulli dubium, quod ſuper huiuſmodi qualitate procedendum eſt, & ſecunda accuſatio tanquam grauior præiudicialis, & comprehendens omnes circumſtantias delicti debet omnino præferri, & in hoc communiter nemine contradicente reſidet. Si verò noua qualitas proponitur poſt litem conteſtatam, & abſolutionem, ſeu condemnationem ſequutam, aut qualitas alterat, & diuerſificat condemnationem, & pœnam, aut alterat delictum, ſi diuerſificat condemnationem, & pœnam augeat, tunc ſemel abſolutus, ſeu condemnatus non poteſt iterum accuſari ſuper qualitate illius delicti: authoritates, rationes, & iura affert Gomez *in tit. de delict. c. 1. n. 2*. *verſ. item iuxta prædicta quæro*, & poſt eum Farin. *in d. 3. ampliat.* vt ſi quis adulterium, vel ſtuprum commiſerit cum violentia, nam & ſi hæc qualitas violentiæ diuerſificet pœnam, & condemnationem, attamen non diuerſificat delictum, cum violentia confundatur tanquam qualitas acceſſoria, & aggrauans cum principali delicto, & attenditur principalis intentio, quæ fuit committendi adulterium, vnde non poterit accuſare de violentia, omiſſo adulterio, vel ſtupro, vt concludit Paul. de Caſt. *conſ. 27. ſol. vlt. verſ. tertiò dico*, refert, & ſequitur Decian. *lib. 8. cap. 15. de ſtupro, & cont. violen. n.* 10. quamuis augeatur condemnatio, verùm quamuis hæc qualitas violentiæ non diuerſificet delictum ad hoc, vt poſſit iterum de eo cognoſci, attamen operatur, vt diuerſificet pœnam, nam ſi per vim fœminam, vel puerum quis ſtuprauerit, punitur pœna legis Iuliæ de vi publica, *l. 3. §. præterea ff. ad l. Iuliam de vi pub.* & accuſari poterit ſine præfinitione temporis, *l. mariti in fine, ff. de adult.* Decian. *præcit. loco num* 6. & poterit procedi ex officio, cùm pœna, *l. Iuliæ de vi publ.* ſit deportatio ex dictis per Carau. *ritu 63. iuxta capitulum Regni Vt delatas*, prout fuit obſeruatum de menſe Decem- 7
bris in anno 1617. in cauſa Ioannis Andreæ Scarnati de Caramanico inquiſiti de adulterio cum violentia, qui extra ordinem fuit punitus pœna exilij ob defectum probationum, quamuis eſſent elapſi octo anni, & ante litis conteſtationem Partes remiſerunt, ita iudicatum fuit per Regium Conſiliarium Cæſarem Alderiſium tunc Protegentem, vti delegatum: Actuarius aſſumptus fuit Ioannes Vincentius Migliaccius. Si verò diuerſificat delictum, tunc non obſtante abſolutionis decreto poterit ſuper qualitate cognoſci, & puniri, quia non dicitur inquiri ſuper eodem, ſed ſuper diuerſo delicto, & ceſſant rationes, & iura allata in præcedenti membro Farinac. *præcitato loco verſ. ſi verò noua qualitas*, exempla huius membri habea à Bart. *in l. denunciaſſe §. quid tamen ff. ad l. Iuliam de adult. num. 5. verſ. videamus vltra*, vbi Bart. ait, quod tunc qualitas diuerſificat delictum, quando lex diſponit ſuper qualitate delicti, imponens pœnam per ſe, & non reſpectiuè ad pœnam, quæ imponitur pro delicto ſimplici, vt in percuſſione ſimplici eſt actio iniuriarum, pro percuſſione verò facta hominib. coadunatis eſt actio legis Iuliæ de vi pub. quæ eſt alia pœna. Illa ergo qualitas coadunatis hominib. inducit nouam actionem, ita etiam in caſu, de quo agimus, pro ſimplici homicidio gaudet indulgentia, ſed pro aſſaſſinio non gaudet, quia aſſaſſinij qualitas eſt excluſa à beneficio ſtatuti, & ſic lex diſponit ſuper qualitate, quæ de per ſe operatur, vt non gaudeat.

Adduco etiam pro hac ſententia dicta per Seſe 8
*deciſ. Aragon.* 106. *num.* 7. vbi quando delicta reſultantia ex eodem facto ſunt ſpecie diſtincta, tunc poteſt de alio delicto abſolutus iterum puniri.

Inſuper gauderet Principis beneficio contra 9
eius mentem: attenditur enim voluntas Principis, & ſi per ignorantiam eſſet aliter exequutum argum. tex. *in l. ſi pater ff. de manumiſ. vindic.*

Faciunt etiam dicta per Lucam de Penna *in l. ſi quis decurio C. de decurio. lib.* 10. *num.* 17. in
illa quæſtione, an punitus de vulnere poſſit ite- 10
rum puniri de homicidio, ex vulnere ſequuto, nam & ſi teneat eſſe expectandum euentum vulneris in ſententia ferenda, & ita ſeruatum quoque fuit in S. C. teſte D. Vinc. de Franch. *deciſ.* 324 attamen ſi ex Iudicis imprudentia fuerit punitus de vulnere, punitur quoque de homicidio, mitiori tamen pœna, quia alia fuit actio de percuſſione, & alia de occiſo, pro quo faciunt dicta per Couarr. *cit. loc.* & per Bologn. *conſ.* 43. quod ſi contrarium fieret, delictum homicidij remaneret impunitum, quod eſt abſurdum, *l. ita vulneratus ante finem ff. ad l. Aquiliam*, & quid
quando tractatus ſit in vno territorio, & homici- 11
dium ſequitur in alio, an confundatur tractatus cum homicidio, vel poſſit puniri per Iudicem territorij,

territorij, in quo fuit commiſſum homicidium, vide Ludou. Bologninum *conſ.* 8.

## ARGVMENTVM.

*Si Monachus homicida fuerit degradatus, & Curiæ ſæculari traditus, an Iudex laicus debeat eum punire ex eodem proceſſu; an verò ſint repetendi teſtes coram Iudice laico, & iterum compilandus proceſſus.*

## SVMMARIVM.

1. *Iudex laicus, quo ordine procedere debeat contra Monachum pro homicidio degradatum, & Curiæ ſæculari traditum.*
2. *Iudex laicus de nullitate ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici cognoſcit incidenter, non principaliter.*
3. *Deciſio.*
4. *Defectus in proceſſu per Iudicem Eccleſiaſticum formato ſuppletur per Iudicem laicum.*
5. *Degradatio in quibus criminibus fieri poſſit, remiſſiuè.*
6. *Iudex laicus poteſt punire degradatum, & Curiæ ſæculari traditum pœna etiam vltimi ſupplicij, quamuis vti clericus eſſet minori pœna puniendus.*
7. *Et poteſt eum minori pœna punire, vel etiam abſoluere, ſi pro delicti qualitate, vel ex defectu probationum minori eſſet puniendus pœna, vel abſoluendus, quia innocens.*

## DECISIO CXXXIX.

MOnachus in Eccleſia commiſit homicidium tempore celebrationis diuinorum officiorum fuit degradatus, & Curiæ ſæculari traditus, & delegata cauſa Conſiliario Gaſpari Palatio fuit diſcuſſum, an repetendi eſſent teſtes coram Iudice laico, & coram eodem compilandus proceſſus, vel erat ferenda ſententia ex eodem proceſſu.

1 Et recognitis nonnullis proceſſibus, fuit iuxta ſtylum, & iuris diſpoſitionem reſolutum ex eiſdem actis puniendum eſſe, prout qualitas delicti poſcebat, non alia data dilatione, non repetitis teſtibus, ſed ex eodem proceſſu compilato coram Iudice Eccleſiaſtico præuia citatione ad ſententiam litem examinandam, & cauſæ finem imponendum probat tex. *expreſſus in §. ſi quis contra aliquem verſ. ſi vero prius eiuſdem Iudicem in auth. de Sanctiſſ. Epiſcop.* Decian. *lib.* 4 *cap.* 9. *num.* 123. ibi, *ſi conſcientia ſua id viſum non fuerit ex proceſſu formato coram Iudice Eccleſiaſtico*, ea ratione, quia acta coram Iudice Eccleſiaſtico competente ante degradationem ſunt valida Farin. *de pœnis temp. quæſt.* 87. *num* 102. ibi, *niſi exhibito proceſſu Iudicis Eccleſiaſtici, & niſi ſententiam viderit iuſtam*. & ſi Luc. de Pen. *in l. prima n.* 6. *C. de priuil. ſcholar. lib.* 12 videatur contrarium dicere, ex eodem §. *ſi verò*, dum iterum examinandum eſſe tenet, & ſi confiteatur ſponte, damnet, aliàs, non, hoc non probatur *in d.* §. immo contrarium, & pro opinione noſtra in praxi recepta adduximus literam, ibi, *& ſecundum legem litem examinans cauſæ finem imponat*, verbum *examinare* non importat principalem interrogare iterum, ſed conſiderare, & perpendere acta, Cicer. *ſecunda de oratore, quæ non artificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinatur*, Plin. *in epiſt. examina ſingula verba, & expende*, & paulò inferius, idem Imperator *in verſ. ſi verò Epiſcopus, & ita ad nos negocium, tam ab Epiſcopo, quàm à Iudice referatur, vt nos hoc cognoſcentes, quæ Nobis videntur, ſubdamus*, & ſic ex proceſſu formato coram Epiſcopo iudicium faciet, benè tamen Iudex laicus non tanquam merus executor pronunciabit ſuper executione ſententiæ, ſed cauſa cognita ex eiſdem actis, quod iuſtum fuerit, & ſi velit probationes ad defenſionem producere, reijciendæ non ſunt per Iudicem laicum, qui cognoſcit 2 de nullitate, vt latè fundat idem Lucas de Penna *præcit. loc. num.* 8. verùm incidenter ad pœnam inferendam, ita vt ſi iniuſta fuerit degradatio, non puniet pœna ordinaria, principaliter autem declarare degradationem nullam ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, ex adductis per Lucam de Penn. *in d. l. prima num.* 8. prout in propoſito caſu reco- 3 gnitis actis per Regium Conſiliarium Gaſparem Palatium delegatum, quia conſtabat de delicto, & proceſſus compilatus fuit coram Iudice Eccleſiaſtico præuia tantum monitione ad dicendum coram Iudice laico ſub die 24. Septembris 1618. fuit vltimo ſupplicio condemnatus, & executa ſententia contra Fratrem Angelum Degnum Monachum Ordinis Carmelitarum.

Verùm ſi aliquis defectus in proceſſu reperia- 4 tur, ſuppleudus erit per Iudicem laicum, vt in cauſa Angeli de Rinaldo de anno 1589. qui poſt degradationem, quia non erant repetiti teſtes in Curia Archiepiſcopali, fuerunt repetiti in M. C. & datus terminus ſuper nouis, & cum fuiſſet per M. C. condemnatus ad decapitandum, commiſſa cauſa in S. C. quia interim fuit annullata degradatio in Romana Curia, fuit relegatus; & aliàs de anno 1605. quidam Frater Gratianus Monachus Ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini inquiſitus, & confeſſus de aſſaſſinio, & furto, quia non erat datus terminus aduerſus confeſſionem in Curia Eccleſiaſtica, poſt degradationem fuit datus terminus per Octauium Piccolellam vti delegatum, & deinde furcis ſuſpenſus, non aliter repetitis teſtibus examinatis in Curia Eccleſiaſtica.

An pro homicidio poſſit degradari, & pro qui- 5 bus criminibus Carolus de Graſſ. *in d. effectu* 1. *n.* 836. D. Reg. Carolus Tapia *in conſtit. de perſonis n.* 39. *verſ. licet potuiſſet dicere*, Gaſpar Theſaurus *quæſt. forenſ. lib* 4. *quæſt.* 22. *nu.* 32.

Poteſt enim Iudex laicus pœna etiam vltimi 6 ſupplicij punire degradatum, & traditum Curiæ ſæculari iuxta Imperiales leges *cap. nouimus, de verb. ſignificat. cap.* 2. *de pœnis in* 6. & hanc eſſe communem opinionem, & in practica ſeruandam teſtantur nonnulli DD. relati per Carolum de Graſſ. vbi ſup. *num.* 813. quamuis tempore delicti attento, vti clericus non erat puniendus pœna mortis, ſed minori Dom. Vincen. de Franch. *deciſ.* 571.

Et ſi pro delicti qualitate, vel ex defectu 7 probationum minori eſſet puniendus pœna, vel ſi cognouerit Iudex laicus innocentiam, poterit eum minori pœna punire, vel etiam abſoluere Decian. *d. cap.* 9. *num.* 123. *cum reliquis cumulatis*

per

per Carolum de Graſſ. *in præcitato loco à n. 818. cum ſeq.* D.Reg.Tap. *in conſtit. Regni de perſonis n.40. verſ.præterea dicebatur hic.*

Aliter tamen ſeruatur lo inquiſitis de hæretica prauitate, qui traduntur puniendi Curiæ ſæculari, vt dicetur in ſecunda parte harum deciſionum.

## ARGVMENTVM.

*Regentes Regiam Cancellariam, an, & quando præcedant Conſiliarios Status, ſiue belli.*

### SVMMARIVM.

1 *Regentes, & Conſiliarij Status quo ordine ſedeant in pleno Collaterali Concilio.*
2 *Regentium dignitas amplior eſt, quam Conſiliariorum Status, & quare.*
3 *Regentes habent omnimodam iuriſdictionem, & votum deciſiuum.*
4 *Iuriſdictionem habens præfertur non habenti, vel minorem habenti.*
5 *Regentes præcedunt Conſiliarios Status, & num. ſeq.*
6 *Cardinalis Epiſcopus præcedit Cardinalem non Epiſcopum.*
7 *Prioritas temporis non attenditur in inæquali gradu dignitatis.*
8 *Epiſcopus Doctor præcedit Epiſcopum non Doctorem prius promotum.*
9 *Conſuetudo eſt attendenda in præcedentiis.*
10 *Deciſio.*

## DECISIO CXXXX.

1 NOn controuertitur, quod quando totum Collaterale Concilium, quod formatur ex Miniſtris togatis, & non togatis, vnitur, & congregatur in conſeſſu Collateralis Concilij coram Excellentiſſimo Dom. Proreg. pro tractandis negotiis ſtatus, & belli, miniſtri non togati, ſiue Titulati, ſiue priuati præcedunt Regentes Regiam Cancellariam, qui ſunt Conſiliarij Collaterales togati, tàm in ſedendo, quàm in votando, quia ſedent omnes ad dexteram, & ſunt primi in votando, Regentes verò ſedent ad ſiniſtram, & ſunt poſteriores in votando, exceptis Regentibus titulo decoratis, quia tùnc occupant locum cum aliis titulatis ad dexteram ſecundum vniuſcuiuſque antiquitatem, ſed extra illum conſeſſum, & illum actum, in omnibus aliis actibus, & in omnibus locis, & in omnibus negotiis non poteſt controuerti, quin Regentes præcedant omnes alios Conſiliarios
2 Collaterales etiam antiquiores, qui non ſunt titulo decorati, amplior enim eſt dignitas Regentium, quàm Conſiliariorum Collateralium non togatorum, hi enim in Collaterali Concilio aſſiſtunt, dum res bellica tractatur, qua finita à Collaterali Concilio recedunt, nec vllam habent aliam authoritatem, vel iuriſdictionem, niſi eam, quam illis D.Prorex delegat, aut committit, vt ait Frecc. *de ſubfeud. lib. 3. in differ. inter feud. regal. titul. & al. feud. nobil. differ. 7. num.10.* & ita teſtatur ſtatutum per Imper. Carolum V. D. Reg. de Pont. *de aſſenſ. Reg. §. 5. numer. 4.* Regentes verò habent omnimodam 3
iuriſdictionem in materia belli, & iuſtitiæ, & in rebus iuſtitiæ, habent votum deciſiuum idem Dom. de Pont. *in titul. de deleg. cauſ. num. 14.* vbi meminit de literis Imper.
Caroli V. *& §. ſupracit. num 5.* ſed habens ad- 4
miniſtrationem præfertur non habenti, vel minorem habenti *l. 2. C. vt dignit. ord ſeru. lib. 12.* ergo Regentes Conſiliarios Status præcedere debent, & quanta, qualiſue ſit dignitas Regentium late percipitur ex *dec. 62. & ex eleganti opuſculo de Præſ. Cancell. mei Domini Regentis Tapiæ.* conſtat etiam omninò præferri Regentes ex inſignibus authoribus Regnicolis, hi ſunt Dom. Reg. de Pont. *de poteſt. Proreg. de aſſ. Reg. tit. § 5. num 4. verſ. eſt benè verum,* idem *conſ. 14. num. 41. vol. 1.* per hæc formalia verba, *& Regentes Regiam Cancellariam, qui ad officium Regentis noniter aſſumpti ſunt præcedunt omnes alios de conſilio ſtatus titulum tamen, & dignitatem aliam non habentes, licet illi eſſent priores in tempore,* idem *in deciſ. 8. num 5.* ait, quod quemad-
modum Titulati fuerunt Prælati Regentibus 5
etiam tempore anterioribus, conſiderata maiori dignitate, ita & Regentes priuatis eadem conſiderata ratione.

Dom. Regens Conſtantius *in l. 1. C. de Conſul. lib. 12. num. 12. verſ. & ſic, vt antiquitatis* tradit, quod ſi ad ſupremi ordinis Concilium fuerit admiſſus vnus ex Regentibus Regiam Cancellariam eſt præferendus, vt Doctor alij non Doctori, licet ad idem Concilium prius admiſſo, &
*num. 33.* confirmat exemplo Cardinalis Epiſco- 6
pi, qui præfertur Cardinali non Epiſcopo, & Cardinalis Presbyteri, qui præfertur Cardinali Diacono *clem. 2. §. irritum, de elect. canon. cleros*
*9. diſt.* & ex duplicatione gradus maiorem induci 7
dignitatem, & vbi maior eſt dignitas, prioritatem temporis non attendi, eſt glo. *in canon placuit in ver. Iſidorus 16. diſt.* & notatur *in cap. ſta-*
*tuimus, de maior. & obed.* exemplo etiam Epiſ- 8
copi Doctoris, qui Epiſcopum non Doctorem, licet prius promotum præcedit Dec. *in l. omne quod ff. ſi certum petatur. n. 28.*

Marc. Ant. Surg. de Neap Illuſt. *cap. 23. n. 37.* explicitè ait, quod ſi quis non doctor eſſet de Collaterali Concilio ad illud à Rege electus, Regentes Regiam Cancellariam, qui ſunt de eodem Concilio præcedunt illum, licet tempore priorem.

Dom. Reg. Tapia *deciſ ſuprem. Concil. Ital. 2 to. num. 26.* inquit, *Habemus alium caſum, qui erit decimuſquintus, hoc eſt inter duos habentes idem officium, quorum alter erat titulatus ante officium, quia præcedit alios etiam antiquiores ratione maioris dignitatis,* vt etiam conſiderauit D. Reg. de Pont. *deciſ. 8. n 5. adeò quod titulati, qui ſunt de Concilio Collaterali etiam poſteriores in tempore præcedunt Dominos Regentes Regiam Cancellariam ratione maioris dignitatis, ſicut Domini Regentes Regiam Cancellariam præcedunt alios Conſiliarios non titulatos etiam antiquiores.* Hæc Dominus Tapia.

Et hæc viget conſuetudo, quæ eſt optima le- 9
gum, ac priuilegiorum interpres D. de Franch. *deciſ. 21. & 166.* præcipuè in materia præcedentiæ conſuetudo attenditur. *l. 1. ff. de alb. Scrib. & in cap. fin. extr. de conſuetud.* Paçian. *de probat. lib. 2. c. 26. num. 136. & 144.* de qua conſuetudine antiquiſſima in caſu emergenti fuerunt teſtati

Regni à Secretis, & Regius monitor, vulgò *magiſter ceremoniarum*, & apparet ea antiquis eorũ quinternionibus, vbi præcedentiæ notãtur.

Et demum fuit deciſum me referente vnà cum Conſiliariis Angulo, & Theodoro delegatis die 10. Nouembris 1630. in cauſa præcedentiæ vertente inter ſpectabilem Dominum Regen-
50 tem Rouitum ſemper venerandæ memoriæ, & ſpectabilem D. Alonſum de Cardenas Conſiliarium Status antiquiorem, quod ſpectabilis Dominus Rouitus præcedát, tàm in ſedendo, quàm in votando, penes Secretarium, de qua deciſione teſtatur ipſemet Dominus Rouitus *in ſua deciſ.* 77. vbi magis latè examinat articulum vir ille norma virtutum, & decus togæ.

## ARGVMENTVM.

*An confugiens in Eccleſiam poſſit in ea citari.*

## SVMMARIVM.

1 *Confugiens ad Eccleſiam poteſt in ea citari, & contra eum non comparentem, & contumacem procedi, modò per talem ſententiam citato aliqua ſanguinis pœna, vel corporalis non infligatur, &* n. 4.

2 *Commiſſio de citando eſt actus iudicialis, & non poteſt fieri in Eccleſia.*

*Citatio verò, quæ fit per Nuntium, non dicitur actus iudicialis, & poteſt fieri in Eccleſia.*

3 *Citationem verbalem poſſe fieri in alieno territorio propria authoritate, nulla expectata licentia, vel implorato auxilio ex frequentiſſimis Scribentium ſuffragiis.*

5 Tex. in l. dies feſtos C. de feriis *declaratur.*

6 *Argumentum de tempore ad locum quando procedat.*

7 *Neceſſitas facit licitum, quod de iure eſt illicitum.*

8 *Prohibitus alienare, poteſt alienare ex cauſa neceſſitatis.*

## DECISIO CXXXXI.

1 CONfugiens ad Eccleſiam poteſt in ea citari verbaliter etiam pro cauſa criminis communem ſententiam interpretum iuris eſſe refert Petr. Pech. *in tract. de iur. ſiſtendi, cap.* 6. quo in loco arreſtatio fieri, vel non fieri poſſit ſub *n.* 1. quod obſeruatum refert Borrell. *in ſumm. deciſ. tit.* 44. *de citat. num.* 74. *in ver. verbalis citatio.* Marant. dicit etiam communem, *in ſpeculo par.* 6. *de citat. num.* 129. Bonacoſ. *in recol. comm. opin. tom.* 4. *in tit. de act. loc.* 10. *cap.* 10. & contra eum non comparentem, vti contumacem poteſt procedi, ita tenet Abb. *in cap. inter alia n.* 9. *in fin. ver. poterit ergo tunc citari in Eccleſia extr. de immun. Eccleſ.* quem refert, & nullibi alibi legiſſe dicit Aluar Valaſc. *conſul.* 81 *à n.* 4. Rouit. *ad pragm.* 1. *de iuriſd. inuic. non turb. n.* 17. *ver. quod procedit etiam ſi citatio fieret in Eccleſia, & in pragm.* 2. *de citat. n.* 12. *ver. quod ſi quis citatus in Eccleſia;* ea freti ratione, quia licet commiſſio de citando ſit actus iudicialis, & non poſſit fieri in Eccleſia, citatio tamen, quæ fit per Nuncium, non dicitur actus iudicialis, ſed quædam executio facti; 2
nam miniſterium tantum committitur, illudque exercet, nec alienã inuadit iuriſdictionem Andr. *in c.* 1. *de controu. inueſtit. inter domin. & ali. de benef. n.* 9. *ver. & poterit Roma etiam ſecundum hoc citare*, nec eſt neceſſaria in ea cauſæ cognitio ſecundum communem opinionem, de qua per Io. de Selu. *in tract. de benefic. q.* 53. *n.* 4. *par.* 3. Aluar. *loc. citat.* qua ratione attenta DD. omnes tenuerunt, poſſe fieri citationem in alieno territorio 3
propria authoritate, nulla Iudicis expectata licentia, vel implorato auxilio, quos congerit Franc. Molin. *l.* 2. *c.* 23. *à num.* 5. *ver. contrariam ſententiam.*

Vnde ſi verbaliter fiat citatio in Eccleſia, va- 4
lida erit, dummodò tamen per talem ſententiam non affligatur citatus aliqua pœna ſanguinis Abb. & Valaſc. *loc. præcit.*

At Cardinal. Alban. ad Bart. *ff. de in ius vocan. l. plerique n.* 3. *ver. quæro poſtea* Bar. contra eundem mentionatam ſuſtinentem opinionem inſurgit tali medio.

Citatio facta die feriato in honorem Dei ad 5
diem non feriatum inualida eſt, *l. dies feſtos C. de fer.* Abb *in cap. fin. eod. tit.* igitur pari ratione dicendum quoque videtur, citationem, quæ fit in Eccleſia nullius eſſe valoris, & momenti, argumento ducto de tempore ad locum, & è contra, quod in iure validum eſt, *l. ſi quis ff. de aur. argent. legat. cum ſimilibus.*

Sed reſpondetur, rationem, quare ſit prohibitum citari feriatis diebus, fuiſſe expreſſam à Sum. Pontif. Greg. Nono *extr. de fer. in cap. conqueſtus*, ibi, *debet tamen iudicialis ſtrepitus diebus conquieſcere feriatis, qui ob reuerentiam Dei noſcuntur eſſe ſtatuti*, illamque non militare in verbali citatione ad locum, & data diuerſa ratione in- 6
ter locum, & tempus non procedere argumentum, docuit Bal. *in l. vnica C. vbi de poſſeſſ. agat.* cum reliquis adductis per Nicol. Euer. *in ſua top. legal. loc.* 88. *à tempore ad locum n.* 2.

Præterea alio reſpectu non obſtat dicta lex dies feſtos ex aduerſo adducta, nam ibi caſus poſitus mirum in modum differt à caſu noſtro, ſuper quo præſens vertitur, diſceptatio, loquitur enim lex illa de litibus, & cauſis priuatorum concernentibus principaliter vtilitatem priuatam, at noſter reſpicit primariò publicam vtilitatem, ac conſeruationem pacifici ſtatus publici; nam ad hoc tendunt huiuſmodi mandata pœnalia, vt teſtatur Dom. Reg. de Pont. *de pot. Proreg. tit.* 1. & ſic nos verſamur in caſibus exceptis à regula, & prohibitione *d. l. dies feſtos*; ſiquidem neceſſitas, & vtilitas æquiparantur in iure, vt notatur 12. *q.* 2. *in ſumma*, Innoc. *in cap. cum omnes, de conſtitut.* Abb. *in cap. cum ſuper, de reb. Eccleſ. non alien.* hinc Scribentes vno ore tradidere, 7
quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum *cap. quod non eſt licitum, de reg. iur.* & neceſſitas legem non habet, *de conſecrat. diſtinct.* 1. *cap. ſicut*, & dixit pulchrè Bald. *in l. Diuus ff. de petit. hæredit.* quod tempore neceſſitatis ideò ceſſant legis præcepta, quia lex debet eſſe poſſibilis, neceſſitas verò præſupponit impoſſibile, & nõ eundo per mendicata ſuffragia idem Gregor. Nonus *in d. cap. conqueſtus* in propriis terminis ſanxit in his euentibus ceſſare mentionatam prohibitionem ſub his verbis, *Quibus vtique ſolemnibus feriis (niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat) vſque adeò conuenit ab eis abſtinere*, vbi per illum

illum tex. hoc docuerunt gloſ. & cæteri Canoniſtæ.

Præterea validum eſt argumentum de minori ad maius ad fusè cumulata per Euerar. *in ſua top. legali*; at in actibus concernentibus pietatem ceſſat mentionata prohibitio, ſic docuerunt præ cæteris Alberic. Angel. & Iaſ. *in l. 1. ff. de fer.* & eſt tex. expreſſus *in d. cap. conqueſtus, ſeu fin.* at magis vrget neceſſitas, quàm pietas, vt patet ex eod. contextu circa litteræ poſitionem.

8 Accedat ad hæc, quod prohibitus alienare poteſt alienare ex cauſa neceſſitatis, *l. pater filium in princ.* & ibi Bart. *de legat. 3. l. 1.* & ibi Bar. *de fund. dotal.* idem Bart. *in l. filius fam. §. Diui delegat. 1. in l. peto §. prædium de leg. 2.* ſed res prohibita alienari, quia eſt ſubiecta reſtitutioni, non poteſt per inſtitutionem legari etiam ad piam cauſam Calderin *conſ. 331. alias ſecundò de teſtam.*

Huc ſpectat illa frequentiſſimis Doctorum placitis recepta ſententia, quod quando mora eſt periculum allatura, vt in caſu noſtro, tunc permiſſus eſt receſſus à regulis Iuris, *l. de pupillo, §. ſi quis riuos*, vbi Bart. & cæteri *ff. de non. oper. nunt. l. 1. §. fin. ff. de feriis, l. Diuus, ff. de pet. hered. l. baptizatum*, & ibi gloſ. *5. diſt. c. fin.* vbi gloſ. *de pænit. & remiſ.*

Quo fundamento iacto, inferunt iidem Scribentes, licitum eſſe capere debitorem fugitiuum, etiam die feriata in honorem Dei, quando periculum eſt in mora, ſic voluit gloſſ. *celebris in l. fin. C. de feriis*, quem ampliat Bald. *in cap. fin. in vlt. col. eod. tit.* etiam ſi eſſent feriæ celeberrimæ, vtpotè Natiuitatis, vel Paſchatis Domini, immo tunc licere laico capere clericum debitorem ſuſpectum de fuga, quando periculum eſt in mora, vt tamen eum præſentet Iudici Eccleſiaſtico ſecundùm Bald. & Abb. *in cap. cum non ab homine, ext. de iudic.*

Denique huiuſmodi mandata ſunt fundata ſuper optimo Reipub. regimine, & pacis conſeruatione, quo caſu ceſſat pariter prohibitio antedictæ legis, vt præ cæteris docuit gloſ. iuris Pontificij *in allegat. cap. vlt. in verb. pietas*, vbi in fine adducit hæc carmina.

*Hæc faciunt cauſas feſtis tractare diebus.*
*Pax, ſcelus admiſſum, manumiſſio, res peritura.*

Obſeruatum fuit contra prouocantem ad duellum, qui ad impediendum Iudicis mandatum in Eccleſiam ſe contulit, in qua citatus, contumax effectus, fuit contra eum cæptum exequi pro pœna pecuniaria, poſteà comparuit, & præcepto paruit, & ſequuta pace, non fuit pro pœna moleſtatus.

## ARGVMENTVM.

*Offenſionis timor ſi vigeat, Iudex compellere poteſt partes ad præſtandam cautionem de non offendendo.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium eſt prouidere, ne partes veniant ad arma.*
2 *Mandata in Regno Neapolitano ad euitanda ſcandala quomodo fiant, & qua forma.*
3 *Contumaciæ ſunt accuſandæ in mandatis ad euitanda ſcandala iuxta ritum M. C.*
4 *Iudex compellit ad præſtandam cautionem de non offendendo, vbi non eſt vanus timor, non ſolùm ad Partis petitionem, ſed etiam ex officio.*
5 *Si ex noua cauſa accidit offenſio, non cenſetur quis contraueniſſe.*
6 *Etiam ſi ſua culpa damnum timeat.*
7 *Prohibetur, ne aliquis tranſeat ante domum alicuius, ſi ob id dubitatur ſcandalum.*
8 *Offenſionis timor, & ſuſpicio ſi viget, debet Præſes militarem cuſtodiam decernere etiam conueniſſoris expenſis.*
9 *Filij conſanguinei, & affines an ad pacem pro affinibus compellantur, & n. 14 & 15.*
10 *Iudex cogere poteſt ad cautionem præſtandam, etiam reo abſoluto ſi adhuc durat cauſa timoris.*
11 *Iudex poteſt cogere ad pacem.*
12 *An laicus compelli poſſit ad ſe obligandum de non offendendo pro clerico ſibi coniuncto.*
13 *Altera parte recuſante cautionem præſtare, altera non tenetur, & præſtita, habetur pro non data.*

## DECISIO CXXXXII.

AD officium Iudicis ſpectat prouidere, ne 1 partes veniant ad arma, *l. aquiſſimum ff. de vſufruct.* Et ſæpè fit mandatum, ſeu præceptum 2 Iudicis rixari volentibus ad euitanda ſcandala, vt late per *Cabal. caſ. 231.* & ideò in hoc Regno ſeruatur, quando inſtat timor pugnæ præcipuè inter nobiles, qui ſæpè in duello contendunt fieri mandata, ne diſcedant à domo ſub certa pœna, & quia vt plurimum ſolent in loca tuta proficiſci, & non poteſt ipſis fieri mandatum de perſona, citantur domi, in qua niſi reperiantur illi de familia, affigitur citatio in oſtio domus, & expediri ſolet ſub hac forma.

*Tenore præſentium mandatur N. quatenus infra ſex horas, quarum duas pro primo termino, binas pro ſecundo, reliquas pro vltimo peremptorio termino aſſignari volumus ſe conferre habeat in eius domo ſita in N. illamque tenere loco arcti, & ſecuri carceris vſque ad alium ordinem inſcriptis ſuæ Excellentiæ, vel M. C. ſub pœna ducatorum N. applicandorum fiſco Regio irremiſsibiliter elapſo dicto peremptorio termino, & mandato prædicto non ſeruato, cum aſſecuratione tamen pro pœna delictorum ex cauſa prædicti mandati, & præſentationis.*

Notandum tamen duxi, quod ſemper mihi 3 viſum fuit exorbitans elapſo termino appoſito in mãdato procedi ad exequutionem pœnæ non accuſatis debitis contumaciis, quod eſt contra ius commune, & *rit. M. C. in ordine* Carauit 118. qui ad literam loquitur de huiuſmodi mandatis per hæc verba. *Item nota, quod ſi ſit mandatum alicui extraordinarium (tamen non in aliquam cauſa, in qua ſit inchoatus proceſſus) ad aliquam pœnam, ſemper expectatur ille, cui eſt factum mandatum triduo, vt fit in citationibus ordinariis, & hoc ſemper ſeruauit, & ſeruat ipſa Curia de conſuetudine antiqua*, & cum de hoc fuiſſet diſputatum in Collaterali Concilio, quia M C non intendebat procedere hoc ordine, cum oſtendiſſem huno ritum, ceſſauit difficultas, &

Obſeruatum quoque fuit, compelli ad præ- 4 ſtandam cautionem de non offendendo, vbi non eſt vanus timor, non ſolùm ad petitionem

Partis, ſed etiam ex officio ex dictis per Gugl. de Con. & Doctor. *in l.illicitas §. ne potentiores ff.de offic. præſid.* & ibi Bart. *& in l.denunciamus in fin.C.de his, qui ad Eccleſ. confug* De Franch. *dec.*359. etiam ſi ſit ſatisfactum parti læſæ, quoad pœnam, & intereſſe Franch. Victor. Relect. Theol. 6.*de iur.bell.n* 18. & quando non poteſt dare cautionem, debet banniri idem Victor.*loc. cit.* Vtilll. *ad dec.* Afl 149.*num.*8.*ver.vbi etiam ait.*

5 Verùm ſi ex noua cauſa ſequatur offenſio, non cenſetur ex cauſa contrauentionis incidiſſe in pœnam fideiuſſionis, Bart. *in l.aut facta §.cauſa ff.de pœn.* Mangrella ad Bat. *in dicto § ne potentiores*, nam non rupta dicitur per offenſionem illatam ex noua cauſa latiſſime Farin.*q* 107. *part.*3.*art.* 32. *à num.* 403. & quomodo probetur, ſeu præſumatur noua cauſa *in ead. quæſt. art.*33 *à num.*432.

6 Amplia etiam in beneficium eius, qui ſua culpa damnum timet, Bar *in l.quamuis alienis §. ſi quis iuſta ff de damn infect.*

7 Amplia poſſe prohiberi aliquem, ne tranſeat ante domum alicuius, ſi ob id dubitator ſcandalum, vel rixa Paris *in tract.de ſyndicat.in verb. concordia*, Iaſon. *in l.quod iuſſit, ff. de re iudic. num.*3. pro quo pondetat tex *in l.*1.*in ver ſolitarum regionum, ff.de offic.Præfect. vrb. & in l.*1.*C. de offic. Procur. Cæſar. l. cuius, aliter incipit, ſi vſusfructus, §.ſed ſi inter duos,& l.ſeq.*& ibi Bart. *ff.de vſuf.* & obſeruatur per Dom. Proregem in caſibus, in quibus indulgetur abſque remiſſione partis prohiberi acceſſum ad plateas, vbi Partes offenſæ habitant ſub pœna priuationis ipſius indulgentiæ.

8 Amplia, quod ſi viget veriſimilis offenſæ timor, & ſuſpicio, debet Præſes militarem cuſtodiam decernere, etiam concuſſoris expenſis, ſi ſibi videatur, Alciat. *l ſuper poſſeſſione C. de tranſact.* & authoritate Dom Proregis arma ferendi, armatoſque ſecum ducendi licentiam impartiri, *l.fin.C.de erog. milit. annon.* ſcribit Salyc. *in d. l. denunciamus C.de his, qui ad Eccleſ confug.* Vulpell. *in tract.de pac. quæſt.*77. *in fine.*

9 Amplia etiam poſſe aſtringi pro filiis, familiaribus, conſanguineis, affinibus, Tiraquell. *de retract. lignag. glo.*16. *in princ.verſ vlterius quæritur fol. mihi* 165. vſque ad quartum gradum ex dictis per Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 131. & idem quoad affines, Vulpell. *de pac.quæſt.*34. & an quoad affines in ſecundo affinitatis genere contentos, idem Vulpel. *q.* 35. latiſſimè quoad omnes Farinac. *quæſt.*107.& cum caſus contigiſſet inter magnates, fuit obſeruatum, vt infra *num.*14.

10 Amplia, quamvis fuerit abſolutus ille, qui ti metur ex dictis per Dom. Vincent. de Franch. *dicta dec.*359.

11 Amplia, poſſe cogi Partes ad pacem faciendam Bar. *in l.congruit ff.de offic. Præſid.*

12 Amplia vltimò, poſſe etiam cogi laicum ad ſe obligandum de non offendendo pro clerico ſibi coniuncto. & ita practicatum cum Michaele Franco, qui tàm ſuo nomine, quàm Nicolai Franchi fratris clerici ſe obligauit ſub verbo, & fide Regia de non offendendo Franciſcum Coppula.

13 Limita, ſi altera pars recuſauerit præſtare conſimilem cautionem, ſi vanus non ſit timor, Bart *in d.l.illicitas § ſi quis, quia ſibi ff.de damn.infect.* *in fin.ver.& hoc facit*, cum aliis adductis per D. Vincent.de Franch. *deciſ.* 359. *n.* 5. & ſi cautio præſtita ſit ab altera parte, prouidetur, quod intelligatur non præſtita. D.Præſ. de Franc. *dicta deciſ.* 359. cœtera latiſſimè habes per Farinac. *in d. q.* 107. *per tot.*

## Reſcriptum pro pace inter magnates.

*HAuiendo enemiſtad el Señor Marques de Peſcara, y ſu caſa, y la de la Señora Marqueſa de Oyra, y ſu nieto, y hijos por cauſa dela muerte del Marques d'Oyra ſu hijo, y por el archibuzazo tirado deſpues al de Peſcara, y hauiendo entrambas partes hecho procura baſtante en mi perſona para componerlos, digo, y declaro, que de oy adelante las dichas perſonas, y caſa pueden ſer amigos, y han de ſerlo, como ſin huuieran ſuccedido las coſas ſobradichas, remitiendo los vnos alos otros, y entrando en eſta paz no ſolamente el Señor Marques de Peſcara por ſus hijos hermanos, deudos, amigos, y qualquier otra perſona dependiente de ſu caſa, como dela parte dela Señora Marqueſa de Oyra. ſu nieto, hijos, deudo amigos, y qualquier otra perſona dependiente de ſu caſa, de manera, que no queda perſona ninguna fuera deſtas paçes, y quien faltare dellas ſe declara de entonzes para ſiempre por traydor, y infame, y ſea repasado como reuelde, y por tal ſe pueda caſtigar, prometiendo para obſeruançia de todo eſto palabra ſub verbo Regio. Dat. en Nap. à* 29. *di nouembre* 1626. *El Duque de Alua. Originale eſt penes Hieronymum de Amico.* 14

Denique non abſurdum puto ad ſaturitatem iſtius ſententiæ, quod cogi poſſit quis pro alio ad cauendū vltra authoritates relatas ſupra n.9. referre ſequentia ſcripta à peritiſſimo viro.

Quamquam & ratio ſuadeat, & iure quoque cauatur, neminem pro alio teneri, cùm alieni facti promiſſio minimè ſubſiſtat §.*ſi quis alium,* Inſtit. *de inutil ſtipulat.l. ſtipulatio iſta §.* 2. *ff. de verb.obligat.* Pariſ.*conſ.* 156. *vol.*4. 15

Attamen in materia cautionis de non offendendo cùm iuſti timoris cauſa præſtanda eſt, communi ferè omnium Doctorum ſententia concludo, quem poſſe ad cauendum adſtringi pro filiis, familiaribus, conſanguineis, affinibus, iis denique omnibus, qui quoquo modo eum, à quo cautio exigitur, pertinguut, hanc inquam ſententiam in familia amplexus eſt Guil.de Cun. *in l.denunciamus n.*24.*C.de his.qui ad Eccleſ.confug.* in familiaribus, & complicibus quoque Bart *in l.illicitas § ne potentiores ff. de offic.*Præſid. Felin. *in rubr. de tregul.& pace num.*18.*verſ. qui timet*, & in filiis, familiaribus, & ſubiectis, Salyc.*in d.l.denuntiamus n.*5. Petr.à Plaz *in epit. delict.cap.*7.*num.*8.Octau.Vulpell *de promiſſ. de non offend q.*83.*nu.*1.*&* 2. Franc.Hercul.*de caut. de non offend.cap.*8.*num.*1 Mi. Moros. *de tregu. & pac. quæſt.*130. *n.*8 latiſſimè hanc ſententiam comprobat Sebaſt.Guazz. *de caut de non offend. par.*2. *quæſt.*10.*n* 4.*&* 5. ſequitur Farin.*in pract. crim.quæſt.* 107. *n* 26.

Quæ ſententia adeò ab omnibus approbata vnam tantum limitationem ſecundum aliquos Doctores recipere videtur ſub declarationis nomine ad præcedentem opinionem ab Herculano traditam, vt ſcilicet tunc demum quis

pro

pro altero de non offendendo cauere cogendus ſit, cum is, pro quo cautio exigitur, in cuius eſt conſtitutus poteſtate, eique ſubiectus eſt, veluti pro filiis, deſcendentibus in poteſtate poſitis, vel pro eius familiaribus, quos omnes prohibere poteſt, ne delinquant, non idem pro aliis, putà conſanguineis, & adhærentibus ab eius poteſtate, & authoritate exemptis, ita ex tex. *in l. 1. § familia ff de publican.* poſt Bart. ibi; & Panorm. *in cap. conſtituit, de conſ.* ſenſit Curt. ſen. *conſ.* 41. Ripa *in rubric. ff. de damn. infect. numero* 16. *verſ. ego crederem*, Vulpell. *dicta q.* 83. *num.* 2. ita quoque cenſuerunt Pariſ. *conſ.* 168. *lib.* 4. Laderch. Imola *conſ.* 108. Cæphal. *conſ.* 587. *num.* 37. *in* 4. Hieronym. de Mont. *quæſt.* 8. *n.* 7. *cum ſeq.* Sebaſt. Guazz. *loco, quo ſup. num.* 2. *&* 3.

Verùm quicquid mero iure attento ſit, communior equidem, & amplectenda magis eſt prima ſententia, vt eam poſt alteram relatam ſequitur Sebaſtian. Guazzin. *dicto. cap.* 10 *n.* 7. & ita obſeruatum publicæ quietis cauſa, Principe tamen conſulto fatetur Farinac. *d. q.* 107. *n.* 54.

Vtram igitur ſententiam ſequi velimus, ſiue primam ſimpliciter, ſiue cum declaratione, hanc admittimus, cùm nos ſimus in caſu cautionis à patre pro filio præſtandæ, dubium non eſt, quin ratione patriæ poteſtatis, & authoritatis in filium, vt decet, maximè eam præſtare cogendus ſit. Etenim caſus noſter ab vtriuſque partis ſectatoribus vno ore eſt approbatus.

Quinimò in filio hoc adeò abſolutum eſt, vt controuerſum fuerit, an pater pro filio naturali, vel ſpurio cauere teneretur, pluribus pro negatiua, iiſque validis exiſtentibus rationibus, nempè deficiente in eos patria poteſtate, & conſanguinitatis iuribus, quæ latè conſiderat Hertul. *cap.* 32. & tamen concludit rationibus, de quibus per eum, eos actiuè comprehendi ſcilicet, vt pro eis pater cauere cogatur, quamvis enim paterna poteſtate eximantur, paternæ tamen authoritati, ac affectioni ſubiiciuntur ſecundùm Alex. *in l. ex facto § ſi quis cogatur ff ad Trebell.* & Iudicis arbitrio id remittendum eſſe, conſideratis quàm plurimis circumſtantiis voluit *Guazzin. c.* 11. *&* 12. quod ad nos minimè pertinens omitto, latiùs apud eos.

Nec admittenda erit excuſatio dicentis pro filio eum amplius non habere, ideò ad cauendum pro eo cogendum non eſſe, vel ſi eum emanciparet, nam huiuſmodi proteſtatio nil operabitur, cum iura ſanguinis dirimi non poſſint, *l. iura ſanguinis ff. de reg. iur.* & emancipatio in fraudem veluti facta non ſubſiſteret, & nihilominus filius eſſe non deſinit, qui licet patris poteſtatem, non item authoritatem effugiat, quam proteſtationem, quod fortiùs eſt, in fratre admittendam non eſſe, admonet Guazzin. *in quæſt.* 10. *numero* 25. Denique hæc excuſatio in caſu noſtro ob perſonarum qualitates in hoc præcipuè à Principe attendendas minimè locum habere poteſt.

Quæ cum ita ſint Excellentiſſimo Protegi facillimum eſt variis mediis Partes cogere ad dictam cautionem præſtandam. Intereà tamen iubere poterit, mandatum eius ordine, ac iuſſione exequi dudum ceptum ſuper portione dotium D. M. exiſtentium penes patrem adminiſtratorem realiter, & cum effectu exequendum eſſe. Conſtat enim ſufficientem, imò maiorem eſſe portionem ſibi contingentem ſuper dictis dotibus, tàm vti hæredi matris, quàm etiam vti hæredi pro parte vnius fratris multis ab hinc annis defuncti, & demum fratris nuper vita defuncti, itavt liberè, & abſque aliquo ſcrupulo dictum mandatum exequi poſſit, Excellentiſſimo Protege denuo, & cum effectu iubente.

## ARGVMENTVM.

*Inquiſitus poteſt capi, & carceribus mancipari de mandato Iudicis laici, etiam ſi teſtes fiſci in proceſſu informatiuo obiter nominent ipſum clericum. Quod non procedit, ſi iidem reddant congruam ſcientiæ cauſam, & in aliis caſibus hic commemoratis.*

## SVMMARIVM.

1 *Reus inquiſitus poteſt capi de mandato Iudicis laici, etiam ſi in proceſſu informatiuo teſtes fiſci nominent ipſum clericum, dummodo non reddant cauſam ſcientiæ, & de ratione.*

*Teſtes ſi in ſuis atteſtationibus non reddant cauſam, non probant.*

2 *Summus Pontifex in literis collationis beneficij nominando aliquem clericum, non probat illius clericatum.*

3 *Occurritur cuidam motiuo excitato per* Graſſ. *qui contrarium viſus eſt ſentire.*

*Mentionata denominatio inducit præſumptionem pro nominato, quod præſumatur clericus, quæ præſumptio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*

*Cæterum hæc negatiua, quod non ſit clericus, probatur eo ipſo, quod contrarium non probatur ex traditione* Inno. & aliorum.

*Clericatus non probatur in petitorio ex partis confeſſione.*

4 *Clericatus qualitas eſt probanda per eum, qui in clericatu ſe fundat.*

*Clericatus eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur, niſi probetur.*

5 *Clericatus ex quibus probetur.*

6 *Nec communis exiſtimatio, nec fama publica ſupplent defectum bullarum, quæ ſunt neceſſariæ ad probandam clericatum.*

7 *Clericatus poſſeſſio non eximit quem à iuriſdictione Iudicis ſecularis.*

8 *Captura non eſt prohibita Iudici laico, etiam ſi articulus clericatus ſit determinandus per Iudicem Eccleſiaſticum, donec pendet illius definitio.*

9 *Ad mentionatam Scrib. traditionem affertur limitatio.*

10 *Deciſio.*

## DECISIO CXXXXIII.

ET ſi teſtes deponentes de crimine, reum 1 clericum nominent, adhuc mandato Iudicis laici carcerari poteſt; ſola enim denominatio non reddita cauſa ſcientiæ non eximit

reum à iuriſdictione Iudicis laici, & dictum teſtis ſine redditione cauſæ non probat *l. 3. C. de*
2 *teſtib.* tantò magis, quia Summus Pontifex ſi nominet quem clericum in litteris collationis beneficij, non probat clericatum, ſic tenent Anchar. Philip. Franc. Io. Andr. Bal. Alex. quos referendo, ſequitur Diaz. *in pract. c. 64. n. 16. ver. littera enim Epiſcopi*, Maſcard. *concl. 305. n. 4.* & ex noſtris Regnicolis de comm. teſtatur Grammat. *deciſ. 81.*

3 Et quamvis Graſſ. *in tract. de effect. cleric. in prælud. num. 210.* dicat, quod nominatio, ſeu aſſertio Summi Pontificis, vel Prælati in aliqua bulla nominantis talem clericum inducat præſumptionem pro nominato, quæ transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, quod non ſit clericus; tamen probatur negatiua hoc ipſo, quod contrarium non probatur, ita ex authoritate Innoc. aliorumque DD. & Rot. fundat Boer. *deciſ. 171. num. 18. verſ. ſed quomodo probat.* Nec patris confeſſio probat clericatum in petitorio Farinac. *quaſt 8. n. 45. ver. an autem.*

4 Si ergo clericatus non erit probatus, poterit capi reus per Iudicem laicum, quia omnes laici naſcimur, & clericatus qualitas erit probanda per eum, qui in clericatu ſe fundat, ex doctrina Io. Andr. *in regal. non licet actori col. penul. poſt principium extra de regal. iur.* & ipſum ſubſequutus fuit Luc. de Penn. *in l. quicunque in 62. caſ. ſub num. 17. C. de apoc. public. lib. 10.* & Aufrer. *in repet. clement. 1. col. 1. n. 3. de offic ordin.* Bald. *in cap. fin. num. 4 de præſumpt* Lop. ad Diaz *cap. 62. n. 38.* Decian. *in tract. crimin. c. 9. num. 127. lib. 4. par. 3.* Farin. *d. quaſt. 8. num. 38.* Maſcat. *concl. 302. n. 3. par. 1. & confirmat* Pacian. *in tract. de probat. ca. 34. n. 1. par. 2.* præcipuè, quia clericatus eſt ſollemnitas extrinſeca, ad quam quis non poteſt peruenire, niſi facto hominis, ergo non præſumitur, niſi probetur, Ant. de Butr. *in cap. fin. num. 8 de eo, qui furt. ord. recep.* Boer. *d. deciſ. 171. num. 11. verſ ſic videtur*, erit ergo ſub iuriſdictione Iudicis laici, donec non ſit probatus clericus, & ideò opponere debet clericatum ad tex. *in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. cum concord.*

5 Ad cuius clericatus probationem requiruntur bullarum præſentatio, & alia iuxta Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 6. & rit. M. C. 65. & 235.* vbi latè Carauit. & habetur per Farin. *in d. q. 8. num 40.* vnde ſi captus à ſæculari Iudice careat aliquo ex his requiſitis, cognoſcetur ab eodem, Mart. *de iuriſd. c. 135. in fin. par. 4. cent. 1.*

6 Nec communis exiſtimatio ſufficeret, niſi exhibeantur bullæ *c. Deus omnipotens 2. q. 1.* Couar. *pract. qq. c. 33. n. 3.* & ridiculum exiſtimat Carau. *in d. rit. 235.* putare, famam publicam ad probandum aliquem eſſe clericum ſufficere.

7 Nec ſat eſt clericatus poſſeſſio; ea enim ſola adhuc ſatis non eſſet, vt eximeretur quis à poteſtate Iudicis laici, ſed requiritur manifeſta probatio tituli clericatus requiſita per decretum Concil. Trid. cum de graui præiudicio iuriſdictionis tractetur, Farinac. *d quaſt. 8. num. 44. in fin. ver. atque vide tamen* authoritate Ignat. Lopez *in addit.* ad Diaz. qui ita interpretandum cenſuit decretum Sacr. Conc. Trid.

8 Contrarium obſeruare abſurdum eſſet; Eccleſiaſticus enim Iudex laicum exiſtimando talem criminoſum, non inquireret. Iudex laicus, penes quem criminis probationes reperiuntur, & præſumptio, quod nemo naſcitur clericus, abſtinendo impunitum remaneret delictum, ſequendo opinionem, quam defendimus, nullum iuriſdictioni Eccleſiaſticæ præiudicium inferretur, nam carcerato reo, & viſis literis ordinum, & requiſitis per dictum Concilij decretum ad Eccleſiaſticum Iudicem remittitur puniendus; quæ captura non erit prohibita Iudici laico etiam vbi articulus clericatus eſſet definiendus à Iudice Eccleſiaſtico, donec fuerit diffinita clericatus quæſtio, vt obſeruatur in Regno Hiſpan. & teſtatur Couarru. *pract. qq. c. 33. n 4. verſ. alioquin ſi clericus hic.*

Præterea aliud ſequeretur abſurdum, remaneret enim in poſſe Scribæ fiſcalis, & teſtium iudicium competentiæ deſcribendo, & nominando reum clericum, ſiue Abbatem, & tolleretur cognitio Iudici ſuper competentia.

Verùm ſi teſtes interrogati de cauſa ſcientiæ 9
ſuper clericatu, prout bonus Iudex ad indagandam veritatem tenetur interrogare, reddant rationem, quod fori priuilegio gaudeat, vel ex notorietate facti, vel ex aliis notorius redderetur clericatus, & ſic verſaremur in terminis *cap ſi Iudex laicus*, iuncta gloſ. *in ver. notoriam. de ſentent. excomm. in 6.* tunc non eſſet procedendum ad citationem verbalem, nec realem ex dictis per Foller. *in rit. item ſi aliquis citatus fuerit, in princ. in ver. ad propoſitum*, niſi ad effectum remittendi, & ducendi illum ad Eccleſiaſticum, ex dictis per Farinac. *d. quaſt. 8. num. 116.* ſub die 21. Februarij 1618. fuit deci- 10
ſum per S C. poſſe procedi ad capturam in cauſa Caroli Terracini inquiſiti de homicidio ad relationem M. C.

## ARGVMENTVM.

*Introducta cauſa, quando ſint deneganda priuilegiatis beneficia. Inſtantia perempta, & reſtaurata per inſufflationem ſpiritus vitæ, an terminus triginta dierum ſtatutus per Reg. prag. ad petendum beneficia currat à die inſufflationis ſpiritus, vel adhuc dicatur ante inſufflationem, litem pendere; & currat à die edita pragmatica.*

## SVMMARIVM. 1

1 *Introducta cauſa, an competant priuilegiato beneficia, & n. 7. & deciſio n. 18.*

2 *Beneficia denegantur poſt lapſum triginta dierum in litibus pendentibus à die edita pragm. 27. Maij 1621.*

3 *In ſecunda inſtantia, an dicatur inſtantia perempta, vel potius appellatio deſerta elapſo triennio, & an ſit locus reſtaurationi inſtantia per inſufflationem ſpiritus vitæ ex gratia Principis, & n. 8.*

4 *Inſtructo proceſſu in auditorio Principis, & in Sacro Concilio, an currant fatalia, vt poſſit appellatio declarari deſerta, & quid ſi concurreret negligentia appellantis.*

*Fatalia currunt in Sacro Concilio, & non obſeruatur renderi cauſam, lapſis fatalibus ex eiſdem*

*eiſdem actis, numer. 16. & quid in aliis Auditoriis, num. 7.*

5 *Conceſſo primo beneficio in prima inſtantia, eſt concedendum ſecundum in alia inſtantia.*

6 *Vniuerſitas reſtituitur, quando ex negligentia procuratoris fuerit læſa.*

9 *Terminus triginta dierum per Regiam pragm. ſtatutus ad petendum beneficia currit à die inſufflationis ſpiritus vitæ, quando inſtantia erat perempta, & cum ratione, & ita deciſum n. 18.*

10 *Alienata re, ſuper qua aderat lis, perempta inſtantia, ceſſat vitiata litigioſi.*

11 *Inſtantia perempta, perit citatio, & litis conteſtatio.*

12 *Inſtantia, quæ reuiuiſcit, dicitur noua inſtantia.*

13 *Reus poſt inſtantiam peremptam effectus alterius fori ex priuilegio, dum reſtauratur, gaudet declinatoria fori.*

*Secus in clerico, cui fuit liberata pecunia cum cautione, nam inſtantia perempta non gaudet declinatoria. ibid.*

14 *Per inſufflationem ſpiritus vitæ licet remaneat eadem cauſa, non tamen eſt eadem inſtantia, ſed diuerſa, & iterum de calumnia iurandum eſt.*

17 *Appellans ad quid teneatur in aliis Tribunalibus, quam in Sacro Concilio, pro euitanda deſertione appellationis.*

## DECISIO CXLIV.

IN lite vertente in Sacro Concilio inter Ciuitatem Surrenti, & Ciuitatem Maſſæ de finibus, fuit pro parte Ciuitatis Maſſæ petitum ſecundum beneficium, fuit oppoſitum pro parte Ciuitatis Surrenti eſſe denegandum.

1 Primò, ob decretum introductionis de anno 1588. & introducta cauſa, non competunt amplius beneficia, Affl. *in conſtit. Obſcuritatem num*... & ex diſpoſitione Regiarum pragmaticarum, & earum obſeruantia, de quibus per Carauit *rit. 71. num. 13.* Dom. de Franch. *dec. 261.* & D. Rouit. *in pragm. 53. de offic. Sac. Conſ.* iis rationibus, quia per introductionem merita cauſarum panduntur, hanc affert Dom. de Franch. *d. dec. num.* 9. & vt debitus finis litibus imponatur, quam in ſimili conſiderauit Theſaur. *dec.* 33.

2 Secundo, per Regiam pragmaticam 16. de ordine iudiciorum prohibentem poſt triginta dies in cauſis pendentibus petere beneficia, & hanc cauſam pendere adhuc dicebant, non obſtante peremptione inſtantiæ per aduerſarium oppoſita, nam propriè dici poſſet

3 appellatio deſerta ob lapſum fatalium, cum ſit cauſa appellationis iuxta *auth. ei, qui C. de tempor. appell.* ſi proceſſus non fuiſſet præſentatus, & compilatus coram Iudice appellationis; verum, quia in anno 1613. fuit per appel-

4 lantem compilatus proceſſus, & introducta cauſa, ceſſat deſertio in Sacro Concilio, ex dictis per Afflict. *in dec.* 78. quia in auditorio Principis introducta cauſa infra tempus fatalium, non poteſt amplius dici deſerta appellatio per text. *auth. ſed & hic in l. fin. §. ſi tamen C. de temp. appellat.* & ita obſeruatur etiam in Senatu Pedemontano, & in Camera Imperiali, vt refert Theſaur. *deciſ. 10. à num. 15. vſque in fin.*

E conuerſo pro parte Ciuitatis Maſſæ replicabatur, non eſſe denegandum petitum ſecundum beneficium in hac ſecunda inſtantia. cum 5
in prima fuerit conceſſum primum beneficium iuxta adducta per Affl. *in dec. 15. & 114.* reſtituitur enim Vniuerſitas, *l. res publica C. ex quib. cauſ.* 6
*maior.* quando ex negligentia procuratoris non petentis fuit læſa, *l. quod ſi minor §. 1. l. aut præter §. 1. ff. de minor.* quamuis introducta fuerit cauſa, & ita obſeruatum fuit per Sacr. 7
Concilium, per quod fuit conceſſum beneficium poſt introductionem cauſæ per viam reſtitutionis in integrum, quia in non petendo fuerunt læſi, ita teſtatur Minad. *dec. 15.* Maſull. *ad dec.* Capyc. 109. *num.* 12. ita per *alleg.* Minad. *dec.* tenet Imbriao. *in tract. de primo, & ſecundo benef. conſiderat. 5. num. 20. verſ. attamen ſubinde.*

Nec obſtat Regia pragmatica, nam attento tempore reſtaurationis inſtantiæ, non erat elapſum tempus triginta dierum ſtatutum à Regia pragmatica, ante cuius reſtaurationem non poterat dici, litem pendere, & in cauſa appellationis inſtantiam currere, & reſtaurari, tenuit Frecc. *in lib. 3. de ſubfeud. cap. 1. num. 8.* quem 8
affert Dom. Rouit. *in d. rubr. de inſtan. cauſ. non reſtituen. num. 5. verſ. ſed quid in cauſa appellationis*, & parte non contradicente petiit inſufflationem ſpiritus vitæ à Principe, & ita obtinuit, à quo die inſufflationis incepit currere minus triginta dierum; nam antea per... 9
inſtantia, lis non pendebat, cum paria ſint quòd nunquam fuerit mota lis, vel quod ſemel mota, mortua ſit, Dom. Rouit. *in d. rubr. de inſtan. cauſ. non reſtit. num. 12. ver. quod ſi poſt lapſum trienaium*, vnde nullum conſideratur vitium litigioſi, ſequuta alienatione, perempta inſtan- 10
tia, ex adductis per D. Rou. *præcit. loc.* & per Paſcal. *in tract. de virib. patr. poteſt. par. prima quæſt. 8. num 217. verſ. penitus tamen*, & inſtantia perempta, perit citatio, & litis conteſtatio, Bart. 11
*in l. cum lite mortua ff. iudicat. ſol.* & quando reuiuiſcit per inſufflationem ſpiritus vitæ dicitur noua inſtantia, vnde reus effectus poſt pe- 12
remptam inſtantiam alterius fori ex priuilegio, 13
dum reſtauratur, gaudet declinatoria, Anna *ſingul. 129.* Paſcal. *in d. tractat. de vir. patr. poteſt. d. cap. 8. num. 218. verſ. eademque ratione ſi cauentus.*

Limitatur, quando agitur de auocatione pecuniæ à creditore clerico, cui fuit liberata per Iudicem laicum cum cautione de reſtituendo, cui, quibus, & quando ad omnem ordinem, tunc enim licet ſit perempta inſtantia cauſæ particularis, non eſt locus declinatoriæ fori, ſed apud eundem iudicem examinanda eſt quæſtio, ex dictis ſup. *in dec. 2. num. 17. verſ. Quid verò dicendum*, quomodo autem ſuccurrendum ſit aduerſus peremptionem inſtantiæ habetur per D. Præſ. de Franch. *dec.* 643. & licet per inſufflationem ſpiritus remaneat eadem 14
cauſa, ex quo ſunt eædem perſonæ, & agitur de eadem re, non tamen eſt eadem inſtantia, ſed diuerſa, cum iterum de calumnia iurandum ſit, Alber. *in l. properandum col. 6. ſub num. 13. verſ. ſed nunquid renouata inſtantia C. de iudiciis.*

Et dato, quod potius de lapſu fataliom,
quam de inſtantiæ peremptione obiici poſſet,
quæ non dicuntur lapſa in Sacro Concilio ob
præſentationem, & compilationem proceſſus
infra tempus fatalium ex ſupra adductis *num* 4.
attamen adhuc ob negligentiam appellantis,
qui ab anno 1611. poſt monitionem vſque in
15 annum 1623. tacuit, deſerta poterat dici ap-
pellatio per Theſaur. *in d. dec.* 10. *in fin.* ita
etiam ex Archidiac. & Alex. tenet Afl. *d. de-
ciſ.*78. *num.* 4. *verſ. ſola enim negligentia*, nam
fatalia currunt in Sacro Concilio in cauſa re-
clamationis, ſicut in cauſa appellationis, etiam
16 à ſententiis Collateralis Concilij, D. Vinc. de
Franch. *dec.* 646 & obſeruatur reuideri ex eiſ-
17 dem actis: In aliis enim Auditoriis ſæpius ap-
pellans interpellare debet Iudicem, & ſumma
ope niti, nec vnica ſufficit proteſtatio, ſeu inter-
pellatio iuxta text. *in l. fin.* §. *illud etiam C. de
tempor. appell.* Theſaur. *dicta dec.* 10. *n.* 13. Oſaſc.
*dec.* 11. Crauett. *conſ.* 270.

Iuſta enim credulitate ante inſtantiæ reſtau-
rationem, quia inſtantia erat perempta, ac per
lapſum fatalium deſerta poterat dici appellatio,
& ſic lis non pendebat, non fuit beneficium
petitum. Reſtaurata deinde per inſufflationem
ſpiritus vitæ, inſtantia ſtatim periit, etiam per
viam reſtitutionis, à quo tempore incipit cur-
rere tempus triginta dierum à pragmatica ſta-
tutum.

18 Ex quibus ſub die 28. Nouembris 1623. in
Collaterali Concilio interuenientibus DD. Re-
gentibus Coſtantio, Valenzoela, Enriquez,
Brandolino, & Protegente Didaco Lopez, Re-
giis Conſiliariis de Ianuario, Patiño, Carauí-
ta, & vna mecum, Nicueſa, & Ocampo, fuit
deciſum, eſſe dandum terminum loco ſecundi
beneficij.

## ARGVMENTVM.

*Inſtantia perempta, & per inſufflatio-
nem ſpiritus vitæ ex gratia Principis
reſtaurata, an minori ſucceſſori in lite
ſint concedenda beneficia.*

### SVMMARIVM.

1 *Primum, & ſecundum beneficium ſunt loco re-
ſtitutionis ob omiſſas probationes.*
2 *Si proceſſus eſt compilatus cum maiore, minor
ſuccedens, an ſit reſtituendus aduerſus omiſ-
ſas probationes, & quid ſi inſtantia eſſet
perempta, & per inſufflationem ſpiritus vi-
tæ reſtaurata, & quid deciſum n.* 10.
3 *Minor ſuccedens maiori non reſtituitur ad-
uerſus geſta per maiorem.*
4 *Inſtantia reſtaurata per inſufflationem ſpiri-
tus vitæ habetur, perinde ac ſi inſtantia
non eſſet perempta, & poteſt ferri ſen-
tentia etiam poſt biennium, quod intelligo,
vt infra num* 6.
5 *Inſtantia perempta, non pereunt probationes.*
7 *Inſtantia perempta, & deinde reſtaurata per
inſufflationem ſpiritus vitæ, poſſeſſori nouo
fuit datus nouus terminus.*
8 *Actor perempta inſtantia abſque gratia in-
ſufflationis ſpiritus vitæ, tenetur nouum
iudicium inchoare, & reficere expenſas.*
9 *Princeps dum ex gratia ſpiritum vitæ inſufflat,
tertio non præiudicat.*

## DECISIO CXLV.

HÆredes Iulij de Simeonibus minores ſuc-
ceſſerunt in lite mota per Iulianum de
de Martinis tempore, quo erat perempta in-
ſtantia cum dicto eorum patre, fuit ad petitio-
nem actoris inſufflatus ſpiritus vitæ.

Petunt iſti minores primum beneficium, non
obſtante compilatione proceſſus facta cum di-
cto Iulio maiore.

Non eſſe concedendum facit, quia reſtitu- 1
tio, quam primum, & ſecundum beneficium
appellant, prout per Afl. *deciſ.* 210. *in princip.*
& D. de Franch. *dec.* 233. *in princ.* datur ob omiſ-
ſas probationes ſecundum eundem Afflict. *in
conſtit. Regn. Obſcuritatem in princ. verſ. hoc eſt
ſecundum puri* Reg. de Ponte *in* 1. *deciſ. Collat. Con-
ſil.* in qua reſpondet, moræ purgationem ad-
mittendam eſſe aduerſus lapſum ſex menſium,
infra quod tempus per Noſtrum Inuictiſſimum
Regem erat petenda inueſtitura Regni, & pro-
pterea Sapientiſſimus Pontifex Clemens VIII.
non obſtante temporis lapſu recepit ſolitum
cenſum, ex quo omnis prætenſa caducitas cen-
ſetur remiſſa ſecundum gloſſ. Bald. & cæteros
*in cap. 1. quo temp. miles, cum concordantib.*

At quia proceſſus fuit compilatus cum ma- 2
iore, non poſſunt dici omiſſæ probationes in
damnum minoris, & ex conſequenti non reſti- 3
tuendus: minor enim ſucceſſor maioris non
eſt reſtituendus aduerſus geſta per maiorem,
idem Dom. de Franch. *dec.* 647. & reſtaurata 4
inſtantia per inſufflationem ſpiritus vitæ habe-
tur, perinde ac ſi inſtantia non eſſet perem-
pta, & poteſt ferri ſententia etiam poſt trien-
nium, Marant *in ſpecul. in ſpec. par* 5. *num.* 33. &
perempta inſtantia, non pereunt probationes, 5
& confeſſiones, Bart. & DD. *in l. properandum
§. primo C. de iudic.* Guid. Pap. *quæſt.* 136.

Pro affirmatiua adducitur, quod ſit noua in- 6
ſtantia, quando reuiuiſcit ex dictis, & alleg. ſup.
*prec. dec. n.* 12.

Et perempta inſtantia, & deinde ex gratia 7
Principis reſtaurata, fuit datus nouus terminus
poſſeſſori, prout teſtatur Vrſill. *ad deciſ.* Afl.
331. *n.* 2 *verſ. & ſi fuit datus nouus terminus.*

Inſuper ſi actor abſque gratia inſufflationis 8
ſpiritus vitæ vellet iudicium proſequi, eſſet ne-
ceſſe reficere expenſas, nouum iudicium inchoa-
re iuxta not. per gloſ. *in l. properandum §. fin. in
verb. vigerem C. de iudic.* Marant. *in pract. part.* 5.
*principali in verb. omnia fiant, durante inſtantia
num* 47. vbi communiter DD. ita tenere refert,
in quo minoribus beneficia competerent iuxta
iuris commun. & municipal. diſpoſitionem.
Dum enim Princeps ſpiritum vitæ ex gra- 9
tia inſufflat, eam intelligitur concedere ſine
præiudicio tertij, Angel. *in l. tempora C. de tem-
por. appellat.* Grammat. adduct. ab Vrſill *ad deciſ.*
Afflict. 331. *num.* 2. *verſ. & iſtud ſolum per do-
ctrinam* Angel. & talem gratiam non operari
contra ius tertij fundat Grammat. *deciſ.* 105.
*num.* 116. *cum ſequen.* Paſcal. *in tract. de virib.
patr.*

*patr. poteſt. par. prima cap.* 8. *num.* 105. *cum ſeq.* Rouit. *in rubr. de inſtat. cauſ non reſtit. num.* 14. & ita aliàs per Sacrum Concilium iudicatum fuit contra Duciſſam Grauinæ pro Bartholomeo, & Victoria de Marino, & in actis producta copia decreti.

Ex quibus ſub die 15. Iunij 1622. penes Actuarium de Martino, iudicatum fuit, eſſe concedendum primum beneficium.

## ARGVMENTVM.

*Scripturis per Notarium exemplatis poſt concluſum in cauſa præſentatis, an committenda ſit recognitio petita originalis exemplationis, citata parte, officiali conuicino partibus non ſuſpecto. Et an, & quando terminus ad concomitandum ſcripturas priuatas poſt concluſum in cauſa præſentatas, ac etiam ad comprobandum in iis contenta, necnon ad impugnandum, & defendendum concedatur.*

## SVMMARIVM.

1. *Scripturis per Notarium exemplatis poſt concluſum in cauſa præſentatis, an committenda ſit recognitio petita originalis exemplationis, citata parte officiali conuicino Partibus non ſuſpecto, & n. ſeqq.*

*Et affirmatiuè deciditur, num.* 10.

2 *Concluſio eſt allegationum, ac omnium probationum renunciatio, cum limitatione, de qua infra num.* 4.

3 *Terminus ad concomitandum ſcripturas priuatas poſt concluſionem præſentatas regulariter non conceditur, & cum ratione.*

5 *Quod limitatur in aliquibus caſibus relatis, & num.* 6. 8. *&* 11.

9 *Copia authentica Notarij exemplata ſemiplenè probat.*

12 *Sic etiam terminus ad concomitandum apocam trino teſte notatam præſentatam poſt concluſionem datur, & ita per Sacrum Concilium deciſum.*

## DECISIO CXLVI.

1 FActa concluſione in cauſa, ad fundandam renunciationem, ſeruata forma decreti Concilij Tridentini produxit actor copiam profeſſionis exemplatam per Notarium, ac inſtitit committi exemplationem, citata parte, alicui magiſtratui partibus non ſuſpecto in prouincia Calabriæ, vbi extabat originale.

2 Denegandum id eſſe excepit conuentus, quia concluſio eſt renunciatio allegationum, ac omnium probationum, gl. *in cap. dilectus, de fid. inſtr.* notat ibi Innoc. *in primo notabili*, Carauit. *rit.* 75. *num* 5.

3 Nec ad concomitandum ſcripturam eſſe admittendum, cum ſit ſcriptura priuata, ex dictis per Affl. *deciſ.* 272. cum aliis relatis per D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 631. *n* 1.

4 Replicabat actor, non obſtare concluſionem ex pluribus.

Primò, quia probatio per euidentiam rei admittitur etiam poſt concluſionem ex adductis per Affl. *deciſ.* 216. *num.* 5. *verſ. item fuit practicatum*; at cum ad probationem profeſſionis ipſius originalis viſura requiratur, quæ conſeruatur in Monaſterio Prouinciæ Calabriæ, ob impedimentum Iudicis ordinarij, committenda erit Iudici in partibus eius authentica exemplatio.

Item ſi fuiſſet petita editio ſcripturarum 5
enunciatarum in libello, & non eſſent ante concluſum, ſed poſt concluſionem editæ, non datur terminus ad impugnandum, & defendendum, & ſic deciſum fuit per Sacrum Concilium ſub die 24 Maij 1622. in cauſa Eugenij de Riſis cum D. Ioan. de Auolos.

Inſuper terminus ad concomitandum ſcri- 6
pturas præſentatas poſt concluſionem, quæ aliqualem fidem faciunt, datur, ſi non ſunt enunciata in libello contenta in ſcripturis, ex dictis per D. de Anna *in ſingul.* 502. tunc enim denegatur terminus ad concomitandum, quan- 7
do ſcriptura nullam fidem faceret, quia tunc tota probatio eſſet in teſtibus, & de facili poſſet fieri fraus, ex dictis per D. Vinc. de Franch. 8
*deciſ.* 631. imò etiam ſi priuata ſcriptura aliquo probabili adminiculo, vel nuda literarum comparatione iuuari poſſet, eſt dandus terminus ad concomitandum apoſtilla Decij *in l. certi condictio. § quoniam ff. ſi cert. pet.* de quo meminit idem D. Vinc. de Franch. *in d. deciſ. num.* 1. *in fin.* Item copia authoritate Notarij exem- 9
plata ſemiplenè probat ſecundum communem opinionem, de qua teſtantur Doctores adducti per Maſcard. *in tractat. de probat. concl.* 711. *num.* 26. *verſ. an hanc limitationem etiam veram eſſe*, non erit ergo deneganda hæc probatio ad concomitandum. Ex quibus fuit prouiſum, 10
eſſe committendam recognitionem originalis exemplationis, citata parte officiali conuicino, partibus non ſuſpecto, & ſub die 12. Decembris 1622. decretum confirmatum per Sacrum Concilium in cauſa hæredum quond. Decij Quinque cum Ludouico Quinque.

Qui terminus datur etiam ad comproban- 11
dum contenta in ſcriptura ex dictis per D. Præſ. de Franch. *in d. dec.* 632. *verſ. ſæpè ſæpius*, & ita deciſum iunctis Aulis ſub die 10. Octobris 1623. in cauſa D. Franciſci de Tufo cum Ill. Duce Veteris, in qua fuit datus terminus ad concomitandum etiam contenta in ſcripturis præſentatis.

Similiter fuit datus terminus per Sacrum 12
Concilium ad concomitandum apocam trino teſte notatam præſentatam poſt concluſionem ſub die 15. Octobris 1623. in cauſa appellationis Hieronymi, & fratrum de Autilia, cuius ſententiæ tenor talis eſt. Die 5. Decembris 1623.

In cauſa appellationis Hieronymi, & fratrum de Autilia cum hæredibus Fabij de Autilia audita relatione Magnifici Iudicis Cioffi.

Per Sacrum Concilium remiſſa eſt cauſa eidem Mag. Cur. quæ prouideat, quod detur terminus ad concomitandum ſcripturam præſentatam ſub die 4 Februarij 1623. anni 1611. die vltimo Martij, & de depoſitionibus teſtium habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, quod poſſet ſuſtineri ex illa pract. tradita per Carauit. *rit.* 258. *in fin.* & ex adductis per

Veſil;

Vrſill. *ad deciſ.* Affl. 172. quamuis D. Vinc. de Franch. *in d. deciſ.* 631. *num.* 2. *verſ.* Vrſillus ad Afflict. contrarium videatur ſentire.

## ARGVMENTVM.

*Bona acquiſita per vxorem ex turpi lucro non ſunt mariti.*

### SVMMARIVM.

1 *Bona, quæ acquirit vxor ex turpi quæſtu, ſibi acquirit, non viro.*
2 *Vxor operatur viro, à quo recipit alimenta.*
3 *Acquiſita per vxorem ex ſui induſtria, cuius commoda cedant, & num. 6.*
4 *Diſtinguitur inter operas obſequiales, & induſtriales.*
5 *Operas obſequiales tenetur vxor marito præſtare.*
6 *Si mulier fecerit aliquam artem, vel mercaturam, vt ſi eſſet obſtetrix, vel chirurgica, non tenetur præſtare marito, ſed ſibi acquirit.*
7 *Bona ex illicitis cauſis acquiſita non tenetur ſocius omnium bonorum conferre.*
8 *Filius non tenetur conferre, nec in legitimam imputare quæſita ex turpi lucro.*

### DECISIO CXLVII.

1 VXor probauit bona pro debitis viri exequuta habuiſſe à ſuis amaſiis, & eſſe propria, quæſita ex turpi quæſto, quæ per decretum Mag. Cur. fuerunt reſtituta, ita Ioann. Petr. Ferrar. *in pract. in tit. form. libel. quo vxor agit ad dotem*, gloſ. *in verb. tanquam bona paraphernalia num. 4. verſ. quid igitur, ſi mulier probat legitimè*, refert, & ſequitur Guid. Pap. *deciſ.* 468.

2 Et ad id, quod poſſet dici, vxorem operari
viro, à quo recipit alimenta, *l. ſicut ff. de oper.*
3 *liber.* vbi gloſ. *in verb. eſſe debet*, & ſic acqui-
ſita per vxorem ex ipſius induſtria marito de-
bent, cuius ſunt operarum fructus, argum.
*l. ſi defunctus C. arb. tut.* reſpondetur ſecundum
4 Rip. *in tit. de donat. inter vir. & vxor. reſp. pri-
mo*, diſtinguendum eſſe inter obſequiales ope-
5 ras, fabriles, & induſtriales; Primas tene-
tur marito præſtare, ita procedit text. & gloſ.
*in d. l. ſicut*, & gloſ. *in cap. quod Deo 31. q. 5.*
Franc. Victor. 7 Relect. Theol. *p. 1. num 2.*

6 Cæteras nequaquam, ſi vxor faceret ali-
quam artem, vel mercaturam, vt ſi eſſet chi-
rurgica, vel obſtetrix, quæ non ſunt operæ
domeſticæ, nec familiares, tunc quicquid ac-
quirit ex iſtis operib. ſibi acquirit, Barboſ. *in
l. ſi ab hoſtibus §. final. ff. ſolut. matrim num. 70.
verſ. ſimiliter, & ea, quæ conſtiterit*, Molfeſ.
*ad conſuet. Neap. part. 10. de aliment. præſtand.
quæſt. 2 num. 5.* idem dicit Bald. *conſ.* 299. vbi
inquit, ad operas obſequiales, non autem ar-
tificiales, & fabriles vxorem marito teneri.

7 Facit etiam, quod bona ex illicitis cauſis acquiſita non tenetur ſocius omnium bonorum conferre, *l. ſi fratres § ſacium verò, & l. ſeq. ff. pro ſocio* Capyc. *deciſ.* 180. *num.* 18.

Nec filius tenetur conferre, nam in legiti- 8
mam non imputatur quæſitum ex turpi lucro, ſed totum ſuper conſcientia ſua retinetur Bart. *in l. quod ſeruus* per illum text. *ff. de acquirend. poſſeſ.* & filius ex delicto non quærit patri, ſicut nec ſeruos, Bart. *d. l. quod ſeruus*, Trentacinq. *variar. reſol. lib. 1. reſolut. 5. poſt num. 20. verſ. ſecundò non procedit.*

## ARGVMENTVM.

*Contractus cum prodigo celebratus, an, & quando teneat, & quæ requirantur, vt annulletur.*

### SVMMARIVM.

1 *Prodigi contractus ad hoc, vt nullus, & inualidus cenſeatur, quæ præcedere debeant.*
2 *Contrahens conditionem eius, cum quo contrahit, ſcire debet.*
3 *Mentionata regula, quando locum habeat, & quando ceſſet, & num. 7.*
4 *Præconizatio, quod nullus Notarius, aut Actuarius recipiat obligationem N. prodigi, an aliquid operetur.*
5 *Prodigus vt contrahere non poſſit, & contractus cum eo celebrati nulli ſint, quæ, & quot requiſita neceſſaria ſint.*
6 *Ignorantes decipi non debent.*
8 *Deciſio.*

### DECISIO CXLVIII.

IN prima citatione aduerſus ſupplicata pro- 1
hibitum fuit Notariis, & Actuariis recipien-
di obligationes aſſerti prodigi; & publicis pro-
clamationibus diuulgatum, alio decreto inter-
dicta fuit adminiſtratio, & datus curator, ſed
non præconizatum per Ciuitatem, dubitatum
fuit, an teneatur virtute apocæ banco directæ,
& probationis per partitam banci de mutuo.
Et pro negatiua dicebatur, contrahentem ſci-
rè debere conditionem eius, cum quo contra- 2
hit, *l. qui cum alio contrahit ff. de regul. iur.*
quod in prodigo exemplificauit glo. *in d. l. qui
cum alio contrahit.* Inſuper quamuis ignoretur 3
interdictio adminiſtrationis, adhuc nullam
obligationem dici per text. *in l. 2. §. ſi à pu-
pillo, & §. ſi à furioſo ff. pro emptore*, tenet
Rom. *in l. is, cui bonis ff. de verbor. oblig. n. 18.
verſ. an autem ligentur contrahentes.*

Pro affirmatiua non ſufficere illam præco- 4
nizationem, quod nullus Notarius, ſeu Actua-
rius recipiat obligationes, ex dictis per Bar.
*in l. is, cui bonis num. 3. de verb. oblig.* vbi cau- 5
ſa cognita interdicenda eſt adminiſtratio, ſcri-
ptum reliquit Ripa *in d. l. is, cui bonis num. 35.
verſ. iſta eſt ipſa veritas*, defendendo eum à re-
prehenſione modernorum, & in præconio eſ-
ſe exprimendam cauſam, *quia prodigus*, dicit
Gomez. *vari. reſolut. tom. 2. cap. 14. de reſtitut.
minor. num. 31. verſ. ſed his non obſtantibus*, vbi
quamuis ſit notoriè prodigus, adhuc poſſe con-
trahere tenet, antequam ſibi interdicatur bo-
nis, referens plura requiſita, v. g. quod adhi-
beatur

beatur cauſæ cognitio in dilapidatione, ita quod detur ſibi curator Item quod iudex interdicat ei bonorum ſuorum adminiſtrationem. Item quod faciat publicè præconizare, vt nullus de cætero cum eo contrahat, vnde idem Ripa *in d. l. is, cui bonis num. 37. verſ. ſed an etiam valeat contractus celebratas*, ſequendo opinionem Pauli de Caſtro, & Aretin. dicit, valere contractum factum cum prodigo ante publicationem per text. *in l. ſed & ſi pupillus*
6 *§. præſcribere ff. de inſtitut. actio.* & quia ignorantes non debent decipi, *l. ſi ignorans ff. locati.*

At cum in caſu noſtro decretum tantum abſque cauſæ cognitione, per quod prohibitum fuit Notariis, & Actuariis contrahere, fuit præconizatum: Decretum verò interdictionis, adminiſtrationis, & curatoris proviſio non fuit ſolemniter publicata, prout de iure, vt ſupra fundatum fuit, erit ergo validus contractus.

7 Nec obſtat regula, qui cum alio contrahit: nam poſt factam ſolemniter interdictionem intelligendum erit, quia prodigus benè æquiparatur pupillo, & furioſo poſt factam interdictionem cum requiſitis relatis, antea verò non, Gomez *pract. cap. 14. num. 31. verſ nec obſtat primum fundamentum*, & ita intelligendum erit, quod dicit Roman. *in pracit. loc.* nam legitimè interdicta adminiſtratione, & ſi ignoretur à contrahente, non valet contractus.

8 Et ex his ſub die 12. Decembris 1622. in cauſa Ill. Principis Tarſiæ cum Carolo Spinello fuit condemnatus Carolus ad quantitatem petitam, abſque tamen intereſſe, non obſtante prætenſa interdictione. In banca Izzi.

## ARGVMENTVM.

*Eligendi poteſtas an, & quando ad alios pauciores deuoluatur ex cauſa electionis indigni facta à maiori parte.*

### SVMMARIVM.

1 *Nominatis duobus ad officium, altero non idoneo à maiori parte, altero idoneo à minori, qua ſint partes confirmantis.*
2 *Eligentes indignum, ſcienter feciſſe præſumuntur, ex qua traditione plures illationes ſubpululant, & num. 4.*
3 *Et circa allegatam ſcientiam non eſt eadem iuris canonici, & ciuilis cenſura.*
4 *Secùs verò ſi probabilis adſit error ob obſcuritatem, & dubietatem iuris cauſa indignitatis, & ignorantia ſit multum probabilis, & iuſta, quia tunc alia ſubingreditur iuris diſpoſitio.*

## DECISIO CXLIX.

IN electione procuratorum, ſeu adminiſtratorum montis vulgò dicti *delli Indelli* Ciuitatis Monopolis, dubitatum fuit, ſi per decuriones dictæ Ciuitatis, ad quos iuxta inſtitutionem ſpectat electio, ſint nominati indigni à maiori parte, contra quos per Sacrum Concilium fuit decretum, quod iterum fiat electio, ipſis excluſis, an cæteri nominati à minori parte, qui ſunt idonei, admittendi ſint, & ita reformandum decretum, an de nouo electio ſit facienda.

1 Quod nominati à minori parte ſint admittendi, afferebatur text. *in cap. dudum il 1. de elect.* per quem D. Ronit. *ad pragm. 3 de adminiſtrat. Vniuerſit. num. 49.* tenet, confirmandos eſſe nominatos à maiori parte, non à minori, limitat, ſi nominatis à maiori obſtaret aliqua exceptio, nam tunc confirmandi ſunt nominati à minori parte, quod intelligendum erit, quando ex certa ſcientia eligitur indignus, gloſ. *in d. cap. dudum in verb. in ordinibus*, vbi tunc deuoluitur poteſtas eligendi ad alios pauciores, quando ex certa ſcientia eligitur indignus, notat Abb. *in d. cap. dudum n. 10.*

2 Quæ ſcientia præſumitur, nec excuſantur prætextu ignorantiæ *cap. innotuit, de electione*, per quem text. DD. dicunt, quod vbi quis tenetur ſcire ex neceſſitate officij, non excuſatur prætextu ignorantiæ, Ioan. Franc. Rip. *reſpon. 4. de election.* Bart. *in l. ſi patronus ff. de confirmand. tutor.* dicit, quod eligentes indignum præſumuntur, feciſſe ſcienter, & ſic priuantur iure eligendi, idem tenet Alberic. *in rubr. ff. de confirmand. tut. num. 2. verſ. quod eligens aliquem indignum*, Dec. *in reg. qui tacet num. 3. verſ. & quod hic dicitur*, Bertachin. idem fundat *in tract. de Epiſcopis 27. & 28. quæſt.*

3 Imò de iure ciuili, quando electus ad aliquod officium excuſatur, vel remouetur electio alterius loco eius deuoluitur ad ipſum Iudicem remouentem, vel excuſantem, & de iure canonico requiri, quod ſcienter eligat indignum, dicit Bart. *in l. ſextum decimum §. qui pueros ff. de vacat. & excuſat. muner.*

4 At in caſu, de quo agitur, erat adeò dubia de iure cauſa indignitatis, vt nonnulli ex iudicantibus, firmam remanere electionem à maiori parte factam, non obſtante prætenſa indignitate cenſuerint, poteſt ergo dici, probabilem fuiſſe errorem ob obſcuritatem iuris, vt traditur in *l. cum prolatis ff. de re iudic.* propter quam iuris dubietatem excuſantur, Felin. *in cap. de quarta numero 27. verſ. dicitur autem probabilis error, de præſcript.* ſequitur aſſerens deciſ. Rot. Rom. & alios Doctores Io. Baptiſt. Coſt. *in tract. de fact. ſcient. & ignorant. inſpection. 2. numero 2. verſ. alterum* ex Felino, ad quod facit etiam doctrina Bart. *in l. quod Nerua numero 19. verſ. dubium eſt ius ff. depoſiti.* & quando ignorantia eſſet multùm probabilis, & iuſta tunc excuſantur, *l. ſi quis patrem ff. ad Macedon. & l. ſi Titius de fideiuſſor.* Dec. *in d. reg. qui cum alio contrahit num. 3. in fin. verſ. & iſta regula procedit.* Ideò ſub die 25. Septembris 1623. fuit iudicatum per Sacrum Concilium eſſe faciendam iterum ab eiſdem electionem, ſeruata forma decreti alias lati, non obſtantibus oppoſitis.

## ARGVMENTVM.

*Verbum, cum interuentu, quid importet.*

### SVMMARIVM.

1 *Interuentus alicuius perſonæ nominatæ requiſitus in electione facienda, an præſentiam tantum includat, vel Conſilium, ac etiam conſenſum ſeu votum, & per totum.*

2 *Verbum, coram, quid importet.*

3 *Præſentia conſanguineorum in contractu mulieris à ſtatuto requiſita, neceſſarius non eſt conſenſus, ſed ipſa ſola ſat eſt præſentia, etiam cum contradictione.*

4 *Verbum cum interuentu, votum importat, prout reliqui duo procuratores habent, & ita deciſum.*

5 *In inſinuatione, in qua ſolam Iudicis præſentiam leges requirunt, ſat eſt, quod donatio coram Iudice fiat abſque eo, quod Iudex aliquid faciat, vel decretum interponat.*

6 *Conſilij ratione non niſi de dolo quis tenetur.*

## DECISIO CL.

1 IOannes Baptiſta Indellus inſtituit montem pro monacandis mulieribus Ciuitatis Monopolis, eligendis per duos Gubernatores dicti montis, quos procuratores appellant, cum interuentu primogeniti ſuæ familiæ. Quæritur
2 de effectu huiuſmodi interuentus, vtrum includat nedum præſentiam, verum etiam conſilium, imò, & conſenſum, vt prætendit Antonius Indellus filius dicti Ioannis Baptiſtæ.

Et ſolam præſentiam ſufficere etiam cum contradictione facit text. *in l. coram ff. de verb. ſignif.* vbi coram Titio aliquid facere iuſſus, inuito eo rectè fit, quod iuſſum eſt.

Ad idem adducitur text. *in l. idemque & in fundo ff. cui mandauero, verſ. ſi quis ea, quo procurator ſum*, vbi non tenetur propter interuentum, ſi male pecunia credita ſit.

Ponderatur etiam text. *in l. tranſactionem C. de tranſaction.* ibi enim interuentus amicorum in tranſactione conſilium non includit.

Pro qua opinione faciunt adducta per Hieronymum Gabrielem *conſ. 5. n. 5. verſ. quia regulariter*, vbi ad declarationem ſtatuti requirentis 3
præſentiam conſanguineorum in contractu mulierum, tenet, non eſſe neceſſarium conſenſum, ſed ſufficere præſentiam etiam cum contradictione, authoritate Angeli, Alexandri, & Ripæ, & notat Bald. *in l. nam ita Diuus num. 1. verſ. & nota quandoque*, quod quando citatur aliquis ad præſentiam, ſufficit præſentia, etiam ſi contradicat.

Interuentum in caſu iſto includere conſilium deducitur ex text. *in l. quidam in teſtamento §. is, cui libertas* iuncta gl. *in verb. interueniendum ff. de fideicom. libertatib.*

Ad idem text. *in d. l. idemque §. ſi cui mandauero verſ. & eſt verum*, ibi, *& in regendo conſilio.*

Facit totus titulus *C. ſi tutor, vel curator interuenerit*, quo in loco verbum *interuenerit* includit conſilium.

Adducitur pro hac opinione, quod dixit Cicero; *interuentu collega ipſo, exercituſque eſt ſeruatus.*

Et tandem, vt operetur teſtatoris diſpoſitio, dicendum eſt, interuentum conſilium inducere, cum alias nil operetur interuentus, nam nulla differentia eſſet inter perperam adhiberi, & non interuenire *l. 2. ff. de author. & conſen. tutor.*

Et ex his in Sacro Concilio ſub die 15. Iu- 4
nij 1620. deciſum fuit, verbum cum interuentu importare votum, prout habent reliqui duo procuratores. Actuarius de Seacciauento.

Contraria non obſtant, loquuntur enim 5
quando præſentia tantum requiritur, ideſt quando leges in illo actu ſolam præſentiam requirunt, vt in inſinuatione, nam leges in inſinuatione requirunt ſolam præſentiam Iudicis. & ſatis eſt, quod donatio fiat coram Iudice abſque eo, quod Iudex aliquid faciat, ſiue interponat decretum, Bart. *in l. Modeſtinus circa principium ff. de donat.* probatur per Aret. *in l. ſi quis mihi bona § ſi coram n. 13. ver ſed neutra ff de acquir. hered.* itemque in tranſactione ad tollendum metus, & doli ſuſpicionem *l. tranſactionem* iuncta gloſ. *in verb. interuenientibus C. de tranſact.*

Nec obſtat, quod non teneatur mandati, ſed 6
tantum de dolo, *dicta l. idemque in fundo verſ. ſi quis ea*, nam non ſequitur, quod non habeat conſilium, cum ratione conſilij non teneatur, niſi de dolo, Bal. *in d. § ſi quis ea ff. mandati.*

DISCEP

# DISCEPTATIO VNICA,

## De Donatiuo tempore belli.

### ARGVMENTVM.

*Munera, largitiones, ac ſubſidia faciente bello à ſubditis Regiæ Maieſtati eſſe præſtanda aſſeritur; quibus tamen modis, queve moderamine, & à quibus perſonis fusè diſtinguitur; obiecta iisdem validè, & concludenter refelluntur.*

### SVMMARIVM.

1 *Hoſtium contra Regem Catholicum conſpiratio, immodicique ſumptus ad bellum ſuſtinendum enarrantur.*
2 *Donare non dicitur, qui Regis necessitati ſuccurrit.*
3 *Ciuitas Neapolis, qua ratione ſubuenire Regiis neceſſitatibus paſſit.*
4 *Regiis literis eſt adhibenda fides.*
5 *In Principe ſemper præſumitur veritas.*
6 *Principi aliquid aſſerenti, accedente Concilio, creditur.*
7 *In dubio creditur Principi, qui ſe in neceſſitate conſtitutum fatetur.*
8 *Princeps præſumitur iuſtus, & conſequenter iuſta præſumuntur facta ab eo.*
9 *Aurea dicta* Ferdinandi Nauarrete, Conſeruacion de Monarquias, *in materia donatiui transſcribuntur.*
10 *Vtilitas, & neceſſitas publica inducit obligationem naturalem.*
11 *Authoritas* P. Remon gubiern. human. *exemplis Sacra Scriptura ad donatiua hortantis recenſetur.*
12 *Rex Catholicus recto iure poteſt petere vectigalia ad defendendam Rempublicam, & quæ requirantur ad hoc, vt iuſta dicantur.*
13 *Gabella abſque peccato imponi poteſt, concurrente maiori parte Ciuitatis.*
14 *Subuentio, quæ fit Principi ob neceſſitatem, non videtur donatio.*
15 *Princeps vrgente neceſſitate abſque conſenſu populi poteſt tributa imponere.*
16 *Sciſiſſima dicta ad id probandum concernantur* Cæualli, Leſſij, Taciti, *& aliorum.*
17 *Regni collectam imponere licet pro alendo exercitu, ſi ſuis ſumptibus non poteſt.*
18 *Bona nobis auferri poſſunt neceſſitate, & publica vtilitatis cauſa.*
20 *Leges transgredi non improbum putatur, instante neceſſitate.*
21 *Bona ſubditorum dicuntur Principis, quoad protectionem, & iuriſdictionem, non quoad proprietatem, ſecus data neceſſitate.*
22 *Sacra Scriptura in lib. 1. Reg. cap. 8. authoritate SS. Patrum explanatur.*
23 *S. Thomæ epiſtola in materia tributorum affertur.*
24 *Publicæ expenſæ in damnum domini cedere non debent.*
25 *Iudex ordinarius tempore ſummæ neceſſitatis Ciues compellere poteſt ad pecuniam mutuandam, quam deinde reddet cum moderatis vſuris.*
26 *Indictio iuſta eſt, quæ concurrente publica neceſſitate proportionabiliter imponitur.*
27 *Donatiuum debetur cauſa belli etiam longinqui.*
28 *Mediolanenſis Ducatus eſt antemurale Regni Neapolis.*
29 *Tributum dicitur iuſtum, licet bellum ſit in alio Regno, & ad hoc irrefragabilis ſententia* Valq. *adducitur.*
30 *Capitula Papæ Honorij Regno Neapolitano conceſſa ſubuentionem Regi non tollunt tempore neceſſitatis, etiam ſi bellum ſit extra Regnum.*
31 *Sollemnis doctrina* Iacob. de Ayell. de iure adohæ *inſeritur.*
32 *Exemplum Scipionis, Agatoclis, & Metelli expenditur.*
33 *Conceſſio qualibet, & quodcunque priuilegium neceſſitati cedit.*
34 *Priuatis licet reſecare quotidianos ſumptus, minimè autem Principibus.*
35 *Princeps culpa ſua inops effectus tributum exigere poteſt.*
36 *Liberalem geſtum Romani patriciatus pro ſuſtentando bello enarratur.*
37 *Qua ratione, & a quibus tributum ſit præſtandum, ſi Regni vires non ſufficiant.*
38 *Eccleſiaſtici, Eccleſiaſtica bona tenentur contribuere tempore publicæ neceſſitatis.*
39 *Cum ea tamen conditione, quod laicorum non ſuppetant facultates, & Summus conſulatur Pontifex.*
40 *Eccleſiaſticæ perſonæ deficientes à ſubuentione publicarum neceſſitatum peccant.*
41 *Summi Pontifices concedere ſolent decimas bonorum Eccleſiaſticorum Principibus laicis tempore neceſſitatis.*
42 *Pium, & egregium facinus Pij Papæ V. pro ſuſtinendo in Belgio bello celebratur.*
43 *Remedia pro exigendo tributo à bonis Eccleſiaſticorum remiſſiuè libantur.*

CVm pro comperto ſit, hoſtes catholicæ Fidei in vnum cum Rege hoſte Imperij, & noſtri Regis conſpiraſſe, ad Regnum, hoc, totâque Italiam terra, marique inuadendam, in quos reſtitit Catholica Maieſtas Domini noſtri Regis ſumptibus humanam rationem excedentibus, ita vt penè totum ſuum abſumpſerit patrimonium, & quicquid in ſe fieri potuit, alienauit, nec 1

 reliquum

reliquum eſt vnde quæ ad exercituum conſeruationem, & incrementum, neceſſaria ſunt, eliciantur. Cauſæ enim ex quibus imponenda tributa, illæ ex iure à Doctoribus, & Politicis deſignantur, defectus reddituum ordinariorum, *leg. neminem, in fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Roſental. *de feud. cap 5 concluſ. 74 per totam, & concluſ. 79 num. 1.* vbi dicit, nullum eſſe, qui contradicat, Ponderus *de frud. 5. par. num. 119.* Surd. *de alimen. tit 7 q. 22. num. 6.* Seſe *tom. 2. deciſ 183. num 12.* Eſcop. *de ratiocin. capit. 25. num. 22* Thomas Sanchez *conſil. moral. lib. 2. cap. 14. dub. 2. num. 7.* Doctores paſſim hanc præcipuam, & impulſiuam cauſam conſtituunt indicendi tributum.

Vnde Princeps, antequam ad tributa indicenda perueniat, propter iura tenetur excutere patrimonium, & ſuum expendere ærarium, vt ponit Cyn. *in d. l. neminem, C. de Sacroſ. Eccleſ* Iſern. *in cap 1. num 27 de Capit qui Cur. vend. & in cap. vnico, quæ ſint regal. n. 14. ad finem,* Luc. de Penna *in l. vltima, C. de fund. Limitrop. lib. 11.* Valenz. *lib. 1. conſ 99. num. 10.* qui alios congerit, quod Pius, & noſter Catholicus Rex fecit. Cui igitur ambiguum, nobis propria bona noſtro, natur. H Domino pro Fide Catholica propugnanda, ac noſtra incolumitate ſeruanda donare quidem nun liceat, imò cuncta profundere? remanente adhuc ex parte noſtra obligationis vinculo, magna cum gratiarum erga tantam Maieſtatem actione, quæ vt nos tuεaretur, ſua bona peſſimdedit.

2 Nec donare dicitur, qui neceſſitati ſuccurrit, *l. ſi quid pro vxore ff. de donat. inter vir. & vxor.* Amat *dec 18 n. 22.* Tuſc. *lit. D. concl. 622. n. 4. & concluſ. 624, n. 5* & ratio eſt, quia non ſatis eſt aliquid traditum fuiſſe. nam niſi liberalitatis ſenſum habuerit, non erit donatio Rimin. iun. *rubr. de donat n. 71.* at vaſſalli Regi omninò ſubuenire coguntur Affl. *deciſ. 65. n. 50. cum ſeqq.* ergo non donant, & ideò voluntarium non eſt, vt doctiſſimè diſtinguit Pologn. *conſ 1 n. 68. cum ſeqq.* nam quando neceſſitas expoſtulat, nihil donare Principi procuratores prouinciarum, quando aſſenſum præſtant pro tributis imponendis, nec etiam de donationẽ facere poſſunt, & ſi vellnt de bonis priuatorum, ex quibus vectigalia exiguntur, ſed tantum veluti Iudices conſtituuntur ſed & vt examinent publicam vtilitatem, quibus Princeps ex legibus noſtris volens eonuenit, vt anquit P. Gabriel Vaſquez *c. 6. de reſtit dub. 1. n. 76. & 77.* & ſi iuſtè petenti tributum denegetur, peccatum incurrunt cum onere reſtitutionis, Couar. *in regul peccatum, 2. parte, §. 5 num. 5.*

3 Igitur in tanta vrgentia rationi conſentanea erit impoſitio parui vectigalis vniuerſalis, quod inſpecta innumera noſtræ Ciuitatis incolarum frequentia vix ſentietur, & ſatis imminentibus neceſſitatibus occurret.

4 Neceſſitatem manifeſtam habemos ex pluribus, quæ parent ad ſenſum, præcipuè Regiis literis accedente Concilio, quibus credendum eſt, vt fundat Diaua *r. ſol mor tract de parlam. reſolut. tract. 5.* alios adducit Valenz. *conſ. 99. in*
idem Surd. *conſ.* 313. *num.* 99. & ponderat tex. *in l. item ſi verberatum*, §. 1. & ibi Ang. Odofred. *ff. de rei vend.* Alphonſus Aluarez *loco citato*. Et abſque dubio poſſe Principem ſupremum ex cauſa iuſta publici boni, non ſolum vectigalia iam impoſita augere, ſed alia de nouo imponere, iura, authoritates, & irrefragabiles rationes, latè adducit Valenz. *d. conſ.* 99. *a n.* 2. *ver. cum ſit abſque dubio*, ſubdens *num.* 16. *qui ſe oppoſuerit, curando, vel impediendo, ne publica res iuuetur, velit Regnum perire, & in manus inimicorum venire.*

Et tempore neceſſitatis vel famis, vel guerræ poteſt imponi ſuperindictum, tex. & gloſ. *in l.* 1. *de superindic.* & ſi tempore guerræ mandat Princeps, vt fiant muri, vel caſtra, onus imponitur pro modo patrimonij, non per capita *l. per Bithiniam, C. de immun. nemin. conced. lib.* 10. & ibi Bartol. quis tenetur reficere vias publicas, refert Alphonſus Aluarez *loco citato*, *verſ. & tempore neceſſitatis, vel famis.*

26 Sit concluſio, quod concurrente ex parte cauſæ finalis publica vtilitate, ſeu neceſſitate, & ex parte cauſæ formalis, quod imponatur proportionabiliter; iuſtè, & rationabiliter ſit impoſitio, ita communiter DD. collecti a Diana *tract.* 3. *de parlamen. reſolut.* 2. Capye. *in inueſt. in verb. collectis impoſitio verſ. temporibus verò neceſſitatis*, Oldr. *conſ.* 104. Lanar. *d. conſ.* 4. *num.* 9.

Oppugnari audiui hæc omnia tribus capitibus.

Primò, non obligari Regnum, & Ciuitatem, niſi irruente hoſte in Regnum, & hoc maximè attentis capitulis Papæ Honorij.

Secundò, Regij ærarij ſumptus refrenari poſſe, vnde bellum ſuſtentaretur, & neceſſitas non vrgeret.

Tertiò, Regnum ita exhauſtum reperiri, vt inualidum ad donandum ſit effectum.

27 Ad primum reſpondeo, adhuc ſi longè diſtet bellum, deberi donatiuum; nam publica vtilitas oritur ex grauis, diri, ac potentis hoſtis
28 elongatione, Oldr. *d. conſ.* 104. *num.* 3. præſertim cum hodie ſumma rei ſit arcere hoſtem à Statu Mediolani antemurali huius Regni, quod nemo ſanæ mentis tergiuerſari poteſt.

29 Imò etiam propter bella, & ſumptus, quos ſuſtinet Rex in aliis Regnis, iuſtè donatiuum, & tributum reddi poteſt, notat Specul. *in tit. de feud.* §. *quoniam verſ.* 21. Afflict. *deciſ.* 265 *n.* 47. *verſ. ſecundo tenetur, cum ſeq.* ita ex Turrian 2. 2 *tom.* 2. *diſp.* 46. *dub.* 1. *num.* 5. & 6. & ex doctiſſimo P. Gabr. Vaſq. *opuſc. de reſtit. cap.* 6. §. 3. *dub.* 1. *num.* 7. reſpondet Diana *dicta tract.* 3. *de parlamen. reſol.* 3. *part.* 1. tranſcribendo verba Vaſq. quæ eum ad reprimendum calumniantium voces conferant, non pigebit denuò referre, dum ſic ait.

*Quamuis graue onus videatur nobis* (loquitur de tributo Alcaualæ in Hiſpania) *decimam ſoluere partam, tamen cum a Regis noſtri Philippi potentia totum multa num prouinciarum pondus, imò & Chriſtiana Religionis pendeat, quippè qui ſolus hæreticis, & turcis Eccleſiam infeſtantibus non ſolùm reſiſtat, ſed etiam pauori ſit; totam Italiam, Flandriam, Siciliam, & alia multa gubernet; & defendat, in quarum defenſione aliona are grauatur in dies; iuſtitia legibus congruum fuit, vt tributorum aucta queta, qui in pace, & tranquillitate degimus, Regi noſtro ſubueniamus, at dicet aliquis: Relinquat Flandriam, deſerat Italiam, vno ſuo antiquo Regno contentus ſit, quod & ſibi, & nobis maiori futurum erit vtilitati: ſed nunquid iura Regni patiuntur, vt Rex magno cum dedecore, timore inimicorum antiqua Regna, quæ vel iure hæreditario, vel bello iuſto capta ad eum pertinent, relinquat, maioreſque in dies animos inimicorum commoueat, vt Regnum etiam noſtrum bello, & armis oppugnare non dubitent? nonne ſalubrius erit, etiam ſi facultates in hoc omnes abſumamus, vt inimicorum tela longe a noſtris Regnis confringantur, ibique belli impetum non tamen tàm propè ſentiamus? quid ſi animo quiſque perpenderit nobis vbique, & omni tempore impunè licere terram excolere, meſſes colligere, fructibus terræ in pace, & tranquillitate veſci vnumquemque & vxore, & filiis ſecuro animo frui.*

*E contrà verò vbi belli furor ſæuit, incolas terram excolere labore magno, & ſeminare, vt hoſtes colligant, nunc domum flagrare incendio, nunc vxores, & filias raptas, filios occiſos ſpectare, & propriam vitam quotidiè diſcrimini expoſitam habere. Quis non magnifaciat eam, qua fruimur pacem? quis non vltrò Regi tributa offerat, vt pacem conſeruet, & conſeruatam augeat? ſed contra fieri videmus, homines hæc non perpendentes, ex alia verò parte nouam exactionem conſiderantes, & ægreferant, & contra Regem obmurmurent, ſine cauſa tamen, & iniuſtè.* Hæc Vaſq.

Sed obiiciunt, hæc omnia fuiſſe ſublata in Regno per capitula Papæ Honorij, vt Andr. de Iſern. aſſerit *in proœm. Conſt. Regni.*

Reſpondeo primò cum Afflict. *in eod. proœm. Conſtit. Regni quæſt.* 17. *in fin.* Andream fuiſſe loquutum de capitulis Papæ Honorij, & etiam de capitulis contentis in inueſtitura Regni, per quæ prouidetur, ne vaſſalli Regni indebitè grauentur, ſed ſubuenire Regi in neceſſitate conſtituto propter continua bella, quæ patitur in Belgio, in Italia, cæteriſque Regnis ſuis ab inimicis confæderatis cum hæreticis, & hoſtibus Catholicæ fidei ad perdendam Religionem, eiuſque defenſionem, non eſt grauamen: quinimò iuſtitiæ, & obligationis implementum etiam iure diuino, vt ex Lyran. *in lib.* 1. *Reg. c.* 6 probatum eſt ſupra. 30

Reſpondeo ſecundò, etiam attento tenore capitulorum Papæ Honorij pro defenſione Regni poſſe collectam generalem imponi, quando Regni reditus non ſufficerent pro expenſis communis boni. Iſque eſt primus caſus per Papam Honorium conſideratus, & permiſſus, vt refert 31
Iacob. de Ayello, olim Præſes Reg. Cam. Somm. *in tract. de iure adoha, releuio, atque ſubſid. num.* 7. 8. & 9. inferens idem Doctor, *Si Rex habeat iuſtum bellum extra Regnum pro ſua, vel hominum Regni defenſione, vt puta ſi gentem, vel Ciuitatem, quæ emendare neglexit iniuſtè facta contra ſuos vaſſallos, petat per bellum, & ſic neceſſe habet egredi Regnum, vel ſi inimicus Regis vtitur ad offenſionem ſuam iniuſtè, & Rex pro iuſta defenſione vellet pugnare extra Regnum, quia pro meliori habet non expectare eum in domo ſua, ſed potiùs inuadere hoſtem in domo propria, vt animos hoſtium confundat, tenentur indiſtinctè Barones in hoc caſu ad adoham, & populi ad ſeruitium in caſu neceſſitatis, quoniam reditus Regni non ſufficiunt, & idem pro recuperatione, ſeu*

*defenſione*

*defenſione alicuius Terræ, vel Prouinciæ, quam Rex extra Regnum ſuum acquiſiuiſſet, quia tunc ab omnibus poteſt exigere adeham, & imponere collectam populis, ſicut dictum eſt, pro defenſione Regni, ſeu Terræ, ſeu Prouinciæ extra Regnum de nouo acquiſita.* Hactenus Iacob. de Ayel. qui omnia tranſcripſit ex Andr. de Iſernia *in cap. 1. § ſed nec alia, quæ ſit prima cauſa benefic. amitt.* qui interpretans *cap.* Papæ Honorij, permittentis collectam pro defenſione Regni, exem-
32 plo probat Scipionis Agatoclis, & Metelli, bonos Duces non bellare in propria domo ſed hoſtes arcere à confinibus, quinimò illos inuadere in propriis domibus, idque totum eſſe ad Regis, ac Regni defenſionem, quam Andr. doctrinam ſequuti ſunt Affl. *in dicto cap. 1. quæ ſit prima cauſa benefic. amittendi*, Iacobin. *in ſua inueſtit. in verb. & permiſerunt eidem Domino ſuo verſ. quartò quæro*, Gurnetat. *in cap. Imperialem fol. 34. col. 3. de probib. feudi alienat.* per Feder. Capyc *in repetit. dicti cap. Imperialem §. firmiter verſ. limita etiam*, niſi Dominus, & Regens Fulu. *de conſtant. in l. vnica num. 56. C. de claſſicis lib. 11.* & ante omnes id ipſum docuit Bald. *in c. 1. n. 4. quib. mod. feud. amitt.*

33 Reſpondeo ſecundò, quamlibet conceſſionem, & quodcunque priuilegium neceſſitati cedere, vt Imperator Anaſtaſius reſcripſit *in l. vnica C. vt nemini liceat ab empt. ſpec. ſe excuſ. Quoties* (inquiens) *vrgente neceſſitate, comparationes frumenti, vel olei aliarumque ſpecierum quibuſlibet prouinciis indicantur, nullus penitus poſſidentium ſe ſe ſub cuiuſcunque priuilegij occaſione excuſandi tributi facultatem cenſeatur.*

Idem reſcripſere Imperatores Honorius, & & Attalius *in l. 1. C. de nauib. non excuſ. lib. 11.* per hæc verba: *Si neceſſitas exegerit communes vtilitatibus publicis obedire, & ſubuentionem ſine dignitatis priuilegio celebrare*, hinc Caliſtratus I. C. *in l. quod ſemel ff. de decret. ab ord. faciend. Quod ſemel ordo decreuit* (dicebit) *non oportere id reſcindi*, D. Hadrianus Nicomedenſibus reſcripſit, *niſi ex cauſa, ideſt ſi ad publicam vtilitatem reſpiciat reſciſſio prioris decreti*, & alter I. C. Papirius Iuſtus *in l. Imperatores ff. de pollicit.* refert, Imperatores Verum, & Antoninum reſcripſiſſe conditiones donationibus appoſitas, quæ in Rempublicam fiunt, ita demum ratas eſſe, ſi vtilitatis publicæ intereſt, quod ſi damnoſæ ſunt, obſeruari non debere, plura ad propoſitum congerit Bellug. *in ſpec. Princ. rub. 9. num. 9. & ſeq. verſ. Regia occurrat neceſſitas*, quod nullum obſtet priuilegium, nullus ſtatus, nullaque lex etſi iurata, quamvis pactionata, maximè cum de ſoluendo ſtipendio armigeris, vel ſuper aliis bellorum occurrentiis verſatur neceſſitas.

Notanda occurrunt Franciſci Aretini verba *in l. ſi ex toto ſub num. 2. ff. de leg. 1. Dum* (inquit), *ſuperueniente noua neceſſitate, & cauſa, ſi eſſet mutata conditio concedentis priuilegium, ſeu legi, in quo priuilegium conceditur, in tantum quod illi, qui non ſunt immunes, attenta cauſa, pro qua imponitur collecta, non poſſunt ſoli ſoluere, tunc poteſt reuocari priuilegium*, caſus eſt notabilis *in l. vt gradatim §. quoties ff. de muner. & honor. & in l. iubemus*, & quod ibi notat Bald. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* per quem tex. ibi dicit, *quod nullum priuilegium excuſat à neceſſitate publica*, facit etiam tex. notabilis, & quod ibi notat Bart. *in l. cum Nauarcorum C. de nauib. lib. 11.* Hæc Aretin. confert, quod ex Liuio Valer. Max. tranſcripſit *lib. 3. de fiducia.* Quod cum ad neceſſarium Reipublicæ vſum pecunia eſſet neceſſaria, eamque ex ærario promi opus eſſet, idque Quæſtores, quia lex obſtare videretur, aperire non auderent, Scipio claues popoſcit, patefactoque ærario legem vtilitati cedere coegit.

Nec ſuffragatur priuilegium patri habenti duodecim filios in oneribus, quæ belli, vel peſtis cauſa imponuntur, ex adductis per Reg. Conſtantiom *in l. ſi quis decurio, num. 44.* & ità obſeruatum fuit in anno 1643. in donatiuo per regnum facto, de quo priuilegio vide aliqua per Aegid. Boſſ. *in tract. de Princip. & priuileg. eius, numero 155.* & per Ioan Andr. *in regul. decet conceſſum, in 6. numero 2.* & per Reg. Moles doctrina, & prudentia Inſignem, *quæſt. 30. cum ſeqq.* nondum impreſſis.

Ad ſecundum, quod obmurmorent, tot mil- 34
liones bellorum cauſa Regi oblatos pro maiori parte ſine neceſſitate impenſos, Xenofontem adeant relatum, à Valenz. *vol. 1. conſ. 99. numero 9. in fin.* qui ex Simonide Poeta ad Hieronymum Siculum alloquente refert, quod priuatis licet præcidere ſumptus quotidianos ex animi arbitratu, quod in Principibus locum non habet, nam maximos ſumptus, eoſque ſummè neceſſarios coguntur facere, de quibus, ſi quid decidatur in ipſorum, & Principatus cedit exitium.

Imò etiam ſi culpa ſua Princeps propter lar- 35
gitiones immoderatas, ludos, & iniuſta bella, (quod in Rege noſtro conſiderari non poteſt) in egeſtate inciderit, poteſt iuſtè imponere tributum, & Ciuitas ad donatiuum tenetur, Cæual. *ar Real. decam. 2.* vbi etſi prodigalitér ſuum patrimonium diſſipet, quod confirmat Diana *reſol. mor. d. tract. 3. de parlam. reſ. 4.* qui alios congerit.

Ratio enim eſt, nam tributa ſunt veluti alimenta Principis, & quocumque modo ei debentur, D. Thomas *ad epiſtolam ad Duciſſam Brabantiæ*; Syluest. *in ſum. ver. Gabella, quæſt. 2. §. adde autem*, Sot. *lib. 3. de iuſt. & iur. quæſt. 6. artic. 7.* & nullus eſt, qui inficiari poſſit, vt ſubditi teneantur Principi ſubminiſtrare neceſſaria ad eius dignitatem, & gubernationem, nam cùm id reſpiciat cauſam publicam, ſi vera neceſſitas eſt, quamvis imputari Principi poſſit, adhuc tributa ei debentur, vt neceſſitati occurrat, vt tenuerunt Molin. *libr. 3. de iuſt. & iur. tract. 2. de tribut. diſput. 66. numero 4. & 5.* Medin. *de reſtit. quæſt. 13.* Vaſquez *de reſtitut. capite 6. dub. 2. numero 23.* Leſſ. *lib. 2. de iuſt. & iur. capite 33. dubit. 6. numero 48* vbi mouet quæſtionem, vtrum ſi Rex ſua culpa exhauſerit ærarium ludis, conuiuiis, profuſis largitionibus, bellis inconſultis, poſſit vrgente neceſſitate noua tributa imponere; reſpondit rectè, poſſe, ſi alia ratione publicum malum auertere non poſſit, quia ſubditi in publica neceſſitate tenentur opem ferre, Azor. *3. parte, lib. 5. c. 23. quæſt. 1.*

Denique ad tertium, quod clament Re-
gnum per tot annos tributo exhauſtum nulla 36
vi, nullo imperio cogi poſſe, vt det quod non habet; ſimilem excuſationem Romana plebs olim Senatui expoſuit apud Liuium *decad. 3. lib. 6. fol. 155.* & quamvis æqua plebis recuſatio

eſſet,

eſſet, quia neceſſitas vrgebat arcendi ab Italia hoſtem, vtque Italiæ littora tuta eſſent, deficiente in ærario pecunia, inclinabat Senatus, ſiue iniquum onus iniungendum eſſe ad parandas claſſes; ſed refert Liuius *eod. loc.* Leuinium Conſulem cæteros Conſoles, Senatores, & Patritios dicta oratione, propriaque oblatione excitaſſe, vt ſequenti die ſine edicto, ſine cohortatione magiſtratuum voluntariè pro ſe, quiſque aurum, & argentum, & æs in publicum conferret, quod ſequutum fuit tanto certamine iniecto, vt prima inter primos nomina ſua vellent in publicis tabulis eſſe; ita vt nec triumviri accipiendo, nec ſcribæ ferendo ſufficerent, adeò vt nec remige in ſupplementum, nec ſtipendio Reſpublica eguerit: *Tantum*, inquit Liuius, *valet Procerum, atque Nobilium exemplum ad excitandum alios*
57 *pro adiuuanda Republica.* Hæc audiat Neapolis Regia Ciuitas, & Regni Princeps. Hæc Regni Proceres, & Barones obſeruent, & Leuinij Conſulis, aliorumvè Patriciorum Romanorum exemplo luxum moderentur, priuatis expenſis modum imponant, vt ſeruiant Regi intento, totiſque viribus ſatagenti pro defenſione Catholicæ Religionis contra hæreticorum impetum, ac pro arcendo hoſte ab Italia. Quinimò & pro conſeruatione, & ſtabilitate feudorum, aliorumque bonorum penes ipſos Barones, eorumvè vaſſallos ab inuaſione, & deuaſtatione Gallorum, quorum dominationem experta eſt vtraque Sicilia.

Audiant Dominicum Sotum celebrati nominis *de iuſtit. & iur. lib. 3. quæſt.* . *art. 7. verſ. enimverò*, dicentem, *Enimverò cum plebs reliqua potius non ſit tam immodicos tributorum ferre ſumptus, fert, vt Nobilium exemplo, illeuetur*, & Petrum de Greg. qui *in ſua Republ. lib. 24. capite 5. numera 5* . . 194 hæc ſcripſit, *Sapè bellorum, & negotiorum magnitudo cogit Principes ordinarios Reipublicæ prouentus augere, indictiones, & ſuperi dictiones, & vectigalia noua, & inuſitata extraordinaria imponere non tam ad ſui, quam populi vtilitatem, maximè vbi ærarium, & . . . us ium exhauſta ſunt; & vrget neceſſitas, quæ legem non habet communem, ſed ſuam habet amariſſimam, & populus ægreferre non debeat ſibi imponi onera contributionum, quibus vita, & ſalus, bonorumque reliquorum conſeruatio paretur*, occurrit etiam huic difficultati Ioann. Baptiſta Larrea *in ſuis fiſcal. allegat de tribut. impoſit alleg. 57. à numera* 24. dicens, data vera, & vrgenti neceſſitate, cùm nouæ collectæ petuntur, quippe ſi ſimul timeantur duo incommoda æquè publica, tunc neceſſariò occurrendum eſt medelæ maioris damni, quamvis minus prætereatur id, quod euenit, cum facultates, ex quibus vtrumque damnum redimendum, non poſſunt ſuppetere vtrique, idque ipſa ratio naturalis, & experientia docuit ex Theologorum ſententia, quam ſequitur Vaſquez *in tract. de ſcandalo, dub.* . admittitur, poſſe conſuli minus peccatum, vt euitetur maius, quod omnium Doctorum receptiſſima ſententia eſt, probatur *in cap. duo mala, cap. nerui, diſt.* 11.

Ex quo neceſſitas, quæ impellit ad petendum tributum, ſit adeò vrgens, vt niſi ei occurretur, poſſet timeri periculum in publico Regni ſtatu, quo caſu neceſſitas extrema dici poterit, iuxta quod tradiderunt D. Thomas 2. 2. 5. *q. art. 5. in corpore*, Vaſquez *tractat. de eleemoſina, capite 1. dub.* 3 qui tunc extremam neceſſitatem indicarunt, quando cum ea aliquis ſuſtineri non poteſt, vnde quoties vectigalibus non conceſſis, in periculum adducentur dignitas Regia, & regiminis ſolius ſtatus, huic primò occurrendum eſt ex prædictis, quibus Ius publicum priuato præferendum probauimus, & quia neceſſitas facit licitum, quod aliàs non liceret, *l. cùm ad feliciſſimam, C. quibus muneribus, vel præſtationibus, lib. 10. capite remiſſionem, 1. quæſt. 1. ſicut, capite quando, de conſecrat. diſt. 1. capite 2. de conſuetud.* & ideò Bald. *in l. diuus, ff de petit. hæred.* ex neceſſitate traditi ceſſare præcepta legis, quia lex debet eſſe poſſibilis; neceſſitas verò quando vrget, eſt impoſſibile vitare, & ideò D. Thom. 1. 2. *quæſt. 91. art. 6.* tradit, neceſſitatis proprium eſſe non ſubdi legibus, & facere licitum, quod iniquum carere lege, & propter eam iura ciuilia, & naturalia tranſgredi, pluribus probaui D. Salgado *de Regia protect. 1. part. capite 1. prælud.* . *numera* 103. alia congerit D. Caſtillo de Tertiis, *capite 9. numero* 28. D Solorzanus 2. *tom. de Indiarum gubernat. lib. 1. capite 13. numera 25. & 26.* qui in terminis tradit, hanc neceſſitatem non eſſe probandam de præſenti, ſed poſſe veriſimiliter timeri: nec enim expectandum, vt neceſſitas ad vltimam vergat miſeriam, ſed ſufficere vt vrgeat, vel immineat, vt argumento *fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* quia non etiam expectandum eſt, vt inſula ruat, & ſic deinde agi poſſit, ex Cicer. Bobad. & D. Valenzuela, qui alia congerunt, probauit D. Solorzan. *dict. c. 13. num.* 24.

In ſubditis autem, etſi nimis vectigalibus grauatis, non poteſt conſiderari neceſſitas extrema, nec omnium, ſed aliquorum: nam quamvis in rebus victualibus nouæ collectæ imponantur, vt maiori pretio vendantur, non tamen ſubditis denegantur alimenta, etſi maiori æſtimatione comparent, quemadmodum Principi denegantur, quoties vectigalia neceſſaria non exhibentur, & multum differt merces aliquas, & victualia ſubditis grauari, quàm publicum ſtatum, & regimen perire, ſi tributa non darentur; nam vt traditur in Euangelio D. Matthæi *capite* 5. oculos eruendus, & manus abſcindenda, vt corpus ſuſtineatur, & vt tradit Polyb. *lib. 4. capite* 1. quem refert Luc. de Penna *in lib 8. numera* 310. *C. de exact. trib. lib.* 10. Populo quidem nihil vtilius, quàm vt neceſſitas Principis impleatur.

Sin autem in vera fuerit Princeps neceſſitate, vt aliter non poſſit ſui ſtatus decorem ſuſtinere, tunc noua tributa indicere valebit, vt notarunt ſuprà relati, quibus adde ad poteſtatem, cauſas, & modum indicendi tributa, quæ notarunt Archidiacon. *in capite qui recognonimus, numero 3. & 10. quæſt. 3.* Luc. de Penna *in leg vnica, C. de ſuperindictis, lib. 10. numero 9. & 10.* Giurba *deciſ. 118. num.* 5. Anton. Fab. *in Codice, lib. 7. tit. 12. diffinit.* 1. Pet. Gregor. *de Repub. lib. 13. capite 11. numero 14. & libr. 24. capite 3. numero* 5. Ramirez *de lege Regia, §. 16. numera* 6. Farin. *in praxi 3. parte quæſt. 171. num* 68. Cabed. 2. *pars. deciſ. 44. &* 49. Roſental. *de feudis, lib. 1. cap. 5. concluſ.* 44.

Camil

Camill. Borrell. de præſtantia Reg. Catholicȩ 11. numero 27. & 34. capite 10. numero 38. & 39. & capite 25. numero 40. Nauarr. ad titul. de cenſibus, conſ. 6. 7. & 8. in manuali capite 27. numero 61. Conrad. in templo iudicum, capite de Imperatore, §. collectas, & gabellas, Aloyſ. de Leo ad titulum C. noua vectigal. inſtitui non poſſe, Capyc. deciſ. 148. Mazolus conſ. 56. Thobias Nonius conſ. 47. numero 6. Mandellus Alben. conſ. 186. numero 30. Boſſ. in praxi, ſub tit. qui vectigalia imponere poſſit, Ioſephus Ludouicus communium, tit. de gabellis, Thorus practicarum verbo vectigalia, de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. de regalib. impoſit. numero 3. & §. 1. Sixtin. de regal. lib. 2. capite 6. Maſtril. de magiſtrat. lib. 3. capite 10. numero 119. & lib. 5. capite 6. numero 94. Marta de iuriſdict. 2. part. capite 45. Mietez ad conſtitut. Cathaloniæ, 1. part. coll. 2. capite 10. numero 18. Azeuedo in l. 1. numero 6. & in l. 2. numero 1. tit. 7. & in l. 1. tit. 11. lib. 6. Recopill. & in l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. numero 24. Molin. tomo tertio, de iuſt. & iur. tractat. de tribut. quæſt. 600. cum ſeqq. plures congerit D. Amaya ad libros voluminis tit. de annonis, & tributis in princip. & in l. 3. numero 27. plurimos retulit D. Solorz. tom. 1. de Indiar. gubern. lib. 1. capite 28. numero 7. & per totum, Caſtro de lege pænali, cap. 1. Duardus in Bulla Cœnæ Domini, Canon. 5 quæſt. 1. numero 2. Viual. in candelabro aureo, ad explicationem Bullæ capite 5. numero 36. Marius Alterius de cenſur. tom 1. diſputat. 6. Sair. in claui Regia caſuum conſcientiæ, libr. 9. capite 26. numero 29. & 30. Vega in ſumma verbo Alcaualas, tom 2. caſu 2. Baſilius Legionenſis 2. part. relectione 1. Diana Moral. p. 1. tract. 3. reſol. 25. Laiman in Teologia morali, lib. de iuſt. & iur. tract. 3. capite 3. de tribut. & vectigal. numero 2. verſ. altera conditio eſt. Ex politicis vide Bullenger. de tributis, & Domingium in Bibliotheca verbo ærarium. Petr. Gregor. lib. 3. de Republic. capite 4. & 7. Nauarrete diſcurſu politico 18. Adam Contzen. lib. 8. polit. capite 7. cum ſeqq. Lipſium lib. 4. ciuil. doctrina capite 11. Pat. Vaſquez de optimo Principe, lib. 4. annotat. 15. hos omnes cumulat Larrea citata alleg. 59. num. 28. conſilium idem dat Larrea in ead. alleg. 59. in fin. de tribut. impoſ. per hæc verba.

Denique illud monendum vellem, Principes, vt in tributis moderationem obſeruent, vt ea non ſemper in pecunia numerata exigenda decernant, qua cum difficultate ſubditi conquirant pecuniam, & ea ſola deſeruiat ad comparationem eorum, quæ neceſſaria, ſi in his Tributis imponentur, Princeps idem conſequeretur, & leuiora à ſubditis reddenda redderentur, & in pluribus regionibus partem fructuum ſubditi Principibus ſuis dependunt, quos immenſum eſſet recenſere, & inde prædia, vectigalia, & decimas frumenti refert Bullengerus de Tribut. capite 4. & capite 9. & Ioſeph in Aegypto prudenter, vt præcaueret famem, non pecunias collegit ad neceſſitatem, ſed quintam partem fructuum ab Aegyptiis exegit. Geneſ. capite 41. & populum Romanum idem obſeruaſſe, vt prouinciales ex ſuis rebus collecta mitterent, tradit Bullengerus, vbi proximè, capite 2. verſ. quidam tributa; & alia plura exempla refert idem capite 5. verſ. vectigalia; id enim ſubditis tolerabilius, qui ſi pecunias non habent, præſertim vbi eius indigentia in prouincia eſt, facilius, & alacriùs fructus præſtabunt, vt Deo dependunt, & ſi opifici tributum, aut donatiuum indicendum operas, aut ex ſuis mechanicis Principi neceſſaria ad proportionem indictionis præſtet; nam ſi ex pecunia, quæ ad illis exigenda neceſſaria comparanda, facilius ab eo conſequetur ab illo, qui difficulter pecuniam habebit. Hæc Larrea.

Ex his infero publicæ, quæ ex bello oritur, 38
neceſſitati etiam Eccleſiaſtica bona ſubmitti, tenerique ad hæc onera clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, quia pro communi tutela, tàm clericorum, quàm laicorum erogantur, vnde Arcadius I. C. cum de exercitus impenſis verba feciſſet in l. munerum ciuilium §. patrimoniorum autem ff. de muner. & honorib. ſubdit, ab huiuſmodi muneribus, neque primipilaris, neque veteranus, aut miles, aliuſvè, qui priuilegio aliquo ſubnixus eſt, neque Pontifex excuſatur, vbi gloſ. in verb. Pontifex; ergo nec clericus, nec Eccleſia, quia vt prædia poſſideant, à lege humana eſt, ſed quod Eccleſia, & pro ea ius decimationis, & primitiarum habet, hoc eſt à lege Dei, & ideò proprio Principi pro ſuo Epiſcopo ſubſit, vt hic, & C. de Sacroſan. Eccleſ. l. ad inſtructiones, & l. Sacroſan. & C. de Epiſc. & cler. l. de his, & in auth. de alien. & emphyt. §. ſi verò quis, & de Eccleſiaſt. tit. §. ad hec, & in decreto 11. quæſt. 1. capite ſicquè, & capite cum ergo, & capite ſi tributum, & capite magnum quidem eſt, illudque aſſeuerant Doctores eximij, qui ſunt Iulius Ferret. in tract. de gabell. num. 432. verſ. tertiò, vbi gabella imponitur, Gaſpar Theſaur. q. 8. n. 12. Campagn. ad cap. Regas, Item ſtatuimus, quod clerici, qui clericaliter viuunt, Hieron. Cæuall. commun. contra commun. quæſt. 578. à num. 3. verſ. vbi concludit, Bobadill. in politica lib. 2. tom. 1. c. 18. n. 297. & ſequitur Graſſ. de effect. cleric. 3. effect. num 210. verſ. aliud exemplum eſt, & alios adducit Cacheran. deciſ. 181 & Nicol. Balb. conſ. . . poſt dictam deciſ. latiſſimè Petr. Gregor. de Republica lib. 3. c. 7. à n. 24. verſ. in caſu neceſſitatis, Alphon. Aluar. in ſpecul. iur. Pontif. & Cæſar. c. 63. Caſtill. de tert. tom. 7. c. 9. n. 20. P. Remon. Gubierno human. loc. ſup. adducto, Caſtro reſolut moral. diſp. vnica, de reuerent. debita Eccleſ. tract. 11. puncto 9. n. 3. verſ. primò, quod dubitatur, an clerici, Diana reſolut. moral d. tract. de parlam. reſol. 22. Bellet. diſquiſ. cleric. par. 1. de exemptione clerici num. 7. verſ. excluſa, Guttier. tract. de gabell. quæſt. 91. n. 39. cum ſeq. Gratianus diſput. forenſ. cap. 390. n. 17. tom. 2. Magiſter Laurentius Ortiz de polit. & immun. Eccleſ. par. 3. conſid. 5. ibi, appendix eſto, neceſſitati, quæ ex bello oritur, ſubmitti clericos, & bona Eccleſiaſtica, adde Petr. Greg. lib. 2. ſyntag. c. 20. Remig. de charitat. ſubſid. 2. p. q. 260 Anaſtaſ. Germ lib 3. de ſacror. imm. c. 17. n. 19.

De dono Regi præſtando tempore imminentis belli. doctè & copiosè ſcripſit D Antonius Perez Nauarrete Iudex Perpetuus M.C.V. in Criminalibus (in quo munere Collegam habuit) genere & doctrina præclarus; de cuius doctrina, & virtute expertus loquor Ad præſens Auditor quoque Generalis Exercitus, ac Commiſſarius Delegatus omnium cauſarũ Militũ digniſſimus.

Sua maieſtas mandaoit, quòd pro donis, quæ fiunt in Regno, non accedat orator: quæ Regiæ litteræ ſunt impreſſæ in volumine pragmaticarũ, in tit. de munerib offici. prag. 7. ibi: y porq; de venir.

Quam ſententiam in caſu publicæ neceſſitatis, 39

cum ea conditione pletique ex ſopra eitatis
Doctorib. admittunt, nempe qnod laicorum non
ſuppetaor ſacultates, & talia ooera ferantur con-
ſulto Summo Pontifiee, iuxta *eap. aduerſus, de
immunis.* Cuius capituli explieationem poſuit
Luc. de Penoa *in l. cum ad felic:ſſimam C. de qui-
bus muneribus, vel praſtat. nemini lic. & c. num.* 5.
40 aſſerens adeò Eccleſiaſticaa perſonas ad contri-
butionem publicarum neeeſſitatum ex iuſtitia
teneri, vt ſi defecerint, peccent, & rationabiliter
damnentur, ſi illa ſubire detrectent, & plura de
hac materia ſubnectit *in l fin. C. de exaction. tri-
but. l. vacuatis in fin. l. de decurionibus, & l. vn. C.
de bis, qui à Prin. vocat. lib.* 10.

Exempla antiquorum, & modernorum tem-
porum poſuit Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.*
298. *& ſequ.* idquè adeò vſitatur per Pontifices,
vt Mar. Alter. *de excomm. tom* 1. *lib.* 5. *c.* 12. *fol. mi-
bi* 751. ſcripſerit: *Sic non rarò, in vniuerſo Chri-
ſtiano Orbe cum neeeſſitates publica irruerent, con-
41 ſueuiſſe Sum. Pontif. Princip. laicis decimas bonorū
Eecleſiaſticorum indulgere, nemo eſt, qui neſciat.*

Refert quoque pater Fam. Strad. *de bello Belg.
42 decad. prima lib. 5. fol. mihi* 273. Pium Quintum
Pontifieem Maximum ad Margaritam Auſtra-
cam Parmenſem Ducem, & Belgium moderan-
tem Internuntium ſuum Iulium Paueſium Sur-
rentin. Archiepiſc. direxiſſe, qui illam ſuo nomi-
ne ad bellum contra rebelles ſuſtinendum hor-
taretur, atque in eam rem pecuniam, atque ad-
iumenta omnia polliceitaretur, denique hæc
verba Fam. ſubnectit, *verei enim eiuſmodi cau-
ſam, pro qua Tiaram ipſam non dubitaret expone-
re,* ò verè Sanctiſſimum Pontificem.

Remedia quoque varia tradidere Doctores
pro exigendis oneribus à bonis Eeeleſiaſtiearum
perſonarum, quæ vt breuitati ſtudeam, vide apud
Batt. *in l. reſcriptum §. ſciendum n.* 5. *verſ. ſed quæ-
ro, verum ff. de munerib & honorib.* Campagn. *in
cap. Regni, item ſtatuimus, quod clerici, qui clerica-
liter viuunt,* Guttier. *pract. quaſt. lib.* 1. *q.* 4. *num.* 2.
*verſ ſi verò agatur, quod ſupradictus,* & quod ob-
ſeruatum refert Aloyſ de Leo *in auth. caſſa n.* 19.
*de Sacroſ. Eccleſ.* tempore Pontificis Pauli Quar-
ti, & Ducis Albæ Proregis, ex Papoo. Petro Gre-
gor. *loc. cit. n.* 26. *verſ. ſunt alia arreſta.* Cacher. *dec.*
181. *in fin.* conferunt etiam dicta per Barboſam
*de iur. Eccleſ. in tit. de immun. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3.
*n.* 169 *cum ſeq.* Petr. Cæned, *in collect. ad decr. coll.*
153. *n.* 3. *per* tot. Ign. Lop. ad Diaz *ad cap.* 57. *verſ.
imò eadem perpenſa ratione,* Molin. *de iuſt. & iur.
tract.* 2. *diſp.* 31. *verſ. obſeru.* Victoria, & Sotus.

Præterea quæ diximus hactenus, habes requi-
ſita pro Iuſtitia exactionis tributi, optimis me-
diis, & authoritatibus fundata per Ioann Anto-
nium Velazquez ad *comment. ad Pſal.* 100. *libr.*
4. *annot.* 15. *& ſeqq. moral. ad ea verba.*

*Miſericordiam, & Iudicium.* ex quibus ſe-
quentia colligit documenta.

1. Optimus, & ſuorum amans Princeps, æqua
& legitima tributa, & vectigalia ab illis exigit.

2. Ea vectigalia, ſeu tributa grauia omni-
nò non videntur, quæ ſubditorum viribus
commenſurantur.

3. Princeps ſibi ipſi maximè conſulit, cùm
ſubditorum vtilitati proſpiciens, in tributorum
exactione temperantèr, ac moderatè ſe gerit.

4. Nihil eſt Principi glorioſiùs, aut ſplendi-
diùs, quàm ſi vt vexato, & afflicto populo com-
patiatur, ſplendorem ipſe ſuum contraxerit.

5. Optimus Princeps calculum eum imperio
& ſumptibus modum ponere debet.

6. Bonus Princeps bella niſi laceſſitus, aut re-
ligione, & iuſtitia eflagitantibus, non mouet.

7. Chriſtiani ſignatè Principis eſt, pacem,
quàm bellum amare, nec illud mouere, niſi cùm
tentatis omnibus vitare non poteſt.

8. Ex Ambroſ. Marlian. *in Theat. polit. c.* 55.

Princeps tanquam pater imponat populis
onera diſcreta, & erit in pace locus eius.

Magnus, Iuſtus, & Pius noſter Rex Phi-
lippus IV. Quæ omnia ſeruanda dedit, (cuius de-
creti tenor ſequitur) quem Deus Opt. Max. in-
columem conſeruet.

## Copia del decreto de S M. para reforma del gouierno.

*El cumplir enteramente con la obligacion y pe-
ſo, que N. S. ha pueſto ſobre mis hombres, es en mi
el vnico fin à que dirixo mis acciones, y pareciēdo-
me que el medio mas cierto, y ſegurò para conſeguir
eſte deſeo, es aplacar la ira de N. S. que tan viſible-
mente ſe ve irritada contra noſotros, he aplicado el
penſamiento eſtos dias à reconozer, que coſa podria
ſer mas ofenſiua à S. M y por eſta cauſa mas digna
de remediarſe, y diſcurriendo ſobre ello, he iuzga-
do, que ſe deue mirar con toda atencion, ſi los tri-
butos, que he impueſtos en eſtos Reynos, mouido del
apretado eſtado de las coſas, y de las inuaſiones, que
han echo en ellos nueſtros enemigos, han ſido con
toda juſtificacion, y ſeguridad de la conciencia, y
aunque en eſta parte yo he corrido con ſatisfacion,
y quietado por auer ſeguido el parecer de tantos
miniſtros tan auentajados, y de tantos religioſos
doctos, y particularmento por la neceſſitad tan pre-
ciſa de la defenſa deſtos Reynos, aque deuo acudir,
pena de agrauar mi conciencia, con todo el ver, que
los Eccleſiaſticos contribuyen en ellos, ſin particu-
lar Breue de ſu Sanctidad, me ha mouido a voluer
à tratar deſta materia, que por ſer tan graue, y que
abraça la conciencia, la juſticia, y las materias de
eſtado, me ha parecido ordenaros, que juntandoſe
con vos mi Confeſſor, los Condes de Oñate, Chin-
chon, y Caſtel. D. Iuan Chumaz. D Francis. Anton.
de Alarcon, Don Antan. de Contreras; D. Pedro de
Veſa, el Confeſſor de Princ Fr. Iuan de S. Thomas,
Fr. Iuan de Pozo, P. Auguſtin de Caſtro, y Padre
Marcelo de Aponte, ſe tenga eſta orden, y ſe junta-
ran los papeles, que para tratar con mas acuerdo
de materias tan graues, teniendo para ello las jun-
tas, que fueren conuenientes, y auiendolo eſtudiado,
y mirado con toda circoſpicion, ſe me conſultarà lo
que ſe tubiere por mas ſegura para la conciencia;
aduertiendo que no quiero gozar de ningun tribu-
to, que ſea con la menor ſombra de eſcrupulo, pues
quien atiende à cumplir con ſu conciencia, atiende
a defender ſus Reynos, y mas quiero perderlos to-
dos juntos, cumpliendo con lo que ſe deue, que conſer-
uarlos por medios poco ſeguros, que ſi yo haga de mi
parte lo que deuo, y trato de aplacar la ira de nueſtro
Señor, a ſu D. M. tocarà el defenderme, y quanto
mas reducidos nos vieremos al vltimo eſtremo, y
depender ſolo de la mano de Dios, eſtarà mas cierta
mi eſperança, y mas firme mi fe, de que nos ha de ſa-
car libres de los aprietos, en que eſtamos, y diſ-
poner las coſas de modo, que conſiga con breuedad
vna paz, que dè quietud, y repoſo a la Chriſtian-
dad.* 22. *Febrero* 1643.

INDEX

# INDEX
## RERVM PRAECIPVARVM
### Quæ in hac Prima Deciſionum Parte continentur.

*In quo D. deciſionem. N. numerum, P. Paginam deſignat.*

A

*Ablatiuus.*

PER ablatiuum abſolutum inducitur conditio. d.6.n.17.p.18

*Abſentia.*

Iuſta abſentiæ cauſa quæ dicatur. d.31.n.7.p.50

Dilatio ob abſentiam allegatam non eſt concedenda, quando reus viſus fuit tempore delicti, vel ante, vel paulò poſt delictum commiſſum. d.32.n.1.p.51

Secus verò ſi poſt duos menſes abſens fuit, nam tunc ceſſat diſpoſitio *cap. poſt commiſſum*. ibid. n.2.ibid.

Dilatio ob abſentiam an ſit concedenda in beneficium contumacis (cui erat deneganda iuxta *cap. poſt commiſſum*) citati poſtmodum pro eodem delicto, cum breuiatione termini vigore reſcripti Domini Proregis poſt duos menſes. ibid.n.3.ibid.

Deciſio. ibid.n.4. ibid.

Non eſt admittenda allegata abſentia, quando reus fuerit viſus tempore delicti. d.33. n.1.p.52

Appellatio an admittatur à denegata abſentia, vel à breuitate termini. ibid.n.2.5 & 7.ibid.

Abſentem defendere, & cauſam abſentiæ allegare pro reo capitalis criminis quibuslibet eſt permiſſum. ibid.n.3.ibid.

Practica Regiæ decretationis, quando appellatur à breuitate dilationis ob abſentiam conceſſæ, vel denegatæ. ibid.n.8.p.53

Vide infra in ver. Excuſator.

*Accuſator.*

Accuſatore exiſtente an cenſeatur fiſcus inhærere appellationi iuxta Regiam pragmaticam. d.22. n.21. p.38

Accuſatore appellante, & deinde renunciante, an fiſcus poſſit proſequi. ibid.n.23. ibid.

Fœmina an in Regno ſit excluſa à iure vindictæ, & quid ſi renunciauit. deciſ. 27. num. 1. & 6. p. 43

Ius vindictæ competit iure ſanguinis, non iure hæreditario. ibid.n.3.ibid.

Vnde ius faciendi pacem competit proximioribus conſanguineis, etiam quod hæredes non ſint. ibid.num.4.ibid.

Vindictæ materia, à qua pax regulatur, non ita fœminis, prout maſculis congruit. ibid.num.44. p.47

Quomodo *deciſio D. de Franch.* 100. *ſub n.8. & ſequentes* expenditur. ibid.n.55.& 56. ibid.

Vindictam iudicialiter animum exhibere indecorum inter nobiles reputatur. ibid.n.57.ibid.

Accuſator, ſeu denunciator non probans, an, & quando teneatur actione iniuriarum. d.54. n. 5. & 10. p. 77. & 78. & quid deciſum ibid. in fine.

Accuſationem, ſeu denunciationem non probans quando ſit ad expenſas, & intereſſe condemnandus. ibid.n.7. & 11.ibid.& quid deciſum.ibid. in fin.

In Regno per *ritum* 191. poteſt quis proſequi ſuam iniuriam, & necem ſuorum. d.56.n.20.p.80

*Actio.*

Actio duplex oriens ex delicto, altera ad pœnam, altera ad damna, expenſas, & intereſſe, vna alteram non tollit, ſeu perimit. d.59.n.30.p.76

Ex delicto agi poteſt criminaliter, & ciuiliter, & ſic ad pœnam, & ad intereſſe. d.71.n.1. p.135

At vocatum eſt in controuerſiam, quando vtraque pœna debeatur, & in vno, eodemque libello accumulari poſſit. Et ſub diſtinctione reſoluitur quæſtio. ibid.n.2.3.& 4. ibid.

Actionum accumulatio quid ſit. d.72. n.1. p.136. Ad eam inducendam quot, & quæ requirantur. ib. n.2. ibid. Quando permittatur. ibid. n.3.ibid.& ſeqq. Et quando prohibeatur.ibid. n. 16. p. 138

Actiones plures ex diuerſis cauſis competentes accumulari poſſunt. ibid. n.6. p.137

Actionum accumulatio quando prohibeatur. ibid. n.7. & 11. ibid.

Actione vna electa quando altera tollatur. ibid. n.16. p.138

Actionum ex diuerſo fonte prouenientiũ quando

permittatur accumulatio. ibid. numero 17. ibid.

Actionum accumulatio quando impediatur reſpectu executionis. ibid.n.18.ibid.

Actionum accumulatio impeditur ratione ſuperfluitatis ibid.n.19.ibid.

Actionum accumulatio in Regno eſt permiſſa,& cum ratione. ibid.n 20.ibid.

Regulæ prohibentes actionum accumulationem dicuntur de apicibus iuris. ibid.

Præiudicialia in Regno fuerunt ſublata. ibid.

Occurritur cuidam motiuo,quod fit in contrarium. ibid.

Exceptio accumulationis vti dilatoria eſt opponenda ante litis conteſtationem. ibid.num.21. p.139

Actionum contrariatum ad idem tendentium datur accumulatio ex *gl.*ſententia. ibid. n.22. ibid.

Actionum contrarietas ex *Bald.* ſententiæ conſideratur tripliciter, origine,exercitio,& executione. ibid.n.23.ibid.

Actionum accumulationem regulariter excludit prima, & ſecunda contrarietas. ibid.n.24.& 28. ibid.& p.140

Actiones origine contrariæ quonam pacto dignoſcantur. ibid.n.25.p.139

Iudicium inofficioſi , & iudicium nulli , aut falſi teſtamenti ſibi vti contraria refragantur. ibid.

Accumulatio non admittitur in contrariis , etiam ſi ſententia lata in vno non afferat præiudicium in alio , ſecundùm *Bal.* ibid.n.27. p.140

In actionibus , quæ electione tolluntur , eſt regulariter prohibita accumulatio. ibid. num. 28. ibid.

Accumulatio non admittitur in duabus cauſis lucratiuis. ibid.

Actionum realium ex quacunque cauſa deſcendentium prohibetur accumulatio. ibid.n.30.ibid.

Accumulatio non admittitur , vbi executione facta in vna actione tollitur altera. ibid.n.31.ibid.

Abſurda enumerantur, quæ proficiſcuntur ex prohibita accumulatione. ibid.num.32.ibid.

Accumulatio reiici debet à Iudice , etiam Parte non opponente. ibid.n. 33. p.141

Iudex ratione contrarietatis actionum debet libellum lacerare,etiam Parte non inſtante.ibid.n.34. ibid.

*Conſtit. Reg.Si ciuiliter agens*, tollens præiudicialia,non comprehendit exceptionem prouenientem ex fonte repugnantiæ. ibid.n.35.ibid.

Legislator facere nequit,imò nec ipſe Deus , vt actus continens in ſe repugnantiam validus ſit. ibid.n.36.ibid.

Accumulatio permittitur ad tollendam litium multitudinem , vt ſub vno Iudice terminentur. ibid.n.37.ibid.

Accumulatio coram diuerſis Iudicibus ſuper eadem re prohibetur. ibid. n.38.ibid.

*Conſt.Reg.Si ciuiliter agens* non ſeruatur , ſi quæſtio pendet coram diuerſis Iudicibus.ibid. n. 39. ibid.

Accumulatio ſtrictiùs accipitur in Regno , vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta. ibid.n.40. ibid.

Deciſio S.C. ibid.n.41.ibid.

Contrarietas ceſſat, quando actiones non proponuntur ad eundem finem. ibid.n.42.ibid.

Accumulatio non dicitur actionum, quæ competunt ex diuerſis cauſis,& diuerſo tempore. ibid. n.43.p.141.

Qui actionem ad rem habet , ipſam rem habere videtur. d.104.n.15.p.191

Actionis redhibitoriæ natura eſt , vt etiam retro contractum reſcidat. d.108.n.42.p.200

*Actor.*

Actor ſequitur forum rei deciſ. 2. numero 16. p.9

Actor quando teneatur originales ſcripturas exhibere. d.4. n.1.p.13

Actor contraria allegans non auditur , & ideò neceſſariò eligere debet vnam ex pluribus actionibus ſibi contrariis , idque exemplis illuſtratur. d.72.n.11. p.137

*L. vt debitum 5.C.de hered.act.* eandem materiam concernentis intellectus.ibid.n.12.& 26.ibid.& p.139.

Actor,& reus ſi ſunt in pari cauſa, potior eſt conditio conuenti. d.126.n.5. p.220

*Actuarius.*

Vid. infra in ver.Extorſio.

*Actus.*

Actus factus contra legis prohibitionem eſt nullus. d.2.n.11. p. 8

*Adiudicatio.*

Ex Iudicis adiudicatione facta creditori, vel alteri vltimo licitatori , tenetur debitor de euictione, & eum ratione. d.103.n.3. p.188

Et amplius præfata adiudicatio, & alienatio cenſetur voluntaria. numer. 3. & 8. ibid. & p. 189

Iudex cùm dat inſolutum creditori rem debitoris ex præcedenti eiuſdem contractu, idem debitor hoc feciſſe videtur. ibid. n.5.& 7.p.189

Factum patris ſi non valet, nec factum quoque Iudicis , qui vi illius facti à parte proceſſit , valebit,quod tamen per omnia non procedit.ibid. n.4 p.188

Communis ager ſi inter ſocios æquis partibus diuidi non poteſt , vni adiudicatur præuia æſtimatione, qui cæteris ſoluit pretium pro parte excedente , quod ad ſe pro ſua rata ſpectat. d. 110. n.4.p.202

Communis domus,vel aliud, quod nullam patitur diuiſionem , totum vni adiudicandum eſt , qui alteri ad pretium condemnetur. ibid. n.5. ibid.

Per adiudicationem virtute ſententiæ , à qua pendet appellatio , non reiicitur oblatio debito. d.117.n.4.p.209

Quando adiudicatio, ſeù appretium impediat debitoris oblationem. ibid.n.5.& 7. p.210

Creditori , cui eſt res adiudicata virtute Regiæ pragmaticæ , incip. *aſſiſtentiam*, non habet facultatem vendendi pendente appellatione. ibid. num.6. ibid.

Adiudicatio bonorum cum pacto de retrouendo per Iudicem creditori facta , non præcedente appretio , an illorum dominij translationem importet , vel loco pignoris addicta bona creditor teneat,& dominium translatum eſſe,ac ita deciſum affirmatur. d.118.n.1.& per tot.p.210

Æſtimatio,quæ requiritur ad hoc,vt creditor iure dominij poſſidere poſſit,cum alias appretio non ſequuto iure creditoris poſſideat , à Iudice fieri poteſt. ibid.n.2.4 & 8.ibid.

Creditori bona capta in cauſam iudicati , in quorum ſubhaſtatione emptor non reperitur , qui pro iuſto emat pretio, cùm viliori pretio vendi non debeant , debet ſibi adiudicari ſacere iuſto pretio, & præcedente expertorum æſtimatione. ibid.n.5. ibid.

Creditor

Creditor non ſequuto appretio iure creditoris poſſidere dicitur. ibid.n.4.ibid.

Bona creditori adiudicata potiùs loco pignoris, quàm dominij transferendi in dubio præſumuntur. ibid. n. 5. ibid.

Creditor cum in poſſeſſionem bonorum debitoris mittitur, quia emptor non reperitur, loco ſecundi decreti miſſus dicitur. ibid. numer. 6. ibid.

In adiudicatione in ſecondo decreto facienda rem adiudicandam per tabularios appretiari, & appretiatam pro concurrenti debito adiudicari Regia pragmatica diſponit. ibid.n.7.ibid.

Iudex bona creditori pro quantitate debita addicendo æquam ex vtraque parte quantitatem æſtimare videtur. Ibid. n.9. ibid.

Aduerſus creditorem, cui fuit res adiudicata præſente ſecundo creditore, an competat ius offerendi ſecundo creditori, & debitori. ibid. num.10. ibid.

*Adminiſtratio.*

Rationes vbi reddendæ ſint, arbitrarium eſt Iudici. d.134.n.6.p.228

Verùm in loco adminiſtrationis ſufficiens instructio, & tota teſtimonia, ac veriſſima præſtari documenta. ibid.n.8.ibid.

*Adminiſtratores Ciuitatum.*

Adminiſtratores Ciuitatum habentes liberam poteſtatem poſſunt tranſigere, & obſeruatum fuit per electos Ciuitatis Neapolis; & affertur decretum. deciſ.135. n.37.p.232

*Aedificium.* Vide in verb. *Vicini.*

*Agnatus.*

Priuilegia particularia agnatis competentia.d.100. n.84. p.181

Agnatus præfertur extraneo in emendo, quando vult ſoluere pretium, quando verò non vult ſoluere, tunc expectata morte alienantis, poteſt habere feudum alienatum nullo refuſo pretio. ibid.n.85.& 95 ibid & p.182.

Et quid reſpectu fructuum. ibid. n. 96. ibid.

Alia exempla priuilegiorum agnatis competentium. ibid.n.86. p.181

Agnatis aliquando præferuntur extranei in educatione, quando ex iuſtis cauſis erit expediens pupillo. ibid.n.87. ibid.

Poſſeſſor feudi aliis in feudum dare poteſt inuito agnato, verùm poſt eius mortem agnatus reuocat, & quid ſi dedit abſque conſenſu domini. ibid. n.88. ibid.

Agnati, & dominus ſi concurrant ad redimendum feudum, quis præferatur. ibid. num. 89. p.183

Intellectus §.*Titius ſi de feud. defunct. fuer. contron.* eandem materiam continentis. ibid. n.90. 106.& 109. p.182. 183.& 184

Heres agnatus, cui competit prælatio, an compelli poſſit, vt declaret, ſi intendit vti iure prælationis, & an poſſit coarctari termino non datus à iure.d. 111. num.10.& 14.p.203. & 204

Agnatus præfertur in venditione feudi pro æquali pretio, quod ab aliis offertur. ibid. num. 12. p.204

Actio prælationis incipit oriri poſt factam venditionem. ibid.n.15.ibid.

Agnatus declarans nolle emere ante tempus à iure conceſſum, adhuc ſequuta deinde venditione, poterit redire ad ius renunciatum. ibid. n. 14.& 16. ibid.

*Alienatio.*

Alienata re litigioſa in clericum an per Iudicem ſæcularem poſſit procedi ad executionem ſententiæ, vel ſint remittenda concernentia executionem ad Iudicem Eccleſiaſticum. n.1.4.5. & 14. p.7.& 8.

Alienata re litigioſa quando ſit agendum aduerſus nouum poſſeſſorem reuocatoria, & quando poſſit exequi contra poſſeſſorem, & proferri ſententia contra conuentum ex decreto Iudicis laici. ibid. n.2. & 15.p.7.& 8

Alienatio rei litigioſæ eſt nulla, & habetur ac ſi non fuiſſet facta. ibid.n.6.& 10. p.7. & 8

Bona in cauſam iudicati pignori capta ſi fuerint in clericum alienata ab ipſo reô ſine authoritate iudicis, authoritate eiuſdem Iudicis laici ſunt vendenda. ibid. n.17.p.10

Alienatio rei litigioſæ an dicatur, ſi eodem die citationis reperiatur alienata res, ſuper qua mota eſt lis. ibid.n.18.ibid.

Litigioſi vitium an habeat locum in alienatione facta ex cauſa dotis. ibid.

Alienatio facta contra prohibitionem hominis accedentem ad prohibitionem legis, ſiue Iudex ille ſit ſiue teſtator, adeò ipſo iure nulla eſt, vt nec iuriſiurandi interpoſiti authoritate confirmari poſſit. ibid. n.9.p.192

*Vide inf. in ver. appellatio in pen. ſumm.*

*Annuus reditus.*

Annui reditus an dicantur ſiti in loco contractus, & ſolutionis, & leges eiuſdem loci attendantur, vel vbi ſunt bona obligata. d.121. n.8. p.214.

*Anteſatum.*

Anteſatum ſi eſt promiſſum conſtitui, habetur pro conſtituto. d.149.n.7.p.212

*Apoca.*

Apocam alteri ſoluendam ſi præſentet quis, mutato nomine, vt pecuniam reciperet, quis veniat pœna plectendus. d.58.n.1.p.84

Et pœna falſi coercendus erit, quæ eſt arbitraria. ibid.n.2.& 4. ibid. & p.85.

Et ſi pecunia acceperit, furtum committit. ibid. n.3. p.85

*Appellatio.*

Si eſt prohibita appellatio à ſententia lata per delegatos, non eſt prohibitus recurſus ad Principem, qui ex gratia, & benignitate poteſt concedere, & ita deciſum. d.4.n.9.p.14

Appellatio ab interloquutoria in S. C. reuidetur ex eiſdem actis ad relationem, & ea eſt propria, quæ fieri ſolet per delegatum Principis. ibid. n.25. p.15

Niſi verſemur in cauſa appellationis à ſententia, & merè interloquutoria inter partes, quo euentu ſi terminus petatus non ad finem deuoluendi negotium ob grauamen ad Iudicem, ad quem, ſed ad probandum incumbentia pro reiectione exceptionis clericatus allegati in prima inſtantia, & non benè probati, non erit denegandus. ibid. n. 26. ibid.

Et obſeruantia S.C. circa hoc traditur. ibid.n.27. ibid.

Praxis, quando ad inſtantiam fiſci proceditur in cauſa appellationis à decreto incompetentiæ Iudicis. ibid.n.20. ibid.

In appellatione ab interloquutoria habente vim diffinitiuæ ſeruantur omnes ſolemnitates, quæ ſeruari debent in appellatione à diffinitiua. ibid. n.22.ibid.

Et poteſt ex nouis actis iuſtificari, & ita deciſum, ibid.n.25.& 28.ibid.
Ab interloquutoria competentiæ, vel incompetentiæ Iudicis de iure ciuili appellatio permittitur,& cum ratione. d.5. n.1. & 2. p. 16
Appellatione pendente à pronunciatione competentiæ Iudicis, quæ eſt interloquutoria procedi non poteſt ad vlteriora, & cum ratione. ibid. n.3.4. & 5. ibid.
Appellatio denegatur, cum inter duos Iudices eſt de iuriſdictione contentio, & ad alterum pertinere ſuperior pronunciat, & quare. ibid. n. 6. ibid.
Sic quoque appellatio à tali interloquutoria non competit, quando decretum ſuper competentia propter Iudicis excellentiam executionem habet, aduerſus quod reclamatio tantùm competit, eaquè pendente proceſſus ad vlteriora non impeditur, & ita deciſum. ibid. num. 7. ibid.
Appellatio eſt ſpecies defenſionis. d. 33. n.6.p.52
Appellatione pendente ſi Iudex ſententiam exequi velit, poteſt ei reſiſti. d.62. n.153. p.115
Appellatio à decreto abſolutionis, ſeu minoritatis pœnæ lato per M.C.in beneficium vaſſalli Baroni non conceditur. d.63.n.38. p.122
A decreto abſolutionis à pœna pecuniaria admittitur Baroni appellatio. ibid.n.39.ibid.
Impedimentum carceris, vel aliud quodcunque quale, & quod eſſe, & à quo debeat probari, & quæ requirantur ad hoc, vt releuet, & reſtitutionem præbeat inquiſito temporis decurſi à Principe conceſſi in gratia ab eo obtempta, & quando dictam reſtitutionem præbeat, vel ſecùs, & quid deciſum. d.58.n.1. & per tot. p.74

*Incapax.*

Incapax dicitur, qui ob delictum deportatur. d.70 n.m. p.133

*Indicium.*

Ex indiciis indubitatis non poſſit deueniri ad pœnam ordinariam. d.47. n.4. p.65

Poſt torturam non poſſit ex indiciis quis puniri remigationis pœna. ibid.n.5. ibid.

Punitus ex indiciis extra ordinem, non condemnatur ad intereſſe, & ita deciſum. ibid. n.6.7. & 8. ibid.

*Indictio.*

Vide ſup. in ver. *Bellum*, n.28.

*Indignus.*

Indignus, non autem incapax efficitur fratris homicida. d.70.n.1.p 132

Indignitas à fiſco dumtaxat obiici poteſt iuxta *gl.* traditionem communiter receptam. ibid. n. 11. p. 133

Nominatis duobus ad officium, altero non idoneo à maiori parte, altero idoneo à minori, quæ ſint partes confirmantis. d. 149. numer. 1. p. 251

Eligentes indignum, ſcienter feciſſe præſumuntur, ex qua traditione plures illationes ſubpullulant. ibid.n.2. & 4.ibid.

Et circa allegatam ſcientiam non eſt eadem iuris canonici, & ciuilis cenſura. ibid. num. 3. ibid.

Secùs verò ſi probabilis adſit error ob obſcuritatem, & dubietatem iuris cauſæ indignitatis, & ignorantia ſit multùm probabilis, & iuſta: quia tunc alia ſubingreditur iuris diſpoſitio. ibid.n.4. ibid.

*Indultum.*

Indulta conceduntur delinquentibus ob capturam malefactorum, etiam Parte non concordata, & in præiudicium Baronum ratione fauoris publici. d.53. n.12.p 76

Antiqua Cancellariæ obſeruantia in indulti expeditione, vt in eo reſeruetur Partis intereſſe vel familiaris, ad quod Iudex ex officio reum condemnare debet. ibid. n.38. ibid.

In indulto generali comprehenduntur vaſſalli Baronum. d.55.n.11.p.79

Princeps ſupremus poteſt ex gratia remittere pœnas, & abolere delicta commiſſa per vaſſallos Baronum, etiam illis contradicentibus. ibid.n.18. p.80

*Informatio.*

Informatio ſecreta ex inſtructionibus non conuenit cum informatione facta. d. 62. n. 132. p.109

*Iniuria.*

Iniuriam facere dicitur, qui ſe iniuriam facere non ignorat. d.26.n.14.p.41

Iniurantis affectus conſiderari debet. n.15

Iniuria quando dicatur facta prætextu officij, & dignitatis. d.63.n.2.p.117

... illata officiali electo, atrox dicitur. ibid.n.16. p.120

... atrox dicitur illata perſonæ in dignitate conſtitutæ. ibid.n.17 ibid.

Iniuriam in abſentem quando dicatur punibilis, & qua pœna veniat punienda. ibid. num. 19. ibid.

Iniuria clerico illata atrox dicitur. ibid. num. 20. p.121

Pro iniuria etiam leui Sacerdoti illata quis capitali punitur pœna, & pœna triremium fuit punitus, qui iniuriam Sacerdoti intulit. ibid.n.21. ibid.

Pro iniuriis, offenſis, maleficiis, & culpis Religioſis, clericis, & Eccleſiaſticis perſonis illatis, poteſt nullo accuſatore exiſtente ex officio procedi, nec alia requiritur denunciatio. ibid. n.25. ibid.

Ex officio autem proceditur pro iniuria prædictis perſonis illata, ſi grauis ea fuerit, non verbalis tamen, & ſi earum remiſſio interceſſerit. ibid. n.23. ibid.

Iniuriam atrocem Partes in præiudicium fiſci remittere nequeunt. ibid.n 26. ibid.

Iniuriarum atrocium exempla, remiſſiuè. ibid.n.27. ibid.

Quod ſi atrox non ſit iniuria, tunc Parte ante litis conteſtationem remittente, proſequi fiſcus non poſſet. ibid.n.28. ibid.

Sed lite conteſtata, etiam ſi pecuniaria eſſet imponenda pœna, ad fiſci inſtantiam procedi poſſet. ibid.n.29. ibid.

Quid facere poſſit, vel debeat Iudex aduerſus inferentem ſibi iniuriam. ibid.n.3. p. 117

*Innocens.*

Condemnatus innocens repertus poſt ſententiam, in integrum aduerſus illam reſtituitur. d.44.n.6. p.62

*Inopia.*

Vide ſup. in ver. *Bellum* in plurib. num. & præſertim n.35.

*Inquiſitus.*

Inquiſitus ſi pro impetranda remiſſione haberet biennium, poſſet moram purgare, etiam poſt lapſum dictum tempus, cum in hoc caſu ceſſet intereſſe partis offenſæ, niſi adeſſet clauſula decreti irritantis. d.51. n.37. p.73

Inquiſitio generalis non eſt de iure licita, niſi in fine temporis in officialibus annalibus, in perpetuis vigeſimo quolibet anno. d.62.num.24. p.93

Pro eadem cauſa non poteſt aliquis apud diuerſos Iudices inquietari. ibid.n.25.ibid.

Viſitatio extraordinaria poſt ordinariam fieri non poteſt, niſi præcedente diffamatione.ibid.n.26. ibid.

Contra Miniſtros regios non ita facilè procedendum, ſicut contra alios. ibid.n 27.ibid.

Inquiſitio, quæ ſubſequitur aliam Inquiſitionem generalem, præſumitur calumnioſa. ibid.n.28. ibid.

Defenditur nullitas ex concurrentia inquiſitionis cum viſitatione generali. ibid. num. 136. p.110

Adducitur *Gloſ.* opinio, quæ eſt magnæ authoritatis. ibid.num.137.ibid.

Doctores; & rationes adducuntur pro intellectu *text. in cap.de iis, de accuſat.* ibid. num. 138. ibid.

*Couarruuias lib.2.variarum cap.*10.*num.*5. explanatur. ibid. num.139. ibid.

*Bar.in l.ſi vnus §.reus ff.de quæſtionibus* explicatur. ibid.n.140.ibid.

Quando in Regno ex officio procedi poſſit, ⁊ remiſſiuè. d.63.n.25.p.121

*Inſinuatio.*

In inſinuatione, in qua ſolam Iudicis præſentiam leges requirunt, ſat eſt, quod donatio coram Iudice fiat abſque eo, quod Iudex aliquid faciat, vel decretum interponat. d. 150 num. 5. p.152

Conſilij ratione non niſi de dolo quis tenetur. ibid. num.6. ibid.

*Inſtantia.*

Sententia prolata,Inſtantia dicitur perempta, & peremptum illud litigium, adeò vt Iudicis officium in illa lite aliquid plus facere non habeat. d.69.n 9 p.131

Inſtantia an dicatur perempta, ſi imploretur officium Iudicis executione ſententiæ lapſo triennio. d.92.num.4.p.161

In ſecunda inſtantia an dicatur inſtantia perempta, vel potius appellatio deſerta elapſo triennio & an ſit locus reſtaurationi inſtantiæ per inſufflationem ſpiritus vitæ ex gratia Principis. ibid.n.3.ibid.

Alienata re, ſuper qua erat lis, perempta inſtantia, ceſſat vitium litigioſi. d. 144.num.10. p.247.

Inſtantia perempta perit citatio, & litis conteſtatio. ibid. n. 11. ibid.

Inſtantia, quæ reuiuiſcit, dicitur noua inſtantia. ibid. n.12. ibid.

Reus poſt inſtantiam peremptam effectus alterius fori ex priuilegio; dum reſtauratur, gaudet declinatoria fori. ibid.n.13.ibid.

Secùs in clerico, cui fuit liberata pecunia cum cautione; nam inſtantia perempta non gaudet declinatoria. ibid.

Per inſufflationem ſpiritus vitæ licet remaneat eadem cauſa, non tamen eſt eadem inſtantia, ſed diuerſa, & iterum de calumnia iurandum eſt. ibid. n.14.ibid.

Inſtantia reſtaurata per inſufflationem ſpiritus vitæ habetur periode, ac ſi inſtantia non eſſet perempta; & poteſt ferri ſententia etiam poſt biennium. d.145.n.4.p.149

Quòd intellige, vt inf. ibid.n.6.ibid.

Inſtantia perempta non pereunt probationes. ibid.n.5.ibid.

Inſtantia perempta,& deinde reſtaurata per inſufflationem ſpiritus vitæ poſſeſſori nouus fuit datus nouus terminus. ibid. n.7. ibid.

Actor perempta inſtantia abſque gratia inſufflationis ſpiritus vitæ tenetur nouum iudicium inchoare, & reficere expenſas. ibid. n.8.ibid.

Vide ſup. in verbo *Beneficium.*

De inſtantiæ continuatione reſpectu clerici. d. 2. n.15.p.8.

*Inſtitutio.*

Verba *hæres*, & *iubeo*, in inſtitutione deficientia fauore eiuſdem ſubaudiuntur.d.51.n.11.p.72

*Inſtrumentum.*

Inſtrumentum liquidari contra militares ordines collateralis poteſt in Mag. Curia vicarius.d.62. num.18.p.94

Inſtrumentum aliquoties requiritur tantummodo ad faciendam probationem.d.99.n.7.p.169

*Inſufflatio ſpiritus vitæ.*

Vide ſup. in ver.*Beneficia.*& *Inſtantia.*

*Interdictum.*

Conuentus interdicto vnde vi, vel vti poſſidetis licet habeat præſumptionem iuris contra ſe, non eſt expellendus à poſſeſſione. d. 8. num.1.p.21

*Intereſſe.*

Intereſſe in tria diuiſum genera in delictorum materia. d.53.n.1.p.75

Intereſſe vindictæ, ſeu animi ſæuientis. ibid. num.2.ibid.

Quod pecuniarium poteſt eſſe, ſi procedatur ad iniuriæ æſtimationem. ibid. n.3.ibid.

Intereſſe expenſarum in curatione factarum & operarum amiſſarum,quia inutilis factus. ibid. num.4.ibid.

Intereſſe rei familiaris. ibid.n.5.ibid.

....diſtinguitur ſecundum *Andr.* in intereſſe animi ſæuientis, & intereſſe Partis pecuniarium. ibid.n.6.ibid.

Princeps de poteſtate ordinaria num valeat abſque Partis remiſſione delicta abolere, & intereſſe offenſi remittere. ibid.

Et ex aliquorum ſententia poteſt etiam de poteſtate ordinaria remittere intereſſe animi ſæuientis abſque Partis remiſſione etiam ſine cauſa. ibid.n.7.ibid.

Intereſſe animi ſæuientis apud priſcos iuris prudentes non fuit habitum in conſideratione. ibid. n.8. ibid.

*Aff.* notatur in intell. *And.* ibid.num.9.ibid.

Principem non poſſe intereſſe vindictæ abſque Partis remiſſione ſine cauſa remittere aduerſus *And.* ex aliquorum magni quoque nominis DD. ſententia adſtruitur. ibid. n. 10.ibid.

Et quid de generali conſuetudine.ib.num.11.ibid.

Quid de poteſtate abſoluta,remiſſiue,ib.n.12.ibid.

Quid in Regno. ibid.num.13. ibid.

Quid in aliis locis. ibid. num.14.ibid.

Quid ſi Princeps expreſſè reſeruaret ius Partis offenſæ. ibid.n.15.ibid.

Quid ſi aliter gratia eſſet conceſſa, an valeret. ibid.n.16.ibid.

Quid in caſibus in quibus Partis remiſſio non requiritur. ibid. num.17.p.76

Quid abſente Parte, & ignoratur, vbi moratur, vbi Collateralis Concilij deciſio recenſetur.ibid. n.18.ibid.

Princeps cauſa publicæ vtilitatis ſuggerente poteſt condonare delicta, etiam remittendo intereſſe Partis pecuniarium ex communi Scrib. ſententia, quicquid in contrarium ſenſerint *Far.* & *Maſtrill.* & ita obſeruatur in Regno per Proregem, ac obſeruantia

uantis rei iudicatæ authoritate communitur. ibid n.19.& 36,ibid.

Intereſſe vindictæ abſque Partis remiſſione minori tollitur cauſa, quam intereſſe pecuniarium. ibid.n.20.ibid.

Cauſæ condonandi delicta abſque Partis remiſſione, & remittendi intereſſe offenſi, tanguntur remiſſiuè. ibid.n.21.ibid.

Intereſſe æſtimatio remiſſiuè. ibid. n.31. ibid.

Intereſſe extra rem non conſideratur in ſuſpicione, & per nimios circuitus vagari non debet, d.63.n.36. p.128

Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, tam in pecunia mutuata, quam in alia ſpecie, ac ex omni contractu, & obligatione poſt moram debeti, eſt indubitatum apud Doctores. d.s 24.n.1.p.217

Debetur non quaſi vſura, quæ odioſa dicitur, ſed vt intereſſe fundatum in naturali æquitate, ne quis locupletetur cum aliena iactura. ibid. n.2.3.& 15.ibid.& p.219

Intereſſe etiam extra rem in pecunia venit. ibid. n.2. ibid.

Intereſſe condemnatio ſequi ſoequit ex *Aff*. & aliorum opinione, niſi priùs præcedat probatio. ibid. n.8.p.217

At praxis viget in contrarium, vt in defectum probationis Iudex poſſit illud arbitrari iuxta conſuetudinem,& moram Regionis. ib.n.9.ib.

Intereſſe lucri ceſſantis, an habeat locum aduerſus inopem & decoctorem. d.124.n.4.p.217

Intereſſe in materia legis curabit c. de act. Emp. quando ſint compenſandi cum fructibus. ibid. num. 9. ibid.

Et vt non ſolito negociari ſoluatur intereſſe lucri ceſſantis, etiam ſi non probetur habuiſſe præ manibos lucrandi occaſionem propter frequentes redituum annuorum venditiones. ibid. num.10.p.218

In hoc Regno variè taxatum reperitur huiuſmodi intereſſe propter varias cauſarum figuras. ibid. n.10.& 11. ibid.

Vbi obiter tangitur obſeruantia Pataui. ibid.

Intereſſe an poſſit excedere ſortem,remiſſiuè. ibid.

Intereſſe tertiorum poſt moram debetur principaliter, per ſe, & non acceſſoriè ad ſortem. ibid.

Olim variè taxatum, hodie ad rationem quinque pro ſingulis centum liquidatur, dummodo tertiæ decurſæ ſint quantitatis ad minus ducatorum centum. ibid.

Intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis certitudinaliter probatum ſi quantitates prædictas, & taxari ſolitas excedat, an pro illa certa ſumma probata debeatur. ibid. num. 13. ibid.

Intereſſe pecuniæ liberatæ in concurſu creditorum cum cautione in caſu reſtitutionis faciendæ creditori anteriori (reuocata deinde ſententia) an,& quando debeatur. ibid.n.14.ibid.

Quæſtio diſputatur ad partes, & rectè fundata negatiua opinione, reſelluntur contraria, & num. ſeqq. ibid.

Vide ſup. in ver. *Cenſus Creditor. Fructus.*

*Interuentus.*

Interuentus alicuius perſonæ nominatæ requiſitus in electione facienda an præſentiam tamen includat, vel conſilium, ac etiam conſenſum, ſeu votum. d.150. n.2. & per tot.p.258

Verbum coram quid importet. ibid.n.2.ibid.

Præſentia conſanguineorum in contractu mulieris à ſtatuto requiſita,neceſſarius non eſt conſenſus, ſed ipſa ſola ſat eſt præſentia,etiam cum contradictione. ibid.n. 3.ibid.

Verbum cum interuentu votum importat, prout reliqui duo procuratores habent, & ita deciſum,ibid.n.4.ibid.

*Iudex.*

Laicus eſt Iudex cauſæ, & non perſonæ Eccleſiaſticæ. dec.2.n.16.p.9

Iudex laicus, pendente articulo in Curia Romana ſobreptionis conceſſionis alicui factæ à *S.P.* facultatis de Religione incapaci etiam in communi ad alteram ingrediendi, in qua bona retinere licet, an litem ſuper reſtitutione bonorum intentatam terminare poſſit, vel in ea ſuperſedere, & Iudicis Eccleſiaſtici deciſionem expectare debeat. d.11.n.1.& 5.p.24

Iudex Eccleſiaſticus an Iudici laico inhibere poſſit, nè procedat ſuper cauſa incidente in eam, quam ipſe cognoſcit, & quid obſeruetur in Regno. ibid.n.2.ibid.

Iudex laicus de quæſtione ſpirituali, quæ incidenter incidit, ſi in iure conſiſtat, cognoſcere nequit, ſed illius notio ad Iudicem ſpectat Eccleſiaſticum. ibid. n.3.ibid.

Secus verò ſi in facto conſiſtat, quia tunc laicus cognoſcit, niſi Eccleſiaſticus Iudex illius quæſtionis cognitionem aſſumat,& Iudici laico inhibeat, nè in cauſa etiam incidenter procedat, quam ia nondum cœpit tractare,tunc enim ipſe Eccleſiaſticus eandem incidentem cauſam expedit. ibid.n.4.ibid.

Iudex Eccleſiaſticus diffinire debet articulum merè ſpiritualia concernentem, & ita deciſum, d 15.n.19.& 26.p.32

Iudex laicus de ſpiritualibus, nec principaliter, nec incidenter poteſt ſe intromittere.ib.n.23.ib.

Quinimò nec de eo, quod eſt ſpiritualibus annexum. ibid. num.24.ibid.

Verùm ſi ſuper facto ſit quæſtio, incidenter poterit Iudex ſæcularis de ea cognoſcere, & teſtes ſuper ipſo facto recipere. ibid.n.20.ibid.

Facti quæſtio quando eſſe dicatur, remiſſiuè. ibid. n.21.ibid.

Iudex ſæcularis licet ſuper beneficij amiſſione directè pronunciare non poſſit, per modum tamen cauſæ poterit. ibid. n.25. ibid.

Ambitioſorum Iudicum artes. d.62.n.80.102

Iudices tenentur ſecundum probata iudicare, licèt ſciuerint illa vera non eſſe. ibid. num. 161. p.185

Iudicum nequitia in formandis proceſſibus. ibid. num. 163.ibid.

Iudex præſtans tantum auxilium facti in detinendo carceratum, nomine alterius Iudicis, ſi carceratus deliquerit in carceribus, punietur per Iudicem, nomine cuius detinebatur. d.63.num.13.p.120

In Regno de delictis commiſſis in perſonam officialium actiuè, & paſſiuè ſola M.C. cognoſcit, quod procedit, quando iniuria eſt illata intuitu officij. ibid.n.14.ibid.

Iudex loci originis & domicilij, qui præuenit in captura an præferatur Iudici delicti, & quid in leuibus,& quando præueniſſe dicatur.n.3.d.68. & 8. p.129.

.....originis, & domicilij poteſt per viam inquiſitionis, & accuſationis aduerſus reum legitimè procedere. ibid.n.4.ibid.

... loci delicti præfertur cuilibet alteri Iudici. ibid. n.5. ibid.
... loci delicti quando præferatur ita vt Iudex loci originis, & domicilij teneatur reum ad ipſum remittere. ibid. n.6. & 15 & p. 130
Et quid in Regno inter Barones. ibid. num. 16. ibid.
... loci domicilij, & delicti præfertur Iudici originis. ibid.n.10. p.129
Iudex poteſt pecuniarias pœnas ſtatuere aduerſus contumacem, conſtito de delicto d.71 n.5 p 135
Et in abſentem ſententiam proferre, ſiue lis ſit conteſtata, ſiue non, dummodo de capitali, ſiue corporis afflictiua pœna non agatur. ibid. n.6.& 9. ibid.
Quod procedit etiam in cauſa criminis, pro quo ciuiliter agitur. ibid. n.7. ibid.
Iudex videns reum opponere aliquam exceptionem calumnioſe, ea non obſtante ad vltiora procedere debet. d 80.n.7. p.150
Iudici poteſtas non poteſt excedere, quod eſt peritum. d.115. n.23. p.210
Iudex laicus de nullitate ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici cognoſcit incidenter non principaliter. d.139. n.2. p.240
Deciſio. ibid.n.3. ibid.
Defectus in proceſſu per Iudicem Eccleſiaſticum formato ſuppletur per Iudicem laicum.ibid.n.4. ibid.
Vide ſup.in ver. *Appellatio*,& in ver. *Bellum*.n.25.

*Iudicium.*

Iudicium etiam incæptum ſemel iuridicè, & lite coram Iudice perpetuata per conteſtationem, ſuperueniente prohibitione eius qui iuriſdictionem conceſſit, eſt ipſo iure nullum, ſi aliquid agitur. ibid n.148. p.192
Iudicium particulare interdum differtur quoad iudicium vniuerſale finem accipiat.d.72.n.12.p.137
Iudicium ſecundo loco intentatum quando ſit priùs terminandum, quàm primum. ibid. n.15. p.138

*Iuriſdictio.*

Iuriſdictio tàm ordinaria, quàm extraordinaria nunquam præſumitur,niſi appareat ex ſcriptura. d.62.n.15. p.92
Suprema iuriſdictio, & poteſtas penes Regem reſidet. ibid.n.17.ibid.
Iuriſdictio tanquam qualitas accidentalis eſt probanda. ibid.n.19. ibid.
Iuriſdictio delegata ſtrictior, & debilior eſt,quàm ordinaria. ibid. n.21.ibid.
Delegatus tenetur oſtendere titulum ſuæ commiſſionis ante eius vſum. ibid.n.22.ibid.
Dicens ſe habere iuriſdictionem,tenetur de ea docere. ibid. n.88. p.102
Iuriſdictio Præfecti Prætorio fuit Magiſtratibus Prouinciarum conceſſa. ibid.n.96. p.103
Supplementum ad defectum iuriſdictionis operatur, prout ex tunc ibid. n.157.p.121
Iuriſdictio prorogatur ratione offenſionis factæ prætextu dignitatis, & officij. d. 63. numer. 4. p.117
Vnde ſi offenſio alicui ex Regiis Tribunalibus facta ſit, remiſſioni non eſt locus, & ita deciſum contra Regentem M.C.& quamvis priuilegium cum clauſula abdicatiua, & priuatiua Baro haberet. ibid. n.5.p.118
Quo caſo pariter Baroni habenti priuilegium cum clauſula abdicatiua, & priuatiua denegatur remiſſio. ibid. n.6. ibid.
Quinimò non ſolum in offenſione in perſonam Iudicis, vel ipſius familia facta, Iudicia prorogatur iuriſdictio, verùm etiam in actu iudiciario à quovis, & cuilibet, coram eo facta conuiciis, vel percuſſionibus. ibid. n.7. ibid.
Quoties iuriſdictio pluribus competit,vt vniuerſis, vnus abſque alia iudicare nequit, ſed vt maior pars conueniat, eſt neceſſe. d.67.n.11.p.127
Iuriſdictio per Regiam pragmaticam Conſiliariis eſt conceſſa ſub nomine collectiuo, ſub formà pluralis numeri. ibid.n.14. ibid.
Iuriſdictio conceſſa cum clauſula priuatiua, & abdicatiua eſt tantæ virtutis, vt ad inſtar clerici non poſſit ab alio cognoſci, veluti improrogabilis. d.68. n.1. p.128
Iuriſdictio cùm diuiditur in Ciuitatibus,in quibus officiales per quarteria conſtituuntur,vnus non ſe intromittit in iuriſdictione alterius. d.73.n.3. p.141
Iuriſdictio ſpecialis in vno loco, vel in certis perſonis Ciuitatis an priuatiuè conceſſa cenſeatur, vel cumulatiue ad iuriſdictionem Poteſtatis generalis Ciuitatis. ibid.n.6. p.146
Et afferuntur exempla cumulationem excludentia, & ita deciſum, ibid.in fin.
In certum genus perſonarum conceſſa cum clauſula abdicatiua, priuatiuè conceſſa cenſetur in quocunque loco illæ perſonæ delinquant.ibid. n.7. & 8. ibid.
Iuriſdictionem in eodem territorio in certas perſonas diuiſam plures habere, inconueniens non reputatur. ibid n.9. ibid.
Singularis remiſſionis actus ſatis eſt ad iuriſdictionem integram retinendam ad vniuerſos, & ſingulares actus. ibid.n.17.ibid.
Iuriſdictio Turris octauæ eſt conceſſa in officium, & Capitaniam ad inſtar Tribunalis Admiratiæ, ac aliorum Tribunalium etiam contra delinquentes intus Ciuitatem Neap.ibid.n.19. p.145
Vide ſup. in ver. *Caſale.*

*Ius offer.*

Ius offerendi ſecundò creditori competit contra creditorem anteriorem vſque ad litis conteſtationem ſuper executione rei iudicatæ; & vſque ad ſententiam per viam purgationis moræ. d.104. n.18.p.191

*Iuſtitia.*

Iuſtitia conſiſtit in naturalibus argumentis. d. 62. num. 68. p.99

L

*Latro.*

CApitulum Regni *frequens*, *& in effrenata* extenditur ad furta intus Ciuitatem Neap. d.37. n.1. p.57
Repetitio, quæ in materia dicti capituli facienda eſt, Parte citata, & citatis nominatis, quando ſit neceſſaria, & de illius practica, vbi etiam repetitionis forma remiſſiuè ponitur.ibid.num.2. ibid.
Repetitio non erit neceſſaria, quando proceditur virtute poteſtatis extraordinariæ. ibid. num. 3. ibid.
Reus diffamatus, quod ſit graſſator Campaneæ, alia accedente præſumptione, torqueri poteſt. d.137. n.5. p.237
Quæ de iure communi requiſita ſint neceſſaria ad hoc, vt publicus latro, & graſſator quis

dicatur, & tanquam talis in Eccleſia tutus non ſit. ibid.n.6.ibid.
Et quid de iure Regni. ibid.n.7. ibid.
Deciſio. ibid.n.8. ibid.

*Laudemium.*

Laudemium debetur,& prælatio competit in venditione facta ſub haſta, & ita deciſum. d.103. n.6. p.189

*Legatus.*

Solemnitates, quæ requiruntur pro electione Legati ad Regiam Maieſtatem, & quæ ſint ſeruanda per Ciuitatem Neapolitanam in ipſius electione. d.135.n.14.& 15.p.230
Solemnitates quæ requirantur in tranſmiſſione Legati ad Regiam Maieſtatem. ibid. num. 8. p.229
Eccleſiaſtica perſona an poſſit in Legatum eligi ad Regiam Maieſtatem per Ciuitatem Neapolitanam. ibid.n.9.& 20.p.229 & 230
Ciuitas Neapolitana poteſt Legatum ad Regem mittere petita priùs licentia Proregi, etiam non obtenta. ibid. num. 19. 38. & 39. p.230. 232. & 233
Sed poſtmodum per literas Regis eſt impetranda licentia ab ipſo Rege. ibid.n.40.p.233
Legatus ſi ſit legitimè electus vel ne ab ipſo Rege cognoſci debet. ibid.n.21. p.230

*Lex.*

Lex vetans acceſſum ad loca, vbi Partes offenſæ degunt, niſi vlteriùs progrediatur annullando actum, per inobſeruantiam actus ille non annullatur. d. 51. num.17. & 38. p. 72. & 73
Id tamen fallit in Principe prohibitiuè loquente. ibid.n.18. p.72
Lex quando prohibitiuè, vel permiſſiuè loqui dicatur. ibid.n.38. p.73
Legum correctio non datur, niſi expreſsè dicatur. d.56.n.19. p.83
Lex noua corrigens legem veterem in vno non extenditur ad aliud. ibid.n.20.ibid.
Legem quærere, vbi eſt ratio naturalis, eſt infirmitas intellectus. d.62.n.67.p.99
Lex, vel ſtatutum ſi mandet ſolui pretium alicuius rei, quod tempus circa illius æſtimationem attendatur. d.108.n.20.p.198
Lex aliquando conſiderat factum, & non ſententiam,& quandoque ſententiam, & non factum. ibid.n.41.& 43. p.200
Vide ſup. in ver. *Eccleſia* in fine, & in ver. *Bellum.*

*Liquidatio.*

Magnates,& Militares Ordinis Collateralis Conſilij qua perfruantur prærogatiua in materia liquidationis inſtrumenti via ritus, dum ipſi veluti debitores conueniuntur. dec. 62. num. 38. p.94
Cauſa liquidationis inſtrumenti eſt criminalis propter periurium. dec. 131. n.4. p.225
Hinc filius non poteſt liquidare inſtrumentum contra patrem, ſed quid in genero aduerſus ſocerum. ibid.
Negatiuè pariter, & per plura media concluditur in patre contra filium. ibid.
Crudelis eſt, qui carnem ſuam odio proſequitur. ibid.

*Liquidationis cauſa.*

Cauſa principalis ſi abſque termino vigore decreti, quod expediatur ex eiſdem actis, fuerit expedita, an in cauſa liquidationis ſit deinde dandus terminus. d. 92. num. 1. p. 162
Liquidationis habet inſtantiam. ibid. numer. 2. ibid.
Si à ſententia lata in cauſa principali non ſit appellatum, an poterit appellari à decreto in cauſa liquidationis. ibid. n.3. ibid.

*Lis.*

Mota lite ſuper nullitate creationis ad officium Capitanei prætextu, quod Capitaneus electus ſit coniunctus Baroni, an interim ſit interdicenda adminiſtratio. d.63.n.41.p.182
Lite pendente nihil innouari debet. ibid.num.42. ibid.
Lite pendente aduerſus promotum ad officium,ad quod non niſi nobiles promouendi ſunt an, & quando interdicenda ſit adminiſtratio.ibid.n.43. ibid.
Tutor allegatus ſuſpectus an ſit remouendus lite pendente. ibid. n.44. p.183
Litigij vitio per ſolam citationem res afficitur, cum actione reali agitur. d.105.n.18. p.192
Litigij vitium in ipſa re,quæ lite pendente alienatur tantùm committitur, & non in fructibus à re litigioſa naſcituris. d.119.n.6.p.212
Litis redemptor, vide ſup. in ver. *Ceſſio.*

*Litera executoriales.*

Vide ſup. in ver. *Brachium.*

## M

*Magna Curia.*

Magna Curia præ cæteris quid habeat ex præeminentia. decif 42.n.7.p.61
De delictis officialium ſola M.C.cognoſcit.d.65. n.4. p.125. Sed declara. n.14 ibid.
De delictis officialium tàm regiorum,quàm Baronum in eorum officiis delinquentium tàm actiuè,quàm paſſiuè M.C.cognoſcit.d.66.n.1.p.126
Cognitio autem hæc an conceſſa intelligatur per verba pleniſſima etiam ſub clauſula, quod poſſit cognoſcere de omnibus, de quibus ſola M. C. cognoſcit, & quid deciſum. numer. 2. & 6. ibid.
Cognitio criminis falſæ monetæ,quæ ex præeminentia ad M.C. ſpectat,an comprehendatur ſub clauſula iſta, etiam de his, de quibus M. C. cognoſcit. ibid n.3. ibid.
Magna Curia de omnibus cauſis criminum cognoſcit, quod ampliatur, & declaratur.d.67.n.2. & ſeqq. p.127
Magna Curia ordinariam in toto Regno habet iuriſdictionem. d.69.n.3.p.138
Sic & Regiæ Prouinciales Audientiæ in earum prouinciis. ibid.n.4. ibid.
Item Barones in eorum Terris, iure tamen ſpeciali, hoc eſt ex priuilegio. ibid.n.5.ibid.
Citatus à M. C.vel Reg. prouincialibus Audientiis tenetur comparere, ſuique Baronis priuilegia, & ſi nototia allegare, & cum ratione. ibid. n.6. ibid.
Vide ſup. in verbo *Carcer.*

*Maieſtas.*

Maieſtatis læſæ crimen incurrit priuatus propria authoritate Principis cudens pecuniam idque ratione comprobatur. d.59.n.7. p.85
Quæ adulterina dicitur,quando ad alium, quàm ad Principem tranſit authorem. ibid. n.8. ibid.

*Maiores.*

Maiores qui dicantur,remiſſiuè. d.101.n.5 p.187

*Mala*

*Mala fides.*

Qui contra iuris interdictum aliquid agit, eo ſolo conſtituitur in mala fide. d.62.n.149. p.112

Malæ fidei effectus inducitur per litis conteſtationem etiam perempta inſtantia.d.108. n.7. p.197

Mala fides quando trahatur retro.n.7.& 29 p.197. & 199

Scientia reſtituendi rem ex titulo reſcindibili quando inducat malam fidem. ibid.n.38.p.199

Mala fides in poſſeſſore per litis conteſtationem non inducitur; cum aſſiſtentia petitur,imò confirmatur poſſeſſor in bona fide; & cum ratione. d.119. n.7. p.211

*Mandatum.*

Mandatum legis cuilibet inſolidum datum intelligitur. d.67.n.16.p.128

Secùs in mandato hominis. ibid.n.17.ibid.

Itidem in mandato legis, quando data eſt forma. ibid.n.18. ibid.

A forma data recedendum non eſt.ibid.n. 19.ibid.

*Mandate pœnale.*

Iudicis officium eſt prouidere, ne Partes veniant ad arma: p.142.n.1. p.243

Mandata in Regno Neapolitano ad euitanda ſcandala,quomodo fiant,& qua forma ibid. n.2. ibid.

Contumaciæ ſunt accuſandæ in mandatis ad euitanda ſcandala iuxta ritum M. C. ibid. num. 3. ibid.

Prohibitio fieri poteſt, ne quis tranſeat ante domum alicuius, ſi ob id dubitatur ſcandalum. ibid.n.7. p.244

Offenſionis timor,& ſuſpicio ſi vigeat,debet Præſes militarem cuſtodiam decernere etiam contuſſoris expenſis. ibid. n.8. ibid.

*Maritus.*

Maritus non tenetur reſtituere dotem, & fructos vxori habitanti extra domum culpa, & ſæuitia viri, niſi fuerit prolata diuortij ſententia.d.108. n.34. 37. & 40. p.199. & 200

*Maſculinum.*

Maſculinum non continet fœmininum, vbi ſtatutum adeſt fœminarum excluſiuum,tunc enim maſculi tantum cenſentur vocati, fœminis excluſis. d.27.n.45. p.47

*Matricula.*

Exercitium, & matriculæ deſcriptio requiritur, vt competat cognitio Curiæ artis Lanæ, & Serici. d.21.n.1. p.37

Et quid ſi delicti tempore erat de exercitio,poſteà illud dereliquit, an iudicij tempus attendatur, ita vt puniendus veniat per Iudicem ordinarium, vel remittendus ſit ad Iudicem artis, & quid è conuerſo, & quid de pœna, & modo procedendi, remiſſiuè. ibid.n.4. ibid.

*Matrimonium.*

Matrimonium nuliter contractum an operetur, vt ipſo iure vacent beneficia, vel iis per ſententiam ſit priuandus beneficiarius in hoc articulo quatuor fuerunt Doctorum opiniones quarum illa videtur præualuiſſe, quæ ponit, vt per matrimonium nuliter contractum, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ſiue bona, ſiue mala fide beneficia ipſo iure vacent.d.15.n.1.4. 6 & 7.p.31

Matrimonium inter perſonas, tàm ex parte ſuſcipientis,quàm baptizantis,& baptizati à S. C. nominatim non expreſſas libere licitéque contrahi poſſe Pius V.Pontifex Maximus decreuit. d.83. n.4.p.152

*Medialanum.*

Vide ſup. in ver. *Bellum*, n.28.

*Meliorationes.*

Æſtimatio meliorationum factarum in re legata; pendente conditione ſecundum tempus reſtitutionis fieri debet. d.108. n.18. p.198

*Meretrix.*

Meretrices, an,& quando à vicinia expelli poſſint. d.127.n.7.& 8.p.221

Meretrices quando poſſint expelli à locis honeſtis & de quibuſdam aliis eidem mulierum generi prohibitis, remiſſiuè. ibid.

*Minor.*

Minorem detineri in carceribus ex criminis atrocitate, donec ad maiorem peruenerit ætatem, qua completa puniri remigationis pœna docet experientia. d.57.n.10.p.84

Et deciſio S.C. affertur. ibid.n.11. ibid.

Minoribus excluſis à beneficio iuris Hiſp. retrahendi rem patrimonialem, vel auitam propter lapſum nouem dierum non competat remedium; *l.ſi in emptionem ff. de minoribus*, ratione affectionis. d.101.n.3.p.186

*Mexia . & Gutier. Hiſpan.* in contrarias abierunt ſententias. ibid.

Minor, ex hoc ſolo, quod in extraneum res aliqua peruenerit, quæ maiorum ſuorum fuerit, ad quam ipſe affectionem habebat,læſus dicitur. ibid.n.4. p.187

Minor ſuccedens maiori non reſtituitur aduerſus geſta per maiorem. d.145. n.3. p.248

*Moneta.*

Fabricantem falſam monetam æneam modici valoris pœna ordinaria puniri poſſe negatur. d.59. n.1. p.85

Fabricantes æneam monetam, in qua Principis imago diſculpta ſit, pœna vltimi ſupplicij puniuntur, & cum ratione. ibid.n.1.& 4.& ita deciſum. n.9. ibid.

Monetam alterius materiæ, quàm plumbi, vel ſtanei expendens extra ordinem punitur. ibid. n.2. ibid.

Monetæ materia publica forma percuſſa eſſe debet, & imaginem, effigiem, ſiue ſignum Principis debet habere. ibid.n.5. ibid.

Princeps ſolus facit ſuam pecuniam cudi, cuius ſolius ſignum imprimitur. ibid.n.6.ibid.

*Mora.*

Mora per interpellationem committitur.d.108.n.6. p.197

Mora ſemel commiſſa perpetuò durat. ibid. n. 26. p.199.

Mora obligat moroſum ad intereſſe. ibid.num.32. ibid.

... Non datur ſine culpa. ibid.

... Quid præſeferat. ibid.

Contractus quando ſunt validi à principio, ex quibus fuit tranſlatum dominium, non committitur mora, niſi à tempore, quo fuerunt reſciſſi, cum reſcindantur, prout ex nunc,non prout ex tunc. ibid. n.38. ibid.

Moræ purgatio quando admittatur. d.114. num.2. p.207

Moræ purgatio non admittitur, deuolutionis ſententia executioni demandata. ibid. num.3. ibid.

Mora vt committatur, & in illa debitor conſtituatur, quæ & quot requirantur. d.124 n.4. & n.10 p.217.& 218.vbi ponitur caſus notab.cum deciſ.S.C.

Moroſus non poteſt dici debitor, ſi aliqua poteſt ſe exceptione tueri. ibid.n.5. p.217
Hinc nimia egeſtas excuſat debitorem à mora, & eximit eundem ab intereſſe lucri ceſſantis. ibid.
Mora non committitur in illiquidis. ibid.
Et hoc euentu nec ſufficiens erit iudicialis interpellatio, ſed requiritur iudicialis impulſus, & mandatum. ibid.
Mora contrahitur, & intereſſe debetur poſt intimationem mandati de parendo ſententiæ prolatæ per S. C. & ita deciſum, non obſtante fortis receptione, & cum ratione. ibid. numer. 6. ibid.
Mora vbi periculum eſt allatura, licitus eſt receſſus à iuris regula, & multa permittuntur, quæ aliter prohibita reperiuntur, idque exemplis illuſtratur. deciſ.141. n.8 p.243
Moram purgari poſſe poſt lapſum ſex menſium ad petendam inueſtituram Regni. deciſ.145.n.1. p.248

*Mulcta.*

Vide ſup. in ver. *Citatio.*

N

*Neapolitanus.*

NEapolitani ex eorum priuilegio trahunt, & non trahuntur. d.75.n.10.p.143
Idquè obtinet, quandò inter Neapolitanum, & exterum, non autem quando inter vtrumque Neapolitanum eſt controuerſia. ibid. num. 11. ibid.
Bona Neapolitanorum, nec publicantur, nec fiſco acquiruntur pro pœna contumaciæ ex ipſorum ſpeciali priuilegio. d. 135. numer. 24. p. 230
Priuilegium hoc an extendatur ad pœnam ſpreti mandati. ibid. n.25.& ſeq. p.231
Vide ſup. in ver. *Bellum.*

*Neceſſarium.*

Neceſſarium dicitur, quod ſalua exiſtimatione omitti nequit. d.129. n.5. p.223
Creditor dicitur eſſe in neceſſitate, non in voluntate recipiendi ſolutionem, quando commodè non poterit omittere. ibid.n.4. ibid.
Honeſta neceſſitas appellatur. ibid. numer. 6. ibid.
Neceſſitas facit licitum, quod de iure eſt illicitum. d.141. n.7. p.242
Prohibitus alienare poteſt alienare ex cauſa neceſſitatis. ibid. n.8. p.243
Vide ſup. in ver. *Bellum.*

*Neceſſitas.*

Neceſſitate ex poſtulante nihil donare Principi, Procuratores prouinciarum, quando ſuffragium præſtant pro tributis imponendis ad diſceptationem de donatiuo tempore belli. n. 2. p. 254
De neceſſitate Principis aſſertioni ſtandum. ibid. n.8. ibid.
Sed quid, ſi neceſſitas culpa Principis euenit, quia nimia prodigus, aut non congruè, atque per bella iniuſta, ſumptus inutiles, donationes exceſſiuas. ibid. n.9. ibid.
Et data neceſſitate vtrinſque, tàm Principis quam ſubditorum, an ſuccurrendum. ibid.
Neceſſitas non eſt probanda de præſenti, ſed poſſet veriſimiliter retineri; nec enim expectandum, vt neceſſitas ad vltimam vergat miſeriam, ſed ſufficere, vt vigeat, vel immineat. ibid.n.37. p.264
*Neceſſitas* vide in verbo *Princeps*, & in verbo *Tributum.*

*Negligentia.*

Negligere is videtur, qui in nihilo ſe ingerit, etiam vocatus. d.27. n.58. p.47

*Nobilitas.*

Nobilitas an tranſeat ad nepotes filios baſtardi, & ſi ſint ipſi legitimi. d.56. n. 16. p. 82
Nobiles an gaudeant nobilitate, ſi enorme patrauerint delictum, in quo articulo duplex deciſio exhibetur. ibid. num. 17. 22. & 29. p.82. & 83
Nobilitate tunc non gaudent nobiles ob delicti enormitatem, cum de delicto ſunt conuicti, vel confeſſi, ſecùs ſi ex defectu probationis extra ordinem ſunt puniendi. ibid n.23 p.83
Popularis diues, & honeſtus in pœnis æſtimatur vt nobilis. ibid n.30 ibid.
Nobilitas quare non præſumatur, ſed ſit probanda. deciſ.63. n.41 p 122
Lite pendente ſuper nobilitate, quid dicendum de honoribus, & tributis, & quid ſi eſſet exhibitum nobilitatis priuilegium, remiſſiuè. ibid.

*Nomen deb.*

Nomen debitoris quo pacto in vim executionis capiatur. d.116.n.7. p.209

*Nominatio.*

Nominatio teſtium extra Regnum per nomina, & cognomina infra terminum quinque dierum in Regia pragmatica ſtatutum, & infra eundem terminum pœnæ depoſitum fieri debet, ad hoc vt audientia eorundem teſtium extra Regnum concedatur, quam denegatam fuiſſe etiam infra dictum terminum facta dicta nominatione, viſo depoſito facto pro pœna elapſis quinque diebus, & ita deciſum. d. 5. n.8. p. 6

*Notarius.*

Notarius, Iudex, & ſi quis alius reuelat ſecreta Partibus, quomodo ſit puniendus. d. 60. n. 1. p.85
... oſtendens iura penes ſe depoſita Parti aduerſæ ſine licentia Iudicis, & voluntate Patris, falſum committit. ibid. n. 2. p.86
... ante cauſæ publicationem reuelans Partibus teſtium depoſitiones committit falſum. ibid.n.3. Ibid.

*Notorium.*

Notorium facti, vel iuris quando dicatur, vel ne. d.62. n.47. p.96
Notorium iuris non reſultat ante concluſionem in cauſa, & quare. ibid.n.48.ibid.
Notorium licet ab onere probandi releuet, non tamen excuſat ab onere proponendi. d.69. n. 7. p.131
Nulla indiget probatione. d.124. n 10.p.218

*Nullitas.*

Nullitas ex defectu iuriſdictionis validiſſima, & irreparabilis, ac maior de mundo. d.62. n. 23. p. 92
Proceſſus nullus ex defectu iuriſdictionis annullatur, etiam parte non opponente. ibid.num.45. p.95
Nullitas ob non ſeruatum ordinem iudiciarium poteſt ſuppleri, & reualidari per Principem. ibid. n.46. p.96
Nullitas perpenditur ob factum contra iuris deciſiones,

ceſſiones, & ordinem Regis. ibid. num. 101. p. 105

Stante Regio reſcripto ceſſat bona fides, quæ non prodeſſet, etiam ſi adeſſet. ibid. num. 102. ibid.

Nullitates inquiſitionis in præiudicium Regentium ſanari non poſſunt. ibid. n. 141. p. 110

Citur occaſione explicatur *tex. in c. ad petitionem, de accuſ.* ibid. n. 156. p. 113

Sententia annullata, idem Iudex, vel eius ſucceſſor cauſam cognoſcet. d. 95. n. 1. p. 165

Iudex ſuperior tam de cauſa principali, quam de nullitate ius dicere poteſt. ibid. n. 2. ibid.

*L.* 4. *C. de accuſat.* Iudici ſententiam ferenti nullitatis cognitionem præbentis intellectus. ibid. n. 3. ibid.

Nullitates ex diſpoſitione Reg. pragmaticæ in capite 16. vulgò dictæ *dello vintiotto capi*, non admittuntur, niſi concurrentibus requiſitis in dicto capite contentis, & præſertim cum depoſito pœnæ, & quæ ſit hæc pœna. d. 56. n. 1. p. 165

Nullitates in S.C. recipiuntur, & ad illarum diſcuſſionem proceditur etiam abſque depoſito cum executa ſententia de nullitate dicitur & quare. ibid. n. 2. ibid.

Nullitates, exequuta ſententia, propoſitæ, quæ ex reuolutione chartarum colligi poſſunt, an abſque termino ex iiſdem actis terminari, & reuideri debeant, vel dandus ſit ſuper his terminus. ibid. n. 3. & 5. ibid.

O

*Oblatum.*

OBlati ad hoc, vt gaudeant fori priuilegio, requiritur qualitas perpetuitatis. d. 1. n. 10. p. 5

Confratres tertij ordinis qui vocantur conuerſi, ſeu oblati, an gaudeant fori priuilegio. ibid. n. 22. p. 6

*Obligatio Cameralis.*

Vide ſup. in ver. *Brachium.*

*Officialis.*

Officiales in officio falſitatem committentes, vbi aliàs grauiter delinquentes, officio priuandi ſunt. d. 61. n. 1. p. 87. Vbi remiſſiuè alij indicantur caſus.

Officiales etiam iuriſdictionem non habentes, pendente inquiſitionis iudicio contra ipſos in adminiſtratione taliter delinquentes, quod probato delicto veniant ab officio remouendi, de ſuſpicione ſummariè conſtito, ſi de graui inquiruntur delicto ab adminiſtratione, & beneficio ſuſpendendi ſunt, ſi de leui, ab adminiſtratione tantum. ibid. n. 1. 9. & ſeqq. ibid. & ita deciſum. n. 11. p. 88

Officij nomen eſt ad omne miniſterium generale, ideóque illud, largo tamen modo, cuſtor, etiam portarum habere dicitur. ibid. n. 5. p. 87

Officij nomen ſtrictè, ac per ſe ſumptum eum tantum, qui iuriſdictionem habet, & coram quo acta fiunt, continere dicitur. ibid. num. 6. ibid.

Officialis non poteſt procedere contra ſuum locumtenentem. d. 62. n. 13. p. 91

Officiales, & Iudices Prouinciæ ſi deliquerint in Prouincia, debet hoc ad Principem referri per Præſidem. ibid. n. 14. p. 92

Officiales tenentur oſtendere literas ſuæ poteſtatis. ibid. n. 20. ibid.

Officialis non poteſt carcerari, niſi in caſu fugæ. ibid. n. 30. p. 93

Iudex, qui deponit officium ſine licentia Principis, maculam læſæ Maieſtatis incurrit. ibid. n. 31. ibid.

Officialis non debet remoueri, nec ſuſpendi, niſi pro cauſis enormibus, vel grauiſſimis. ibid. n. 32. ibid.

Officialis non poteſt priuari, niſi cauſa plenè probata, & quare. ibid. n. 56. p. 97

Nomina, & præeminentiæ officiorum fuerunt ſæpiùs mutata. ibid. n. 95. p. 103

Officialis ſi accuſatur de extorſionibus, inquiri debet non ſcribendo dicta teſtium. ibid. num. 111. p. 106

Officialis quando dicatur Iudex competens pro iniuria ipſi illata. d. 63. n. 1. p. 117

Officialis tempore acceptationis, dicitur habere dignitatem. ibid. n. 18. p. 120

Officiales habentes merum, & mixtum imperium poſſunt per capitulum Regni ex officio procedere in quibuſcunque criminibus, & M. C. ex præeminentia poteſt procedere ex officio in omnibus cauſis Regenti, & Iudicibus viſis. ibid. n. 24. p. 121

Conuentio facta per officialem maximè temporalem in loco adminiſtrationis, an valida cenſeatur. d. 105. n. 15. p. 193

Contractus celebratus per officialem cum inquiſito coram ipſo nullitatis vitio laborat, & ita deciſum. ibid. n. 16. ibid.

*Omiſſum.*

Omiſſum non dicitur quod ex iuris reſultat diſpoſitione. d. 51. n. 34. p. 73

*Onus.*

Onera quæ imponuntur tempore guerræ, imponuntur pro modo patrimonij, ad diſcept. de donatiuo tempore belli. n. 23. d. 261

*Oratio.*

Oratio ſoluta æquipollet copulæ in dubio. p. 57. n. 2. p. 84

Orationes plures quando ponuntur copulatiuè non principaliter, ſed reſpectiuè ad aliud, tunc requiritur omnium concurſus. ibid. n. 3. ibid.

*Ordo.*

Illegitimus, vel aliàs infamis, qui ad ordines promoueri prohibetur, ſi tamen promoueatur, non irritatur promotio. decіſ. 7. n. 8. p. 19.

P

*Pactum.*

PActum naturale in contractu adiectum ſi non fuerit ſeruatum, reuocatur contractus. d. 49. num. 2. p. 68

*Papa.*

Vide ſup. in ver. *Bellum.* n. 39. 41. & 43. & in ver. *Clericus.*

*Paſcua.*

Ius paſcendi in alieno territorio duplex eſt, communionis ſcilicet, & ſeruitutis, & quomodo hæc iura acquirantur. d. 8. n. 6. p. 21

Conſt. Regni incip. *Cum per partes Apuliæ*, quæ de paſcuis loquitur, per capita enarratur. ibid. n. 8. ibid.

Baronibus licet banna emanare, ne ſubditi, vel exteri paſcua ſumant, & limitare poſſunt nu-

metum animalium depaſcentium his, qui affidare ſolent nè cæteris affidatis pabulum tollatur. ibid.n.10.p.22
Depaſcentes, vel damnum dantes in territorio culto, & ſeminato, ac bannito, tenentur ad damnum, & pœnam, in non bannito in damnum tantum. ibid.n.12.ibid.
Bannum vbi non adeſt, nihil exigi poteſt ratione contemptus, vel iniuriæ. ibid.n.13.ibid.
Paſcua an Baronis, vel vniuerſitatis præſumantur, remiſſiuè. d.76.n.5.p.147

*Pater.*

Pater, & filius an in eodem Tribunali eadem in cauſa iudicare valeant. d.77.n.1.& 12. vbi ponitur deciſio. p.148
Vna, & eadem perſona cenſentur. ibid. num. 1. ibid.
Pater magis patitur in filium, quàm in ipſum. ibid. n.7. ibid.
Electio in perſonam patris, & filij ſimul facta cenſetur nulla: quippe qui ad adminiſtrationem vno, eodemque tempore non admittuntur. ibid. n.13. ibid.
Pater in feudis filij vſumfructum non habet, & cum ratione. d.83. n.5. & 12. p.152. & 152
Nec in illis eſt legitimus adminiſtrator. ibid. n.6. p.152
Neque commoditatem habet. ibid. n. 7. ibid.
Et in hanc negatiuam ſententiam itum eſt frequentiùs. ibid. n.8. p.153
Reiecta affirmatiua *Aret.* opinione quæ quo pacto ſaluari poſſit, ponitur remiſſiuè. ibid.n.9. ibid.
Commoditas in hac materia bifariam conſideratur. ibid.n.10.& 11.ibid.
Commoditas ſecundo loco conſiderata an legum veritati ſubnixa ſit. ibid.n.12.ibid.
Alimenta ex bonis feudalibus filij, an, & quando, & quo iure patri debeantur. ibid. n.13. ibid.
Intereſſe filij ratione affectionis intereſſe patris dici poteſt etiam in bonis, in quibus nec vſumfructum, nec commoditatem pater habet, cum natura pater, & filius, eadem perſona penè intelligatur, ibid.n.15 & 18. vbi etiam exempla remiſſiuè ſubiiciuntur. ibid.
Pater filium diligere pluſquam ſemetipſum præſumitur. ibid. n.16. ibid.
Amor nullus vincit paternum. ibid.n.17.ibid.
Filiorum gloria eſt deſiderium paternum ex *Homer.* traditione. ibid.n.19. ibid.
Amor patrum erga filios, tàm incredibilis eſt, vt propriam gloriam, quàm ipſi vitæ anteferre ſolemus, gloriæ filiorum poſtponere ſoleant. ibid.n.20.ibid.

*Paupertas.*

Paupertas eſt iuſtiſſima cauſa in integrum reſtitutionis. d.93.n.1.p.163
Impedimentum paupertatis ad reſtitutionem in integrum proſequendam euidentiſſimè probandum eſt. ibid. n.2. ibid.

*Pax.*

Proregis onus eſt diſcordias ſedare, odia deponi facere, omniaque pacare. d.27.n.21.p.45
Pax deſideranda eſt, velut neceſſarium bonum, & plura de pace memoranda. ibid.n.22. ibid.
Superior ad publicam quietem poteſt partes ad concordiam inducere. ibid.n.23. ibid.
Maximè Princeps. ibid. n.24. ibid.
Præcipuè vbi timor adeſt, ne partes ad arma deueniant. ibid.n.25.ibid.
Pace facta poteſt pars offenſa agere aduerſus offenſorum ad expenſas, damna, & intereſſe cum ea nunquam remiſſa cenſeantur. d.53. num.59. p.76
Vide ſup. in ver. *Cautio de non offendendo.*

*Peccatum*

Transgreſſio præcepti Regis prohibitiui non poteſt fieri ſine peccato. d.62.n.103. p.105

*Pecunia.*

Pecuniam, & argentum in re vendita incertum emptoris non eſſe, ſed ſecunditoris, eiuſque ſucceſſoris nemo dubitauit. d.38.n.2. p.58
Ex quo infertur, pecuniam inuentam ea forma excuſſam, vt ex illa conſtet recentis eſſe memoriæ, theſaurum non cenſeri, atque adeò inuentori minimè concedi. ibid.n.3. ibid.
Pecuniam fuiſſe verſam in beneficium Eccleſiæ, ſeu Ciuitatis præſumptionibus, & coniecturis probari poteſt. d.112.n.1. p.205
Probandi onus incumbit dicenti, vniuerſam pecuniam mutuatam non fuiſſe in refectionem conuerſam. ibid. n.5. ibid.
Pecunia ſoluta duci, vel Capitaneo triremium tempore, quo triremes indigebant impenſis, quid operetur. ibid.n.6. ibid.

*Pignus.*

Pignus quando reſoluatur ob amiſſionem poſſeſſionis à debitore paſſam. d.114. n.12. p.207

*Permiſſum.*

Permiſſum illud eſſe cenſetur, quod non reperitur prohibitum. d.77.n.11. p.148
Legis eſt proprium in diſpoſitione permiſſiua recenſere caſus prohibitos, & ſic è contra. d.78. n.7.p.149

*Petitio hæreditatis.*

Hæreditatis petitionis iudicium cui, aduerſus quem, & pro quibus rebus detur. d. 72.n.9. & 10.p.137
Hæreditatis petitio, qua ratione præiudicialis dicatur, quoad alia minora iudicia. ibid. num.13. p.138

*Pœna.*

Pœnæ pecuniariæ ſunt Baronis habentis iuriſdictionem. d.29.n.1. p.49
Etiam ſi à Regio Tribunali fiat condemnatio. ibid.n.2. ibid.
Pœnæ pecuniariæ ſunt Regis, quando cognitio delicti ſpectat ad Regem. ibid. n.5.ibid.
Pœna extraordinaria imponitur propter criminis ſuſpicionem. d.48. n.3. p. 66
In odioſis ſtricta fit interpretatio. d.50. n 2.p.69
Pœna punitus minori an & quando poſſit per alium Iudicem iterùm puniri deciſ. 138. n. 5. p.238
Pœna comminata per Regiam Pragmaticam aduerſus dicentes de nullitate, & ſuccumbentes, an teneat, & comprehendat perſonas Eccleſiaſticas. d.2. n.16. p.9
Pœna, cum ſupponat culpam, ſequitur perſonam, quæ ſi ſit Eccleſiaſtica, manet omnino extra iuriſdictionem Iudicis ſecularis. deciſ. 2. n.16. p.9
Pœna ordinaria filius à patre oblatus, qui fuit deſertor militiæ, excuſatur, & cum ratione. dec. 131. n.4. pa 25
Actus quando eſt pœnalis, requiritur particularis legis proviſio illum annullantis. d.51.num.8. p.71
Iudex poteſt ob criminis immunitatem pœnam augere. d.56.n.21.p.85

Duratio,

Dotatio, & tractus ſucceſſiuus carcerationis inducit pœnam. d 62.n.107.p.105

Pœna quando eſt promiſſa, & ſtipulata penes acta Curiæ abſque alia citatione, & libello, fit executio pro omni eo, quod in obligatione eſt deductum iuxta M.C.ritum, & Regiæ Cameræ ſtylum. d.71.n.14 p.135

Pœna ſpreti mandati an vendicet ſibi locum aduerſus Neapolitanos, contra quos adducitur traditio *Dom. de Pont.* quæ in controuerſiam reuocatur. d.135.n.34. & ſeq.p.231

In pœnalibus quicquid omiſſum eſt, pro omiſſo habetur, imò pro excluſo. d.51. n.5. & 7. p.71

Nec per obliuionem omiſſio facta dicitur. ibid. n.6. ibid.

Punitus extra ordinem ex defectu probationum non eſt condemnandus ad Partis intereſſe. d.56. n.24. p.83

Pœna, quæ infamat, vt ictus fuſtium, non poteſt imponi, vt extraordinaria ex defectu probationis. ibid. n.25.ibid.

